

Stemma gentilitium Excell.mi DD. Theobaldi Vicecomitis Sacri Rom. Imperij, ac Cislaghi Marchionis, Comitis Burgi Gallarati, ex Condominis Oppidi Somę &c.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

GLORIOSA NOBILITAS ILLVSTRISSIMÆ FAMILIÆ VICECOMITVM;

(2)

Quam teſtatam fecit iudicium Nobiliſſimi Collegij Iuriſperitorum Inclytæ Ciuitatis Mediolani, cum eidem Ordini cooptaretur I.V. Doctor, & Sacri Romani Imperij Marchio D. Hercules Vicecomes filius Marchionis Theobaldi Equitis inſignis Ordinis Aurei Velleris, Sacri Romani Imperij, & Ciſtelagi Marchionis, Comitis Oppidi Gallarati, ex Condominis Oppidi Somæ, Gulaſiccæ, Agnadelli, Caſtelletti, & Beſnati, atque Regij Feudatarij Terrarum Quinzani, Montanati, S. Pancratij, Villę, Cimbri, Vizolę, & Cuironi, à Secretioribus Conſilijs in hac Prouincia, & totius Vrbanæ Militiæ Mediolanenſis Præfecti Generalis,

Vnà cum diplomatibus, publiciſque tabulis, quas Excellentiſſimus Mediolani Senatus Regijs literis Marchioni Theobaldo ſcriptis idibus Aprilis 1668., & idem Ordo Iuriſperitorum quinto Kalendas Martij 1669. comprobarunt;

Quæ omnia collegit, & ad perennem gloriam huius Clariſſimæ Familiæ vulganda curauit Hieronymus Biſſius, à Secretis ipſius Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi D. Marchionis Theobaldi.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

MEDIOLANI,

Ex Typographia Ludouici Montiæ. 1671.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI CANDIDO

HIERONYMVS BIFFIVS.

INter clariſſimas domos, quæ Italas res tenuerunt, nulla fortaſſe alia, aut Imperio maior, aut armis potentior, Regibus certè coniuncta, & dominatu propè æqualis floruit, quàm Vicecomitum; quæ à Stazonæ Comitibus (vulgò Angleriæ) genus antiquiſſimum ducit. Et quamuis de illius origine apud Scriptores varietur, eoſq; præcipuè, qui res patrias monumentis tradiderunt: apud Europeos tamen gens Vicecomitum inter reliquas ampliſſimæ illius Prouinciæ familias emicuit, quà generis claritate, quà opibus, propagato etiam vſq; in Etruſcos Imperio. Parentes familiæ ferebantur primùm Reges Longobardorum; verùm cum in tanta diſſenſione Scriptorum minimè conſtaret, quiſnam gentem hanc multiplici diademate coronatam genuiſſet, tandem diplomata, ac tabulæ poſtea repertæ prodiderunt Deſiderium (qui poſtremus Longobardorum Italiam habuit in poteſtate) auctorem generis fuiſſe, ac continuato familiæ decore, ab eodem profectum Adalgiſium filium, tum Berengarium Primum Imperatorem, inde Berengarium Secundùm, atq; ex eo genitum Adalbertum,

Ar-

Digitized by Google

Arduinum denique, quorum omnium Imperio Itali paruerunt. Ac ne occideret tantæ familiæ claritas, quemadmodum diuturnitas temporum res humanas tenebris ſolet inuoluere, tot Regum coronas triplici diademate redimiuit Gregorius X. Vicecomes Sanctitate Nobilis; gentilium verò ſuorum purpuram Romano Murice decorarunt Ioannes, Carolus, Alphonſus, & Vitalianus ſuperſtes adhuc, qui familiæ ſplendorem, quem acceperant, oſtro clariorem reddidere. Acceſſit etiam maximus nitor genti, cum ſummus quiſque ad Eccleſiarum faſtigia elatus ſceptris lituos copulauit, atq; adhuc rediuiui ex ſuis cineribus immortalitatem videntur conſecuti Otho Magnus, Ioannes patriæ tiara, & Principatu Illuſtres, Robertus, Ioannes tertius, & Gaſpar Vicecomites, qui Ambroſianam inſulam antea gemmis, atque vnionibus renidentem, ſuis virtutibus, ac ſapientia clariorem, ſequentibus longo ordine Archiepiſcopis tradidere. Ipſi etiam ſuperi Vicecomitum anguem ſyderibus intulere, hydra, atq; colubro longè clariorem, receptis videlicet Cælo Sanctiſſimis Viris, quos religio, atque virtus eximia conſecrauit. Porrò res patria diù in Vicecomitum poteſtate fuit, qui omnium Principes Mediolanenſis Ducatus inſignia geſſere, prolato extra Inſubrum fines Imperio, toti propè Italiæ imminentes, coniuncti Regibus, ac ſummis moderatoribus rerum. Et quoniam deducta ex Petro, atque Vberto Vicecomitum progenies (quorum primus patruus, alter frater fuit Magni Matthæi, cui cæteri Mediolanenſis Prouinciæ Principes nobilitatem ſuam debent) ſecta in plurimas familias tot Patriæ cladibus ſupereſt, recta tamen ſerie, ac Auorum, Atauorumq; ordine ex ipſo Vberto genitrix Marchionis D. Herculis, quem à Marchione Theobaldo Vicecomite

pro-

Digitized by Google

progenitum Nobiliſſimi Iuriſperiti Mediolanenſes ſuis Collegis aſcripſerunt, me operæ pretium facturum cenſui, ſi quæ Excellentiſſimi Mediolani Senatus iudicio, ac conſenſu eiuſdem Collegij Iuriſperitorum, cum D. Hercules in eum Ordinem cooptaretur, ſunt teſtata, publici facerem iuris. Ea verò, tum è domeſtico, tum externis tabularijs deprompta, ſumma cum fide collegi; vt, ſi qui interrogare tabulas vellet, indices ac teſtes Nobilitatis, eas vtique conſulere poſſet, nec ignorare decora familiæ, Europæ, ac terris omnibus clariſsimæ. Tu, vt æqui, boniq; hunc laborem facias, precor. Benè vale.

Digitized by Google

Die 14. Ianuarij 1671.

IMPRIMATVR.

Fr. Antonius Maria Cruceius Sacræ Theologiæ Magiſter, ac Commiſſarius Sancti Offitij Mediolani.

Carolus Ghioldus Theologus S. Nazarij pro Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo D. D. Cardinali Litta Archiepiſcopo.

Franciſcus Arbona pro Excellentiſſimo Senatu.

Digitized by Google

1669. Die Lunæ 25. menſis Februarij.

Coram Illuſtriſſimis DD. Abbatibus, Protectoribus, cæteriſque Officialibus Ill.mi, ac Venerandi Collegij Comitum, Equitum, ac Iudicum Inclytæ Ciuitatis Mediolani.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COmparet I. V. D. Marchio Hercules Vicecomes filius Theobaldi Sacri Romani Imperij, & Ciſlagi Marchionis, atque Comitis Oppidi Gallarati, ex Condominis Oppidi Somæ, Gulaſiccę, Agnadelli, Beſnati, & Caſtelletti, Regij Feudetarij Quinzani, Montanati, Villæ, Sancti Pancratij, Cimbrij, Vizzolæ, Cuironis, & eorum pertinentiarum: Intimi in hac Prouincia Regij Conſiliarij Secreti, atque Vrbanæ Militiæ Mediolanenſis Præfecti Generalis, petens in hunc Illuſtriſſimum, & Venerandum Iudicum Ordinem adſcribi; & quamuis decora propriæ Familiæ ſpecificè à I. C. C. Marchione Iacobo Antonio Vicecomite (nunc in Sacro Ordine Prædicatorum profeſſo ſub nomine Ludouici) Petentis Patruo, vſque ad Antonium eius Tritaui Patrem anno 1628. iam comprobata ſint, eadem de cauſa, vt ex actis eiuſdem Ven. Collegij exhibitis ſub ſigno ✠. Sicuti etiam ipſiuſmet proſapiæ antiquiſſimæ nobilitatis documenta fuerint producta à I. C. C. Ioanne Maria Vicecomite Mediolanenſis Metropolitanæ Præpoſito, ex eodem ſtipite Petentis deſcendente, in ipſius cooptatione in eumdem Ordinem, vt ex ipſius productionibus ſignatis ✠✠; attamen iuxta ſanctiones eiuſdem Illuſtriſſimi Collegij ea, quæ genericè ex hiſtorijs, & ſpecificè ex publicis tabulis deſumuntur, denuò producit. Et primò quoad Genericam.

GENERICA.

REgium Vicecomitum Genus progenitorem habuiſſe Deſiderium poſtremum Longobardorum Regem, qui patrem habuit Ducem Hermenulphum, filiumque, inter cæteros, Adalgiſium, quem in Regno ſibi ſocium adiunxit, clarè patebit in Specifica. Hic primò Hetruriæ Dux, defuncto Rege Aiſtulfo, Longobardicum ſuſcepit Regnum anno 756., fauente Summo Pontifice Stephano III., qui eum etiam ſuis literis Pipino Gallorum Regi commendauit, teſte Eminentiſſimo Baronio, [1] *Virum mitiſſimum* eum vocante, aſſerente ſub anno 758. quòd *bono pacis bene vſus ad religioſa loca conſtituenda animum addixit*. In gra-

[1] Tom. 9. annal. Eccleſ. ſub anno 756. & 758.

Digitized by Google

gratiarum enim actionem, & memoriam exaltationis ſuæ Monaſterium Sancti Vincentij [2] in prato extra Ciuitatem Mediolani ædificauit, prædijs locupletauit; Sicuti in ipſa Ciuitate aliud Monaſterium ad vſum Virginum eidem Sancto [3] ædificauit, & ditauit; antiquumque Monaſterium Sancti Sigiſmundi (quod nunc Maius etiam nuncupatur) à fundamentis inſtaurauit [4] in honorem Beatæ Virginis, diplomatibuſque muniuit; Brixiæ etiam celeberrimum conſtruxit, & dotauit Monaſterium S. Iuliæ, [5] coadiuuantibus Anſa vxore, & Algiſio filio, in eoq; ſacrauit Deo Angelbergam filiam ſuam, quæ prima in eo fuit Abbatiſſa: In loco Leni agri Brixienſis aliud nobile Cœnobium in honorem SS. Vitalis, & Martialis Martyrum condidit, [6] proprijſq; patrimonialibus bonis dotauit; Pijſſimæ eiuſdem Regalis munificentiæ teſtimonium adhuc extat, in finibus Plebis Incini, ſcilicet in loco Cliuati, Templum, & Cœnobium Apoſtolorum Principibus ab eo, & Rege filio fundatum, [7] ac dicatum. In ora etiam Lacus Verbani ipſius pietas emicuit in purificatione [8] Templi in loco Maxini, quod etiam Virgini Matri dicauit, prædijſque, & diplomatibus ditatum muniuit, quod clarè liquet non ſolùm ex hiſtoricorum auctoritate, ſed etiam ex publicis tabulis in Specifica producendis; vndè titulis Sereniſſimi, & Pijſſimi decoratum ab Imperatoribus, & Regibus ſuo loco videbimus.

Anguigeri etiam ſtemmatis gentilitij huius Illuſtriſſimæ familiæ auctor fuit Comes Otho (Abauus ſecundi Tritaui noſtri Candidati, & filius Comitis Eriprandi, vt in Specifica ſub num. 20., & ſequentibus) vt inter cæteros teſtati ſunt Sigonius [9] ſub anno 1099., & Corius, ac ferè omnes Hiſtorici. Obijt anno 1111. à Romanis interfectus, eò quòd proprium equum Imperatori Henrico IV. vitam periclitanti inter hoſtes tradidiſſet, teſte Baronio, [10] cuius rei Conradus II. non immemor Othoni eius nepoti conceſſit Curtem Maxini, & confirmauit forum Albizati, & Beſnati ſuo diplomate mox exhibendo in Specifica ſub num. 21.

Affert etiam maximum decus huic familiæ ſumma dignitas Pontificia, & ſanctitas Theobaldi Vicecomitis (filij Vberti, & nepotis, ſeu ablatici Ioannoli fratris alterius Vberti patris ſecundi Tritaui ipſius Petentis, vt apparebit in Specifica ſub num. 28.) qui cum eſſet in Paleſtina pro recuperatione Terræ Sanctæ ex Archidiacono Leodienſi ad Summum Apoſtolatus faſtigium euectus [11] die prima Auguſti 1271. Gregorij X. nomen aſſumpſit, in vita, & morte miraculis clarus; eius Sacrum Corpus adhuc integrum colitur in marmoreo ſarcophago ad dexteram Aræ Maximæ Cathedralis Aretij Hetruriæ, vbi anno 1276. diem extremum clauſit. Eius feſtum natalitium die 10. Ianuarij ſolemniter celebratur non ſolùm ab Aretinis, qui ſuum Tutelarem vnà cum S. Donato Martyre eorum Epiſcopo ipſum elegerunt ſed etiam à Leodienſibus, qui eum Archidiaconum habuerunt; & à Placentinis, qui illum Placentiæ natum fuiſſe aſſerunt, vt inter cætera conſtat ex relatione [12] porrecta Summo Pontifici

Gre-

2. & 3. Iacobus Antonius Caſtillionæus antiquit. Baſilicæ Vicentianæ faſciculo quinto pag. 159. & Corius ſub anno 786.

4 vt apparet ex Specifica ſub n. 2.

5 Bernardinus Corius vbi de Deſiderio Rege, & Elias Capreolus in hiſtoria Brixienſi lib. 5. in codice antiquo pag. 27. & alij quamplures.

6 Idem Capreolus vbi ſupra ſub anno 761., & lib. 5. pag. 26 ter. vbi conſecratio Eccleſię Monaſterij Leni, & de fundatione Eccleſiæ S. Iuliæ.

7 Bernardinus Corius, & Triſtanus Calcus,

8 Ex diplomate in Specifica exhibito ſub n. 31.

9 Sigonius de Regno Italiæ lib. 9.

10 Baron. tom. 12. annal. Eccleſiaſticorum, & Cronicon Caſſinenſis Petri Diaconi lib. 4. cap. 45.

11 Corius, Calchus, Sigonius, Ciaconius, ac ferè omnes Hiſtorici illius ſæculi tàm profani, quàm ſacri.

12 Impreſſa Placentiæ anno 1622. auctore Petro Maria Campo.

Gregorio XV. pro eo in Sanctorum numerum referendo. Huius frater fuit Vicecomes de Vicecomitibus (vt ex Specifica ſub num. 28.) qui eodem Pontifice regnante à Napo Turriano Mediolanenſis Reipublicæ Moderatore Prætor [13] in Patria conſtitutus fuit; Sicuti omittendi non ſunt quatuor Eminentiſſimi Cardinales, qui ex hac Regia Vicecomitum ſtirpe prodierunt, ſcilicet Ioannes [14] à Summo Pontifice Gregorio Decimo patruo ſuo creatus, qui etiam Epiſcopus Sabinenſis fuit; Carolus [14] Mediolanenſis Senator, & Intimilienſis Antiſtes creatus à Summo Pontifice Pio IIII., Alphonſus [14] Ceruiæ Epiſcopus creatus à Summo Pontifice Clemente VIII., atque Comes Vitalianus Montisregalis Archiepiſcopus à Summo Pontifice Alexandro VII. creatus, quorum [15] duo poſtremi magnum ſunt huius Illuſtriſſimi Ordinis decus. Tres fuerunt iſti fratres, ſcilicet hic Vicecomes, Theobaldus prædictus, ac Petrus, vt clarè liquet ex Inſtrumento [16] anni 1221., in quo Vbertus, eorum pater, ſe enunciat non ſolùm Ciuem Mediolanenſem, ſed etiam Placentinum, aſſerens quon. Vbertum ſeniorem Patruum ſuum anno 1166. nonnulla acquiſiuiſſe bona in agro Placentino, quod eneruat ſententiam illorum, qui eumdem Summum Pontificem Gregorium X. Placentiæ tantùm Ciuem affirmant, cum in Placentiæ Ciuitate non alia de cauſa habitauerint prædicti Vicecomites, ac eiuſdem Ciues dicerentur, quàm ratione bonorum ibi acquiſitorum, & eadem de cauſa eiuſdem Ciuitatis Ciues effecti, dicerentur Ciues Placentini, non quòd ex ea originem traherent, quod etiam cognitum fuit ab Alphonſo Ciaconio in eodem Pontifice, aſſerente eum fuiſſe Placentinum è familia Vicecomitum Mediolani; & hoc magis eluceſcit ex dignitate Conſulari Mediolanenſis Reipublicæ, qua functus eſt anno 1216. alter Vicecomes [17] eiuſdem Theobaldi Patruus Magnus, (vt in Specifica ſub num. 27.) quod munus tantùm proprijs Conciuibus, & non exteris, tribuebatur, vt notorium eſt.

Inſuper ſupracitati Corius, [18] Calchus, [18] & nouiſſimè Paulus [18] Iouius teſtantur renouatum fuiſſe antiquum Vicecomitum ſplendorem in Archiepiſcopo Othone Magno fratre Andreotti (ſecundi Tritaui Petentis, vt in Specifica ſub num. 31.) qui vnà cum poſſeſſione Archiepiſcopatus Mediolanenſis Eccleſiæ, debellatis Turrianis, Patriæ dominium ſibi acquiſiuit, quod in Magnum Matthæum (fratrem Vberti Abaui primi Tritaui Petentis, vt in Specifica ſub numeris 37. & 38.) tranſtulit, & demùm in deſcendentibus ſuis continuauit, qui nobiliorem Inſubriæ partem diù Moderantes, cum ferè omnibus Chriſtiani Orbis Principibus affinitatem contraxerunt. Hic in Mediolanenſi Archiepiſcopatu ſucceſſores habuit, varijs in temporibus, Ioannem [19] (qui etiam in Patria Principatum diù geſſit) Magni Matthæi filium, Robertum, [19] Ioannem [19] III., & Gaſparem huius Illuſtriſſimi Collegij [20] alumnum. Et hæc ſufficiant ad oſtendendam dignitatem ſuorum Procerum, quos in Specifica ex publicis documentis patet inter Aſcendentes Candidati floruiſſe, vt clariùs conſtat ex literis Excellentiſſimi Senatus, ex

13 Corius, & Calcus ſub anno 1272., & quamplures alij.

14 Ciaconius ſub eoſdem Summos Pontifices.

15 Libri Feriarum fori Mediolanenſis.

16 Rog. per Guifredũ de la Turre vltimo Maij anni prędicti.

17 Rogitum Guifredi de la Turre ſub octauo die antè Kal. Apr. anni prædicti.

18 Corius ſub anno 1277. Calcus lib. 16. pag. 335. Iouius lib. 1. Elogiorum ſub eodem Othone.

19 Acta Mediolanenſis Eccleſiæ.

20 Libri Feriarum fori Mediolanenſis.

quibus comprobatur nobilitas antiquiſſimi ſtipitis eiuſdem Petentis, à prædicto ſcilicet Rege Deſiderio vſque ad præſentem diem, vt ex eis datis die 3. Aprilis anni 1668. ſignatis ✠✠✠. Quare ommiſſis Proceribus ex Vicecomitum Gente maximè Candidati propioribus, ne opus in immenſum excreſcat, ad Specificam deueniendo, ipſamet producuntur documenta ab eodem Excellentiſſimo Senatu recognita propriam lineam comprobantia.

SPECIFICA.

Rex Deſiderius filius Ducis Hermenulphi, ac pater Regis Adalgiſij Auus quarti Tritaui Petentis.

DEſiderius Rex Longobardorum Ducis Hermenulphi filius fuit, vt liquet ex teſtamento [1] Attonis Epiſcopi Vercellarum ipſius Regis atnepotis ab ipſomet Epiſcopo, & à Legatis Summi Pontificis Marini, Regumq; Hugonis, ac Lotharij, Archiepiſcopo Mediolani, ac compluribus alijs Epiſcopis firmato, vt ex eo ſignato 1. pag. 30. A Berengario II., & Adalberto eius filio Italiæ Regibus enunciatur Atauus ipſorum in diplomate [2] conceſſo Monaſterio Maiori Mediolani *à pijſſimis Regibus Deſiderio, & Anſa eius vxore Atauis* (verba ſunt diplomatis) *noſtris, & Algiſio eius filio à fundamentis ad honorem Aſſumptionis Beatæ Virginis Mariæ inſtaurato &c.* in quo confirmantur donationes eidem Monaſterio factæ *in remedium animarum bonæ memoriæ prælibati Regis Deſiderij, & Anſæ &c. filiorumq; eorum Algisli Regis, & Anſprandi Abbatis, ac Euerardi Comitis*, vt ex eo ſignato 2. pag. 33. Et in alio diplomate [3] fauore prædicti Monaſterij conceſſo à Rege Berengario primo enunciatur magnus Auus ſuus his verbis, *ac etiam in remedium animarum præfati Sereniſſimi Regis Deſiderij magni Aui noſtri, deſcendentiumque eius*, vt ex eo ſub num. 3. pag. 37. quòd etiam teſtatus eſt ipſo imperante in ſuo diplomate [4] dato Imperij eius anno quinto, quod exhibetur ſignatum 4. pag. 37. Ab Arduino quoque Italiæ Rege ſuus antiquus Auus vocatur in diplomate, [5] quo confirmauit priuilegia prænominati Monaſterij Maioris his verbis, *quòd pijſſimus Rex Deſiderius antiquus Auus noſter à fundamentis in honorem Beatæ Virginis inſtaurauit &c.* quod exhibetur ſub num. 12. pag. 50. De hoc religioſiſſimo Rege Deſiderio plura habentur in principio Genericæ.

Sereniſſimus, & pijſſimus Deſiderius vltimus Rex Longobardorum, filius Ducis Ermenulphi, ac pater Regis Adalgiſij.

Berengarius, & Adalbertus Reges Atnepotes Regis Deſiderij.

Berengarius primò Rex, mox Imperator, Abnepos Regis Deſiderij.

Arduinus Rex ex deſcēdentibus Regis Deſiderij.

Euerardus Pater quarti Tritaui Petentis.

COmes Euerardus filius fuit prædicti Regis Deſiderij, vt habetur ex præfato teſtamento Epiſcopi Attonis exhibito ſub numero 1. pag. 30., atque ex diplomate Berengarij, & Adalberti Italiæ Regum, ex quo, vt diximus, apparet fratres habuiſſe Algiſium Regem, & Anſprandum Abbatem, vt ex eo ſignato vt ſupra 2. pag. 34.

Comes Euerardus filius Regis Deſiderij.
Algiſius, qui & Adalgiſius Rex, & Anſprandus Abbas fratres Com. Euerardi.

1 Tradito per Arnoaldum Archidiaconum, & Cancellarium Archiepiſcopalem, atq; Libertum Notarium Sacri Palatij, & Miſſum DD. Vgonis, & Lotharij Regum Idibus Maij anno tertio Pontificatus Papæ Marini.

2 Dato Papiæ anno 950. die 31. Augusti pridie Kal. Septembris, & recognito per Robertum Cancellarium ad vicem Bruninghi Epiſcopi Archicancellarij.

3 Dato Papiæ anno Regni eius vndecimo in Calendis Maij.

4 dato in Curte Cerclati pridie Kalendas Iulij Imperij Berengarij quinto per Ioannem Epiſcopum, & Cancellarium ad vicem Ardinghi Epiſcopi Archicancellarij recognito.

5 Dato Papiæ anno 1002. die coronationis eius ſubſcr. à Comperto vice Archicancellarij.

Digitized by Google

Vuido quartus Tritauus Petentis.

VVido Illuſtris Comes filius fuit ſupradicti Comitis Euerardi, vt conſtat ex præcitato diplomate ſign. 2. pag. 34., nec non ex teſtamento ſign. 1. pag. 30., quod etiam comprobatur ex diplomate Imperatoris Berengarij, in quo ipſe Vuido vnà cum Hugone, & Berengario eius fratribus enunciantur Illuſtres Proceres, dictuſque Comes Berengarius ab ipſomet Imperatore vocatur Auus ſuus, vt ex eodem diplomate iam producto ſub num. 4. pag. 38. Marituſque fuit Rodelindæ, vt liquet ex præcitato teſtamento ſub num. 1. pag. 31.

Comes Vuido filius Comitis Euerardi. Comites Hugo, & Berengarius Illuſtres Proceres fratres dicti Comitis Vuidonis, ex quibus Berengarius fuit Auus Regis, & Imperatoris Berengarij primi.

Atto Anſcarius Atauus tertij Tritaui Petentis.

ATto Anſcarius Marchio filius fuit præfati Illuſtris Comitis Vuidonis, vt conſtat ex præcitato Teſtamento ſignato 1. pag. 30., in quo hæc habentur, *pro animabus mea, & bona memoria Domini Deſiderij Regis, ac Ducis Hermenulphi eius patris, ac Anſprandi, & Euerardi eius fratris Abaui mei, qui ſupra Attonis Epiſcopi eius filij &c. & bona memoria VVidonis Comitis, qui fuit proauus meus, & Attonis, qui & Anſcarius; qui fuit Marchio, eius filij &c.* & etiam apparet vxorem habuiſſe Felindam. pag. 31.

Atto Anſcarius Illuſtris Marchio fil. Comitis Vuidonis.

Hic in alio diplomate [6] Regum Italiæ Berengarij, & Adalberti ipſius nepotum anno 959. vocatur *Illuſtris Marchio*, vt ex eo, quod exhibetur, inſerto donationi factæ à Comite Bonifacio ſuo Abnepote pridie nonas Octobris eiuſdem anni ſignato 5. pag. 40.

6 Dato Papiæ Regni dictorum Regum anno 9. Indictione 3. pridie nonas Octob.

Manfredus Berengarius Abauus tertij Tritaui Petentis.

MAnfredus Berengarius Illuſtris Comes patrem habuit Illuſtrem Marchionem Attonem Anſcarium, vt elicitur ex diplomate inſerto prædictæ donationi ſign. 5. pag. 40., fuit Conſiliarius Imperatoris Berengarij primi conſanguinei ſui, à quo vocatur etiam Inclytus Comes, vt conſtat ex diplomate ſign. 4. pag. 37. in quo legitur, *conſultu quoque, & hortatu Inclyti Mainfredi, qui, & Berengarij Comitis Conſiliarij noſtri, atque eius filij Hermenulphi aliàs Algerij Imperialis Palatij Comitis Conſanguineorum noſtrorum &c.* ex quo etiam conſtat fratrem ſuum fuiſſe Hugonem Epiſcopum Auguſtanum Sacri Palatij Imperialis Archicapellanum. Enunciatur *Illuſtris Vir Manfredus, ſeu Berengarius Comes* ab Imperatore Othone Magno in diplomate [7] ſignato 6. pag. 43.

7 Dato Romæ anno Imperij eius tertio in Vigilijs Natalis Domini recognito per Luitgerium Cancellarium ad vicem VVidonis Epiſcopi Archicancellarij.

Manfredus Berengarius Illuſtris Comes, Conſiliarius Imper. Berengarij fil. Marchionis Anſcarij.

Hugo Proauus tertij Tritaui Petentis.

COmes Hugo genitus eſt à Comite Manfredo Berengario, vt habetur ex donatione Comitis Bonifacij pronepotis ſui ſignata vt ſupra 5. pag. 40., in qua fatetur *ſe, & maiores ſuos ex*

natione

Comes Hugo filius Manfredi Berengarij Illuſtr. Comitis, maritus Erminzæ Bertæ filiæ Regis Henrici.

Digitized by Google

natione propria Regum Longobardorum Longobardicas leges profeſſos eſſe; fratrem habuit Algerium Hermenulphum, vt ex [8] donatione facta ab Erminza Berta dicti Hugonis vxore, & Maria ſorore ſua vxore prædicti Algerij Hermenulphi filiabus Herrici Regis, in qua ipſi fratres *ex regia ſua ſtirpe leges Longobardas profeſſi ſunt*, vt ex ea ſignata 7. pag. 44., nec non ex diplomate Imperatoris Othonis primi exhibito ſub num. *6*. pag. 42. ex quibus Ermenulphus fuit Capitaneus Generalis Imperatoris Berengarij primi, vt ex diplomate [9] ſignato 8. pag. 45. Hic genuit Attonem Vercellenſem Antiſtitem, vt ex eius teſtamento ſæpè citato ſignato 1. pag. 30.

8 Tradita per Spinibertum Comitem, & Iudicem, ac Miſſum Imperialem, Imperialemq; Notarium die primo Octob. anno primo Imperij Berengarij primi.

9 dato quarto nonas Decemb. anno Domini 894. Regni ipſius Berengarij ſeptimo.

Algerius Hermenulphus maritus Mariç filiæ Herrici Regis, Comes Militiæ, ſeu Capitaneus Generalis Imper. Berengarij, ac pater Attonis Epiſcopi Vercellenſis.

Fulco Autpertus Auus tertij Tritaui Petentis.

COmes Fulco Autpertus filius extitit Comitis Hugonis, vt habetur ex diplomate inſerto in præcitata donatione ſignata 5. pag. 40., & diplomatibus Imperatoris Othonis primi ſignat. *6*. pag. 43., atque Regum Berengarij, & Adalberti ſign. 2. pag. 34. in quorum poſtremo enunciatur etiam *Regia Aula Comes*.

Comes Fulco Autpertus Regiæ Aulæ Comes fil. Co. Hugonis.

Obizzo Pater tertij Tritaui Petentis.

COmes Obizzo, qui & Amizzo dicebatur, filius fuit Comitis Fulconis, vt probatur ex donatione ſignata 5. pag. 40. vocatur etiam Obizzo, qui & Amizzo in donatione [10] facta anno *963*. à Comitiſſa Mitilde filia Excelſi Ducis Luitulphi, ſeu Adulphi filij Imperatoris Othonis primi ipſius vxore, quæ exhibetur ſign. *9*. pag. *46*., fratres etiam habuit Marchionem Adalbertum maritum Iddæ ſororis eiuſdem Mitildis, vt ex proximè citata donatione pag. 47.; atque Addonem Illuſtrem Comitem Conſiliarium Imperatoris Othonis primi, vt ex diplomate iam producto ſub num. *6*. pag. 42.

10 tradita per Anſprandum Notariũ Sacri Palatij Imperialis, Aulæ Comitem, Iudicem, ac Miſſum D. Imperatoris in ſolemnitate Natiuitatis B. Mariç Virginis anno Imperij Othonis primi nono.

Comes Obizzo, qui & Amizzo fil. Co. Fulconis Autperti maritus Mitildis filiæ Excelſi Ducis Luitulphi filij Imperatoris Othonis primi. Marchio Adalbertus maritus Iddæ ſororis dictæ Mitildis, frater dicti Co. Obizzonis. Addo Illuſtris Comes Conſiliarius Imp. Othonis primi frater Marchionis Adalberti, & Co. Obizzonis.

Bonifacius tertius Tritauus Petentis.

BOnifacius, qui & Facius, Illuſtris Comes filius fuit Comitis Amizzonis, vt clarè liquet ex donatione ab eo facta prædicto Monaſterio Maiori, in quo dicit Reges Berengarium, & Adalbertum eſſe conſanguineos ſuos, vt ex ea iam exhibita ſub n. 5. pag. 40. videlicet, *Ego Bonifacius Comes filius quon. Amizzonis Comitis, Comitiſq; Fulconis nepos, & Hugonis Comitis pronepos, atque Manfredi, qui & Berengarij item Comitis abnepos, Illuſtriſq; Anſcarij Marchionis atnepos &c.* atque ex emptione [11] facta nonnullorum bonorum Luxeriæ propè Ciuitatem Mediolani, *cum portione Eccleſiæ Sancti Dionyſij à Nobiliſſimis Viris Bonifacio, ſeu Facio, & Adulfo, ſeu Manfredo, & Attone, qui & Ottone fratribus Illuſtribus Comitibus, filijs quon. bonæ memoriæ Comitis Amizzonis &c.* vt ex ea ſignata 10. pag. 48., vocatur Illuſtris Comes, & eorum conſanguineus à prædictis Regibus Berengario, & Adalberto in diplomate inſerto ſupracitatæ donationi ſigna-

11 tradita per Bernardum Iudicem, ac Notarium Imp. Othonis menſe Maij anno Othonis primi nono, & ſui filij tertio.

Bonifacius, qui & Facius Illuſtris Comes Stazonæ, Dominus Albizati, & Beſnati conſanguineus Berengarij, & Alberti Regum Italiæ, & affinis Imp. Othonis primi fil. Co. Amizzonis.

Adulfus, qui & Manfredus, ac Atto, ſeù Otto Illuſtres Comites fratres dicti Co. Bonifacij.

Digitized by Google

ſignatæ 5. pag. 41. Sicuti etiam enunciatur Stazonæ (nunc Angleriæ [12]) Comes, & affinis ſuus ab Imperatore Othone III. in diplomate, [13] quo ei contulit feudum Albizati, & Beſnati his verbis, *notum eſſe volumus, quòd nos fideli Affini noſtro Facio Comiti Stazonæ propter ingentia ſeruitia eius, & Comitis Amizzonis Patris ſui Sacro Imperio præſtita in rectum feudum conceſſimus Iuriſdictionem cum diſtrictu, collecta, & albergaria Villa Albizati &c. vnà cum foro, & curreria Beſnati, reſeruato tantùm Nobis, & Imperio, fodro Imperiali &c.* vt ex eo ſignato 11. pag. 49., Comitemq; Mediolani, & Cuſtodem ſigilli Arduini Italiæ Regis fuiſſe liquet ex diplomate [14] eiuſdem Regis ſign. 12. pag. 50. & 51., in quo aſſerit pijſſimum Regem Deſiderium fuiſſe ſuum antiquum Auum.

[12] ex atteſtatione Excellentiſſimi Senatus exhibita in fine Genericæ.

[13] dato pridie Idus Auguſti anno Domini 997. & recognito per Eribertũ Cancellarium vice Petri Archicancellarij Imperialis.

[14] dato Papiæ anno 1002. in die Coronationis eius, ſubſcripto à Comperto vice Petri Cumani Epiſcopi Archicancellarij.

Eriprandus Atauus ſecundi Tritaui Petentis.

Comes Eriprandus primus Vicecomes Mediolani fil. Co. Bonifacij.

COmes Eriprandus patrem habuit Comitem Bonifacium, vt conſtat ex donatione [15] nonnullorum bonorum ſuorum in Comitatu Seprij facta Monaſterio Bremidæ, videlicet in loco Azzatæ, in qua legitur inter alia, *Ego in Dei nomine Eriprandus, qui dicor Vicecomes Mediolani filius quondam Bonifacij, qui fuit Comes &c. conſentientibus, & laudantibus Beatrice vxore mea filia quondam Attonis Comitis, & Giſla matre mea, quæ fuit filia bonæ memoriæ Adalberti Marchionis, & coniux iam dicti Facij Comitis &c.* vt ex ea ſignata 13. pag. 56. Id etiam confirmatur ex alia donatione [16] facta Monaſterio Maiori, in qua hæc leguntur, *Giſla filia bonæ memoriæ Adalberti, qui fuit Comes, & Marchio relicta bonæ memoriæ Bonifacij, qui fuit Comes, & Ruitprandus, qui dicor Vicecomes de Mediolano filius item bonæ memoriæ ipſius Bonifacij, mater, & filius, atque Beatrix filia quon. Attonis Marchionis coniux ipſius Ruitprandi Comitis, omnes Ciues de Mediolano, qui ex natione noſtra Regum Longobardorum, legibus Longobardicis viuere profitemur &c.* vt ex eo ſub numero 14. pag. 57. Quod etiam comprobatur ex ſententia [17] ab eo lata, in qua habetur, *Dominus Eriprandus Comes filius bonæ memoriæ Comitis Facij, ſedens ad iuſtitiam faciendam ſingulis hominibus ad vicem Domini Marchionis eius Germani, cuius eſt Vicecomes &c.* vt ex ea ſign. 15. pag. 61. Idem Eriprandus enunciatur [18] *Mediolani Comes* in quadam Inueſtitura emphiteotica ſecuta inter Pinamontem de Vicomercato, & Henricum de Settara, in qua legitur, *& ſicut quondam Archerius pater iſti Pinamontis, & Iuſtamons genitor ſuus acquiſiuerunt ab Eriprando, qui fuit Comes iſtæ Ciuitatis*, vt ex ea ſign. 16. pag. 62. frater eius fuit Azzo Marchio, & Comes Mediolani, vt liquet ex Inſtrumento [19] ab eodem Azzone firmato, tanquam Mediolani Comite ſign. 17. pag. 63. Id etiam confirmatur ex ſupradicto documento ſign. 15. pag. 61. ex quibus patet eundem Marchionem, & Comitem Azzonem abſolutè Iuſtitiam in hac Ciuitate, etiam per ſuum Vicecomitem, adminiſtraſſe, & cognomen familiæ videri originem habuiſſe ex officio, ſeu dignitate Vicecomitis, quam ipſe Eriprandus geſſit. Otho

Azzo Marchio, & Comes Mediolani frater dicti Comitis Eriprandi.

[15] tradita die primo Maij anno primo Imperij Conradi primi per Lotharium Iudicem, & Miſſum Imperialẽ.

[16] tradita tertio Kal. Maij anno ſecundo Impe. Conradi per Vbertum Iudicem, & Notarium Sacri Palatij Imperialis, ac ſubſcripta per ipſos Donatores.

[17] tradita anno Domini 1028. & ſecundo Imperij Cõradi menſe Octobris per Arnoaldũ Notarium, & Miſſum Imperialem.

[18] tradita die 10. Maij 1179. per Rogerium Bonafidem Iudicem, ac Miſſũ Regis Conradi ſecundi.

[19] tradito anno 1033. menſe Maij per Vgonem Notarium, & Imperialẽ Miſſũ.

Digitized by Google

Otho Abauus ſecundi Tritaui Petentis.

COmes Otho Vicecomes Mediolani filius fuit Illuſtris Eriprandi Comitis, vt conſtat ex Inſtrumento [20] tranſumpti duorum priuilegiorum Regis, & Imperatoris Berengarij primi coram eo celebrato, ſcilicet *in Palatio Iuſtitiæ Mediolani, vbi in publica audientia ius redditur coram Domino Othone Comite Vicecomite iſtius Ciuitatis filio bonæ memoriæ Illuſtris Viri Domini Eriprandi Comitis, ſedente ad Iuſtitiam faciendam &c.* Quod tranſumptum iam exhibitum fuit ſub num. 3. pag. 36., ex quo etiam elicitur eundem Comitem Othonem munus exercuiſſe Vicecomitis, à quo, vt diximus, cognomen huius familiæ ortum videtur; Eumdem Othonem filium fuiſſe Eriprandi Vicecomitis probatur ex alio Inſtrumento [21] prædicti anni firmato ab Epiſcopo Nouarienſi, & Vercellenſi his verbis, *Nos Othonus f. q. Riprandi Vicecomitis &c. qui profeſſi ſumus nos ex natione noſtra lege viuere Longobardorum &c.* quod exhibetur ſignatum 18. pag. 67. Confirmatur etiam eundem Othonem Comitis dignitate decoratum fuiſſe ex Inſtrumento [22] permutationis, in quo *Petrus Vicecomes teſtatus eſt, quod iam dicta bona fuerunt ſemper poſſeſſa per antiquos Auos ſuos, & præcipuè per Riprandum, qui fuit Comes, demùm ea Aroxij permanſerunt in Othonem ſimiliter Comitem eius filium &c.* vt ex eo ſub num. 19. pag. 69. Enunciatur idem Otho Comes, & Miles, in quadam donatione [23] facta ab Azzone Vicecomite Mediolani filio ſuo Templo Sancti Dionyſij de fundo Luxeriæ, vt ex ea ſignata 29. pag. 69. Vxorem habuit Lucretiam filiam bonæ memoriæ Vgonis Comitis, qui dicebatur de Stampe, vt ex Inſtrumento [23 †] quod infrà exhibetur ſign. 23. pag. 77. Summa etiam pietate emicuit; nam in loco Maxini ad oram Verbani Lacus *Eccleſiam à fundamentis erexit, quam Archangelo Michaeli dicauit, eamq; conuenienti prouentu dotauit*, vt apparet ex conceſſione [24] facta Guidoni ipſius filio per Abbatem Sancti Galli, quæ exhibetur in volumine ſignat. 21. pag. 70. Sicuti etiam nonnullas annuas penſiones Templo Sanctæ Theclæ legauit in proprijs bonis Lexiæ, & Venzaghelli, vt apparet ex ratificatione [25] à Dominis Maxini eius deſcendentibus facta, in quo legitur, *pro completa ſolutione annuæ penſionis impoſitæ anno præterito 1080. per quondam Othanem Vicecomitem ſoluendæ per ſuos deſcendentes &c.* quæ exhibetur ſignata 22. pag. 76.

Comes Otho Vicecomes Mediolani fil. Co. Eriprandi.

20 celebrato die 5. Nouembris 1108 ſubſcripto per eumdẽ Illuſtrem Comitem Othonem, & quàm plurimos alios Notarios, & Iudices, & tradito per Amizzonem de Leno Notarium, & Miſſum Regis Henrici.

21 tradito decimoquarto Kalendas Febr. 1108. per Bernardum Iudicem, qui interfuit, & ſcripſit.

22 rogato anno 1183. quinto Kalen Septembris per Vgonem Not., & Iudicem.

23 tradito die 10 Nouemb. 1138. per Ioannem Iudicem, ac Miſſum Regium

23 † tradit. per Aldonẽ Not. Sacri Palatij vltimo Ianuarij 1115.

24 firmata ab Abbate, Decano, & Procuratore Monaſterij S. Galli Conſtantienſis anno 1141. in Kalendis Maij in eadem Curte Maxini, & rogata per Magiſtrum Rogerium.

25 tradita die pr. Iunij 1106. per Bernardum de Angleria.

Vuido Proauus ſecundi Tritaui Petentis.

COmes VVido, ſeu Guido patrem habuit Comitem Othonem Militem, vt conſtat ex præcitata donatione Azzonis ſui fratris Templo Sancti Dionyſij de bonis Luxeriæ emptis à Comite Bonifacio eius Proauo, vt diximus ſub num. 20. pag. 69. in qua legitur, *Ego in Dei nomine Azzo, qui dicor Vicecomes Mediolani, filius quondam Com. Othonis Militis &c. vnà cum Illuſtri Domino Vuidone fratre meo &c. mihi conſentiente vti ætate maiori*, iam

Comes Vuido dictus Vicecomes Mediolani, Dominus Maxini fil. Co. Othonis.

exhi-

exhibita ſign. 20. pag. 69. Id etiam confirmatur ex conceſſione facta anno 1141. eidem VVidoni à Guarnerio Abbate Sancti Galli Conſtantienſis *de tota Curte Maxini cum omnibus ſuis pertinentijs ſita in ora Lacus Verbani, vbicunque ſita ſint, ſiue in Lombardia partibus inueniri poſſint, tam in Comitatu Stazionenſi, quàm alibi, ſiue ſint in Epiſcopatu Nouarienſi, ſiue Mediolanenſi, cum omnibus ad eandem Curtem pertinentibus &c.*, vt ex ea iam producta ſub num. 21. pag. 70., quod etiam confirmauit Conradus II. Romanorum Rex anno ſequenti ſuis literis, [26] quæ exhibentur in iſto volumine ſign. 21. pag. 72. Fuit & ipſe Comitis titulo decoratus, vt ex donatione [27] facta ab Alaſia vxore ſua, in qua legitur, *Ego in Dei nomine Alaſia relicta quon. VVidonis Comitis, qui dicebatur Vicecomes huius Ciuitatis Mediolani &c.* exhibita ſub num. 23. pag. 80.

[26] dato Vlmæ anno 1142.

[27] tradita Pridie Kal. Nouembris 1149. per Othonem Iudicem, ac Miſſum Regium.

Otho Vicecomes Auus ſecundi Tritaui Petentis.

Otho Vicecomes Dominus Albizati, Beſnati, & Maxini, Conſul Mediolani, fil. Co. Vuidonis.

OTho Vicecomes huius nominis ſecundus genitus eſt ab Illuſtri Comite Domino VVidone, vt liquet ex proximo antecedenti Inſtrumento ſub num. 23. pag. 80. in quo eidem Alaſiæ conſenſerunt Rogerius, & Otho filij ſui, qui ſubſcripſerunt his verbis. *Signa manuum Rogerij, & Othonis fratrum dicti Vicecomites, qui prædicta Alaſia matri eorum conſenſerunt &c.* atque ex diplomate antedicti Conradi II. conceſſo poſt præcitatam confirmationem, *quo Curtem Maxini cum eius pertinentijs in beneficium dedit Othoni filio VVidonis Vicecomitis Mediolanenſis Ciuis, cuius Auus pro fidelitate Regni à Romanis fuit interfectus &c. Et inſuper forum de Albuciago, & Beſnate præſenti auctoritate eidem Othoni, ſuiſque hæredibus confirmauit, & corroborauit*, vt ex eo exhibito in prædicto volumine ſign. 21. pag. 72. quod fuit confirmatum ab Azzone Vicecomite Mediolani Domino, vt ex literis, quæ exhibentur in prædicto volumine ſign. 21. pag. 75. Mediolanenſis Reipublicæ Conſul erat anno 1182., vt ex ſententia [28] ab eo lata, vnà cum Collegis, quæ exhibetur ſignata 24. pag. 81.

[28] lata 6. Nouembris 1182. ſubſcripta per quatuor Conſules, & ſcripta ab Vgone de Caſtanianega Sacri Palatij Not.

Vbertus Vicecomes Pater ſecundi Tritaui Petentis.

Vbertus Vicecomes Dominus Maxini, Conſul Mediolani fil. Othonis Vicecomitis Domini Maxini, Albizati, & Beſnati.

VBertus Vicecomes patrem habuit præfatum Othonem Conſulem, ſicuti habetur ex ratificatione [29] Inſtrumenti Inueſtituræ à Beneficiali Templi Sanctæ Mariæ Maxini facta anno 1203. per Vicecomites ipſius loci Condominos, inter quos ipſe *Vbertus* enunciatur *filius quon. D. Othonis Vicecomitis*, quæ exhibetur ſign. 25. pag. 83., atque ex alio conſimili Inſtrumento ſub anno 1206., in quo hæc habentur, *Domini Otho, Vbertus, Eriprandus, & Ioannes fratres Vicecomites filij quondam D. Othonis, vti maior pars Dominorum Curtis Maxini, ac deſcendentium quon. Othonis Militis &c.* iam producto ſub num. 22. pag. 76., ex quibus fratribus Vbertus anno 1166. acquiſiuit in emphyteuſim nonnulla bona in agro Placentino à Beneficialibus Templi

Otho, Eriprandus, & Ioannes Vicecomites fratres D. Vberti prædicti Condomini Maxini.

[29] tradita die vndecima ante Calendas Nouemb. 1203. per Girardum de Buſſero.

Digitized by Google

Sancti Antonini Vrbis Placentiæ, quæ demùm peruenerunt in alterum Vbertum ipſius ex dicto Ioannolo fratre nepotem, vt infrà apparebit ſub num. 28. pag. 85. Ipſimet fratres anno 1184. aſſenſerunt donationi [30] factæ ab eorum matre Monaſterio Sancti Simpliciani Mediolani, in qua legitur, *Ego Aldegunda filia quon. bonæ memoriæ Anſelmi Marchionis, & relicta quondam bonæ memoriæ D. Othonis dicti Vicecomitis Ciuitatis Mediolani &c. confirmantibus Nobilibus Viris D. Vberto, & Ioannolo fratribus, qui dicuntur Vicecomites, filijs, & Monduualdis meis &c.* vt ex ea ſign. 26. pag. 84. Prædictus verò Ioannolus duos habuit filios, alterum ſcilicet Vbertum, & Vicecomitem, qui anno 1218. die prima Septembris interfuerunt teſtes proteſtationi [31] factæ fauore Monaſterij Maioris coram Vicario Prætorio, in quo ſic legitur, *Interfuerunt Teſtes inter cæteros D. Vbertus, & D. Vicecomes fratres filij quon. D. Ioannis Vicecomitis,* vt ex ea, quæ legitur in Tranſumpto ſign. 14. pag 60., ex quibus Vicecomes anno 1216. Mediolani Conſul erat, vt liquet ex Inſtrumento [32] ſignato 27. pag. 85. Vbertus verò eiuſdem Vicecomitis Conſulis frater, pater fuit illius Theobaldi, qui anno 1271. creatus fuit Summus Pontifex ſub nomine Gregorij X., & alterius Vicecomitis, qui Præturam geſſit Mediolanenſem anno 1272. (vt demonſtratum eſt in Generica) Exhibetur enim Inſtrumentum [33] conuentionum ſecutarum anno 1221. inter eum nomine etiam filiorum ſuorum, & Beneficialem Eccleſiæ Sanctæ Theclæ Mediolani, in quo ſe enunciat Ciuem Mediolani, & Placentiæ, in eo enim hæc leguntur; *Cum variæ lites verterentur inter D. Lanterium de Rhode beneficialem Eccleſiæ Sanctarum Protomartyris Theclæ, & Pelagiæ Virginum nomine ipſius Eccleſiæ parte vna, & D. Vbertum Vicecomitem Ciuem Mediolani, & Placentinum parte altera, cauſa legati quon. D. Ioannoli patris dicti D. Vberti, eo quòd volebat ipſe Beneficialis decimare triticum, & vinum percipienda ex bonis relictis per dictum D. Ioannolum, tam in Comitatu Seprij, quàm in Territorio Placentino &c. & è contra D. Vbertus oſtenderet ex publicis cartulis non poſſe dicta bona ſubiacere dictæ decimæ, eò quòd antiquitùs fructus bonorum Comitatus Seprij ſubiecta ſint decimæ, quæ percipitur per Beneficialem Eccleſiæ dicti loci, & bona ſita in Territorio Placentino fuiſſe acquiſita anno 1166. per D. Vbertum Vicecomitem fratrem dicti quon. D. Ioannoli à Beneficialibus Eccleſiæ Sancti Antonini dictæ Ciuitatis, tandem &c. Ipſe D. Vbertus, etiam nomine infraſcriptorum filiorum ſuorum promiſit &c. quòd D. Vicecomes, Theobaldus, & Petrolus fratres Vicecomites eius filij nunc abſentes ratificent &c.* vt ex eo ſign. 28. pag. 85. Quod Inſtrumentum clarè demonſtrat, cur idem Theobaldus ab omnibus ferè Hiſtoricis appelletur Ciuis Placentinus, & hoc cauſa habitationis ob bona ab Vberto ipſius Theobaldi Patruo magno acquiſita, & quæ Pater illius poſſedit in agro Placentino, vt patet ex ſupradicto Inſtrumento, cum aliter ipſe Theobaldus fuiſſet Mediolanenſis, ſicuti & Pater, & Auus, ac maiores eius fuere demonſtratum eſt, & clariùs patet ex Conſulatu in Ciuitate Mediolani à Vicecomite ipſius Patruo

geſto,

30 traditæ per Tedaldum de Senago 5. Calendas Nouembris 1184.

31 traditæ per Leonē de la Turre dictis anno, & die.

32 rogato octauo die ante Kal Aprilis anni prædicti per Guifredum de la Turre.

33 rogat. vltimo Maij 1221. per antedictum Guifredum de la Turre.

Vbertus, & Vicecomes filij Ioãnoli fratres Vberti, ex quibus fratribus Vicecomes fuit Conſul Mediolani.

Theobaldus, frater Vicecomitis, Prætoris Mediolani, & Petroli filij Vberti ſecundi, Summus Pontifex ſub nomine Gregorij X.

Digitized by Google

geſto, cùm dignitas Conſularis in proprios Ciues tantùm conferri ſoleat, vt notorium eſt; quæ omnia ſimul probant ipſum Theobaldum, ſeu Summum Pontificem Gregorium X., quamuis ratione natiuitatis, ſeu domicilij dicatur fuiſſe Placentinum, eum Ciuem Mediolanenſem eſſe; quòd etiam demonſtratum fuit in Generica.

34 lata die prima Ianuarij dicti anni, ſuſcepta per eundem Vbertum Vicecomitem, & alios quatuor Conſules eius Coll. gas, & ſcripta per Iacobum Coaliam Notarium, & Militum Imperialem.

Redeundo autem ad lineam rectam aſcendentium noſtri Candidati, Vbertus filius Othonis Conſulis, ac Patruus magnus dicti Summi Pontificis, & ipſe fuit Mediolanenſis Reipublicæ Conſul anno 1199., vt ex ſententia [34] per eum lata exhibita ſub nu. 29. pag. 87. Vxoremq; habuiſſe Anaſtaſiam Pirouanam, ſeu Bertam patet ex diplomate Imperiali ſign. 84. pag. 182., & literis Excellentiſſimi Senatus ſignatis 83. pag. 27., & ex Inſtrumento ſignat. 22. ✠ pag. 77.

Andreottus Vicecomes ſecundus Tritauus Petentis.

35 tradita die 2. Decembris 1228. per Guarnerium de Intus turre.

Andreottus filius præfati Vberti Conſulis.

ANdreottus Vicecomes natus eſt ex præfato Vberto Mediolani Conſule, vt liquet ex Inueſtitura [35] nonnullorum bonorum in Territorio Quinti, quæ vocabantur D. Othonis, in qua legitur, *Gaſparolus, & Andreottus fratres Vicecomites filij qu. D. Vberti Vicecomitis Ciuitatis Mediolani &c.* vt ex ea ſub num. 30. pag. 88. Maritus fuit Florinæ filiæ Ruffini Mandelli, vt ex Inſtrumento [36] ſign. 31. pag. 89. Hic fratrem habuit inter cæteros D. Othonem Archiepiſcopum Mediolani, vt liquet ex Inſtrumento [37] donationis per eum celebrato in Oppido Aronæ, in quo hæc habentur: *Modò præfatus nunc Reuerendus D. Otho Archiepiſcopus Mediolani filius quon. D. Vberti Vicecomitis facit donationem Dominis Petro, & Theobaldo fratribus filijs quon. D. Andreotti, & præfati D. Donatoris nepotibus*, vt ex eo ſub num. 32. pag. 90. De hoc Archiepiſcopo mentio etiam fit in Generica.

36 tradito per Albertum Stampam die 3. Iulij 1230.

37 tradito primo menſis Februarij 1271. per Oliuerium Liguatium.

Otho Archiepiſcopus Mediolani frater Andreotti, hic fuit Dominus Mediolani.

Theobaldus Vicecomes Atauus primi Tritaui Petētis.

Generoſus Miles D. Theobaldus fil. D. Andreotti.

38 tradito die 30. Nouemb. 1320. per Maphiolum de Populo.

GEneroſus Miles D. Theobaldus Vicecomes filius fuit D. Andreotti, vt apparet non ſolùm ex proximè præcedenti Inſtrumento, ſed etiam ex alio, [38] in quo fit mentio venditionis factæ *Generoſis Viris Reuerendo D. Gaſpari, & D. Petro fratribus Vicecomitibus ementibus, & aquirentibus etiam nomine D. Theobaldi eorum fratris filijs quon. D. Andreotti*, quod exhibetur ſignatum 33. pag. 90. vocatur etiam Generoſus Miles in Inſtrumento mox producendo ſub num. 36. pag. 97. Fratrem habuit D. Petrum Vicecomitem, vt conſtat ex Inſtrumento iam producto ſub num. 32. pag. 90. quem fuiſſe Dominum Oppidi Somæ apparet ex Inſtrumento [39] anni 1251., in quo legitur, *D. Petrus Vicecomes Ciuis Mediolani de præſenti moram trahens in Oppido ſuo Soma capite Iuriſdictionis Comitatus Seprij &c.* vt ex eo ſign. 34. pag. 93. Quod Oppidum anno 1288. deuenit in poteſtatem DD. Maphæi, & Vberti fratrum Vicecomitum nepotum ſuorum in diuiſionibus [40] inter ipſos ſequutis, in qui-

39 rogato die 22. Iunij dicti anni per Marcellinum de Angleria.

40 rogata per Bonacortum Pagnanum die 14. Martij 1288

Petrus Vicecomes Dominus Somæ, Beſnati, Aliaragi, Albizati, Menzaghi, Albuciagi, Brunelli, & Maxini frater præfati D. Theobaldi.

bus ipſi Petro peruenit dominium *Beſnati*, *Aliaragi*, *Albizati*, *Menzagi*, *Albuzagi*, *Crena*, *Roati*, *Solarij*, *Brunelli*, *Maxini*, *aliorumq; locorum, & Villarum vltrà Lacum Verbanum &c.* vt ex ipſo Inſtrumento in volumine ſignato 21. pag. 73.; Sicuti anno 1311. dominium prædictæ Terræ Maxini deuenit in *Nobilem Militem D. Vbertum Vicecomitem fil. quon. D. Theobaldi Militis* virtute ceſſionis * quam ei fecit *D. Gaſpar etiam nomine D. Leodriſij Militis Poteſtatis Modoetiæ eius fratris ambo filij quon. Nob. Militis D. Petri Vicecomitis &c.* vt ex ea ſignata 34. pag. 94.

* ſub die 5. Maij dicti anni in actis Oliuerij Lignatij.

Vbertus Vicecomes Abauus Tritaui Petentis.

Magnificus Miles Vbertus Dominus Somæ, Vergiati, Gulaſiccæ, Putheialti, Ferni, &c. Prætor Comi fil. D. Theobaldi.

MAgnificus Miles D. Vbertus Vicecomes natus eſt ex præfato Generoſo Milite D. Theobaldo, vt apparet ex Inſtrumento,[41] in quo legitur, *D. Vbertus Vicecomes dictus Picus filius quon. D. Theobaldi facit abſolutam liberationem &c. Nobili, & Generoſæ D. Anaſtaſiæ de Pirouano venerandæ matri ſuæ relictæ D. Theobaldi patris ſui conſentiente D. Matthæo eius fratre, & dictæ Dominæ filio &c.* vt ex eo ſign. 35. pag. 96. Item ex alio[42] anni 1312., in quo enunciatur *Magnificus Miles D. Vbertus Vicecomes filius quon. Generoſi Militis D. Theobaldi*, vt ex eo ſign. 36. pag. 97. Anno 1280. erat ex duodecim Sapientibus conſtitutis à Commune Mediolani, cum omni ea facultate, & auctoritate, quam ipſius Ciuitatis Conſilium generale habebat, vt ex Inſtrumento[43] ſign. 37. pag. 99., qui etiam anno 1293. erat Prætor Vrbis Comi, vt liquet ex Inſtrumento[44] ſign. 38. pag. 100., ex quo etiam apparet fratrem habuiſſe Matthæum Vicecomitem, qui ob res domi, foriſq; præclarè geſtas Magni nomen eſt aſſecutus, vt teſtatus eſt anno 1642. Regius Mediolani Senatus ſuis literis annuente Marchione Cæſare Vicecomite Petentis Auo datis die 24. Septembris, quæ exhibentur ſign. 39. pag. 25. quæ fraternitas etiam comprobatur ex diuiſione ſecuta anno 1288. inter ipſos fratres, & D. Petrum eorum Patruum, ex qua conſtat, quòd obuenerunt *in partem ſupraſcriptis DD. Matthæo, & Vberto omnia ſedimina, terra, & poſſeſſiones, & res Territoria, & honor, & diſtrictus, & ficta, quas poſſident in loco, & territorio de Soma, de Varigate, de Gulaſicca, & in Burgo, & Territorio de Lonate, Putheoalto, & de Ferno &c. & ipſe Vbertus remiſit dicto D. Petro patruo ſuo lib. 500. tertiolorum, & ius earum, quæ ſunt medietas lib. 1000. tertiolorum, quas habuit ipſe Vbertus de dote, & occaſione dotis D. Alduxiæ vxoris ſuæ, quæ proceſſerunt in communem vtilitatem &c.* vt ex ea iam exhibita in volumine ſignato 21. pag. 73. Exhibentur etiam literæ[45] ab eodem Matthæo Mediolani Domino emanatæ fauore Monaſterij Morimundi, in quibus legitur, *Matthæus Vicecomes Dei gratia Sacri Imperij Vicarius Generalis in Lombardia, Capitaneus populi Mediolani &c.* quæ ſunt ſub num. 40. pag. 101.

Matthæus Vicecomes Imperialis Vicarius Generalis in Lombardia, & Capitaneus populi Mediolani, cognomẽto Magnus frater præfati Vberti.

41 rogato die 24 Febr. 1278. per Gulielmum de Allegro.

42 rogato die 24. Ianuarij 1312. per Guarnerolum Hermenulphum.

43 rogat. 11. Aprilis dicti anni per Vicecomitem Careſanam.

44 rogato 4. Iunij dicti anni per Euſebium Baracam.

45 datæ Mediolani 6. Auguſti 1299. inſertæ in Inſtrumento rog. per Maphæum de Roſtis die nona eiuſdem menſis, & anni.

Ver-

Vercellinus Vicecomes Proauus Tritaui Petentis.

Magnificus Miles D. Vercellinus Prętor Nouariæ filius Vberti.

NObilis, Egregius, Spectabilis, & Magnificus Miles D. Vercellinus Vicecomes patrem habuit Magnificum D. Vbertum, vt ex Inſtrumento,[46] in quo legitur *D. Gulielmus Puſterla Imperialis Penſionarius Aſtenſis &c. facit irreuocabilem donationem Margaritæ filiæ ſuæ vxori deſponſatæ cum licentia Summi Pontificis D. Vercellino nato D. Vberti Vicecomitis eius conſobrino &c.* quod exhibetur ſub num. 41. pag. 101. Id etiam comprobatur ex Inſtrumento anni 1320. iam producto ſub num. 33. pag. 91. in quo legitur, *cum deceſſerit idem D. Vbertinus Vicecomes relictis Spectabilibus DD. Iannolo, Othorolo, & Vercellolo fratribus Vicecomitibus eius filijs &c.* Eodem anno 1320. dictus D. Vercellinus erat Prætor Vrbis Nouariæ, vt ex Inſtrumento[47] ſignato 42. pag. 102. De hoc Generoſo Milite perhonorifica fit mentio in diplomate[48] immunitatis conceſſæ per Ioannem Galeatium Vicecomitem Virtutum Comitem, ac Mediolani Dominum fauore Antonioli ipſius Vercellini nepotis, in hæc verba: *Attendentes laborioſa, arduaque fidelitatis obſequia, quæ nobis, & recolendæ memoriæ Genitori noſtro, alijſque noſtris Anteceſſoribus Dominis Mediolani, poſtergatis longæuis temporibus impendiuerit Nobilis, & Spectabilis Miles D. Vercellinus de Vicecomitibus, ipſiuſque filij, & alij deſcendentes &c.* vt ex eo ſub numero 43. pag. 104. enunciatur etiam *Magnificus Miles* in Inſtrumento anni 1395. mox exhibito ſignat. 44. pag. 105., & in alio anni 1397. appellatur *Nobilis, & Egregius Miles*, vt ex eo ſub num. 45. pag. 106.

Spectabiles DD. Iannolus, & Othorolus fratres præf. D. Vercellini.

46 rogato 17. Maij 1297. per Gaſparinum Moronum.

47 rogato 11. Febr. eiuſdem anni per Iacobum Gamberium.

48 dato die penultimo Maij 1394.

Antonius Vicecomes Auus Tritaui Petentis.

Magnificus, & Potens Miles D. Antonius primus Camerarius, Conſiliarius, & Conſanguineus Ducalis, ac Prætor Cremonæ fil. qu. Vercellini Militis.

SPectabilis, Egregius, Magnificus, & Potens Miles D. Antonius Vicecomes filius fuit præfati Militis D. Vercellini, vt ex Inſtrumento[49] ſignato 44. pag. 105. atque ex alio[50] anni 1397., in quo legitur, *Spectabilis, & Egregius Miles D. Antonius de Vicecomitibus filius quon. Nobilis, & Egregij Militis D. Vercellini*, quod exhibetur ſub num. 45. pag. 106. Titulo Magnifici Militis decoratur in Inſtrumento mox exhibendo ſub num. 50. pag. 111. Sicuti etiam Egregius, & Potens Miles appellatur in alio[51] anni 1410. in quo ſic legitur, *Spectabiles, & Magnifici Domini Galeaz Miles aureatus, & Otho Ducales Camerarij, Frater Iacobus Miles Sancti Ioannis, Ioannes Miles Religionis Sancti Georgij, & Azzo Ducalis Squadrerius fratres de Vicecomitibus filij quon. Egregij, & Potentis Militis D. Antonij, faciunt donationem Illuſtri, & generoſæ D. Dianiræ de Valperga eorum matri relictæ dicti D. Antonij*, vt ex eo ſub num. 46. pag. 108. Exhibentur literæ,[52] quibus *Galeaz Vicecomes Mediolani Imperialis Vicarius &c. Egregio Militi D. Antonio Vicecomiti dilecto conſanguineo ſuo* facultatem conceſſit deriuandi nonnullas aquas ex Nauigio magno, vt ex eis ſign. 47. pag. 109. Fuit primus Camerarius, & Conſiliarius Ioannis Mariæ Vicecomitis ſecundi Mediolani Ducis, vt videre

Galeaz Miles Aureatus, Ducalis Camerarius.
Otho Ducalis Camerarius.
Iacobus Eques Sancti Ioannis.
Ioannes Miles Sancti Georgij, fratres, filij præfati D. Antonij Militis.

49 rogato 15. Maij 1395. per Otholinũ Lampugnanum.

50 rogato 27. Februar. dicti anni per Minolum de Colliate.

51 rogato primo Augusti 1410. per Gerardum de Mezottis.

52 datis 15. Nouembris 1362.

eſt

eſt ex diplomate[53] ſub numero 48. pag. 109. Anno 1398. Prętor etiam Vrbis Cremonæ fuit, vt ex documento[54] ſignat. 49. pag. 110.

53 dato 12. Maij 1408.
54 expleto ex Archiuio Cremonæ per Ludouicum de Fodris.

Baptiſta Vicecomes Pater Tritaui Petentis.

Magnif., & Potens D. Baptiſta Somæ, & pertinentiarum Dominus fil. præf. Antonj Militis, & frater Othonis, qui à Duce Mediolani enunciatur Conſanguineus ſuus.

SPectabilis, Magnificus, & Potens Vir D. Baptiſta Vicecomes filius quon. Magnifici, & Potentis Militis D. Antonij, vt ex Inſtrumento[55] anni 1435., in quo legitur *Spectabilis D. Regula de Galeatijs de Senis filia quon. generoſi Militis D. Guidi, vxor Spectabilis D. Baptiſtæ Vicecomitis mariti ſui filij quon. Magnifici Militis D. Antonij &c.* vt ex eo ſignato 50. pag. 111. Item ex alio[56] exhibito ſub num. 51. pag. 112., in quo vocatur *Spectabilis Vir D. Baptiſta Vicecomes filius quon. Nobilis, & Egregij Militis D. Antonij &c.* Appellatur etiam Magnificus, & Potens Dominus in Inſtrumento mox producendo ſub num. 54. pag. 115. Erat Somæ, & pertinentiarum Dominus, vt conſtat ex diplomate[57] Ducis Philippi Mariæ Vicecomitis, in quo confirmatur antiqua immunitas eiuſdem Oppidi, vt ex eo ſub nu. 52. pag 113. Plures habuit fratres varijs honoribus decoratos, vt oſtendimus ſub num. 46. pag. 108. inter quos demonſtrauimus fuiſſe etiam Othonem, qui à Duce Ioanne Maria Vicecomite ſuus conſanguineus vocatur in diplomate ei conceſſo die 10. Maij 1410. in quo legitur, *Attendentes benemerita, fideliaque obſequia Egregij Conſanguinei noſtri nobis ſincerè dilecti Othonis de Vicecomitibus &c.* vt ex eo ſub num. 53. pag. 114.

55 rogato 28. Martij dicti anni per Ioannem Bozolanum, & expleto per Ioannem Angelum Fontanam.
56 rog 9. Octob. 1420 & expleto per eoſdem Notarios.
57 dato 11. Maij 1420

Guido Vicecomes Tritauus Petentis.

Magnf. & Potens Miles D. Guido Dominus Somæ, Ciſtelagi, & pertinentiarum, Gubernator Cremonæ, & Ianuæ, Conſiliarius Secretus, & affinis Ducalis fil. D. Baptiſtæ.

MAgnificus, & Potens Miles D. Guido Vicecomes dicitur filius Magnifici, & Potentis D. Baptiſtæ in Inſtrumento[58] mandati *ad deſponſandam Magnificam, & generoſam D. Eleonoram de Rotarijs filiam quon. Magnifici D. Principallis &c.* quod exhibetur ſub num. 54. pag. 115. Hic vnà cum Magnifico D. Franciſco eius frater Dominus erat Oppidi Somæ Capitis Plebis Ducatus Mediolani, vt patet ex Inſtrumento[59] homagij præſtiti ipſis fratribus per homines dicti loci, quod exhibetur ſign. 55. pag. 118. Profeſſi enim ſunt ipſi fratres, quòd *Soma cum eius Territorio ſeparata, & exempta à Iuriſdictione Communis Mediolani, & à quocunque Domino Mediolani, & in ea præfati DD. Franciſcus, & Guido, & eorum Anteceſſores exercuerunt merum, & mixtum Imperium, & gladij poteſtatem, & ita obtinuerunt contra Ducem Mediolani &c. bannitiq; à Dominio Mediolani, & à Communi Mediolani tuti ibi ſe habebant, tanquam in Terra ſeparata à Iuriſdictione Mediolani &c.* vt legitur in ipſomet Inſtrumento[60] proteſtationis ſign. 56. pag. 123. Defuncto Philippo Maria vltimo ex ſtirpe Vicecomitum Mediolani Duce iidem fratres cum liberis, ſubditis, bonis, & feudis ſuis fuerunt ab Imperatore Federico II. ſub Imperij protectione recepti, & liberati à quauis alia Iuriſdictione, vt habetur ex diplomate[61] Imperiali ſigillo

58 rogat. 2. Apr. 1453. per Ioannem Bozzolanum, & expleto per Ioannem Angelum Fontanã.
59 rog. 3. Octob. 1447. per ſupradictum Bozzolanum, & expleto per Iulium Cæſarem Schianium.
60 ſub die 17. Nou. 1447. rogato, & expleto per pręfat. Bozzolanum, & Schianium.
61 dato 18. Martij 1448. in Nouacivitate.

Digitized by Google

ſigillo munito, in quo inter cætera hæc habentur perhonorifica verba, *Magnificis Franciſco, & VVidoni de Vicecomitibus noſtri, & Imperij Sacri fidelibus dilectis &c. cum anteceſſores veſtri erga Imperium multis iam curriculis annorum ſuam fidelitatem indefeſſis obſequijs demonſtrauerint, vos quoque illorum veſtigijs inhærendo ad ea, quæ noſtrum, & Imperij prædicti decus, & commodum concurrunt inuigilare non ceſſetis, nos percipientes poſt mortem Illuſtris Conſanguinei noſtri Ducis Mediolani nouiter vita functi multas in Lombardia difficultates inſurrexiſſe &c. Volenteſque omni poſſibili ſtudio prouidere &c. oculum gratiæ noſtræ propter Nobilitatem veſtri Generis, ac virtutes, quibus vos ornatos fide dignorum relatione percepimus, in vos defiximus, ſuſcipientes vos maturo conſilio cum liberis, ſubditis, rebus, & bonis veſtris, ac feudis, quæ legitimo iure poſſidetis, in noſtram, & Imperij Sacri protectionem ſuſcipimus, eximenteſq; vos cum hominibus, & rebus veſtris, vt prædictum eſt, ab impeditione, & iuriſdictione quorumcunque ſubditorum noſtrorum in Lombardia, & aliarum partium quacunque auctoritate præfulgeant, ita vt ſuper cauſis vobis vtriſq; obijciendis non alibi, niſi coram Maieſtate noſtra, vel à Nobis deputandis reſpondere teneamini &c.* Ex quo animaduertendum eſt Mediolani Ducem ab ipſomet Imperatore Illuſtris titulo tantùm decoratum eſſe, & hos fratres Magnificos nuncupatos fuiſſe, vt ex eo, quòd exhibetur ſub num. 57. pag. 125. Producuntur etiam literæ[61] Comitis Franciſci Sfortiæ (qui poſtea fuit quartus Mediolani Dux) fauore *Magnificorum, & Potentum Dominorum Franciſci eximij Iuris vtriuſque Doctoris, & Strenui Guidonis fratrum de Vicecomitibus Ciſtelagi, Somæ, Plebis Mezanæ, Arſagi, & pertinentiarum Dominorum*, in quibus ab ipſomet Principe vocantur ſui Affines, vt ex eis inſertis in publico Inſtrumento ſub num. 58. pag. 125. Eidem *Magnifico Guidoni filio quon. Magnifici Viri D. Baptiſtæ* homines Ciſtelagi debitum fidelitatis iuramentum præſtiterunt per publicum Inſtrumentum[63] ſignat. 59. pag. 127. Vrbis Cremonæ nomine Ducali Gubernator erat anno 1473., vt apparet ex Inſtrumento[64] dotis *Magnificæ D. Lietæ de Manfredis de Imola &c. filiæ quon. Magnifici, ac Potentis Viri D. Guidotti* eius ſecundæ vxoris, in quo vocatur *Magnificus, & Potens Miles D. Guido Vicecomes Ducalis Conſiliarius, & Locumtenens in Ciuitate Cremonæ filius quon. Magnifici, & Potentis Viri D. Ioannis Baptiſtæ &c.* quod exhibetur ſub num. 60. pag. 129., quo anno Ioannes Galeatius Sfortia quintus Mediolani Dux eidem Vrbem Ianuæ gubernandam tradidit, vt ex diplomate[65] his verbis exarato. *Occurrit Magnificus, & Inſignis aureatus Eques D. Guido Vicecomes Affinis noſter dilectiſſimus, quem verè ob eius probitatem, virtutem, prudentiam, rerum experientiam, & in cunctis rebus diligentiam, ac ſingularem, & præcipuam quandam in nos, & Statum noſtrum fidem, & deuotionem, idipſum regimen cum ſumma ſui laude, atque commendatione, & noſtra, totiuſque illius Ciuitatis ſatisfactione adminiſtraturum, nobis ipſi perſuademus &c.* vt ex eo ſub nu. 61. pag. 135. Prædicto Duce defuncto Duciſſa Bona eius vxor eundem

Mignif. I.V.D., & Potens D. Franciſcus frater præfati D. Guidonis.

61 datæ 14. Ianuarij 1450.

63 rogatum 16. Febr. 1450. per Ambroſium de Colliate.

64 rog. 26. Martij dicti anni per Franciſcum Bullam, & expleto per Deſiderium Schianium.

65 dato 29. Iunij 1473

Digitized by Google

dem Guidonem ſuis intimis Conſiliarijs adſcripſit, dato diplomate,[66] in quo legitur, *Animo noſtro vertentes Spectabilem Equitem D. Guidonem Vicecomitem nobilitate familia, virtutis ſplendore, & quod in præcipuis ducimus, & exiſtimamus, perpetua fide, & ſinceritate eminentem, dignum eſſe, qui & à nobis diligatur, ſicuti ab Illuſtriſſimis quon. Principibus Socero, & Conſorte noſtro ad vltimum vſque diem valdè fuit ſemper dilectus, vt Senatoris munere præficiatur &c.* quod exhibetur ſub num. 62. pag. 137. Idem Guido à Summo Pontifice Siſto IV. vocatur *dilectus filius Nobilis Vir D. Guido Vicecomes Miles ex Condominis Caſtri de Soma Mediolanenſis Diœceſis &c.* vt ex Bulla Pontificia,[67] qua ei confirmatur Iuſpatronatus Præpoſituræ, & Canonicatuum Templi Sanctæ Agnetis prædicti Oppidi Somæ, quam ipſi fratres *pro Præpoſiti, & Canonicorum dictæ Eccleſiæ pro tempore exiſtentium maiori commoditate proprijs expenſis de nouo conſtrui fecerunt &c.* vt ex ea ſignata 63. pag. 138. Horum fratrum Conſobrinus fuit Ioannes Vicecomes Archiepiſcopus, de quo facta eſt mentio in Generica ſub numero 19. qui *Sapienti, & Egregijs DD. Franciſco, & Guidoni fratribus filijs quon. Spectabilis Viri D. Baptiſtæ Vicecomitis olim filij quon. D. Antonij Aui ſui paterni legauit bona ſua de Agnadello Glareæ Abduæ, & de Beſate Campaneæ Papienſis*, in ſuo Teſtamento,[68] quod exhibetur ſub numero 64. pag. 145.

66 3. Ianuarij 1477.

67 Data 13. Ianuarij 1475.

68 rogato die 30 Septembris 1440. per Laurentium de Corbetta, & expleto per Donatum de la Turre.

Ioannes Archiepiſcopus Mediolani Nepos, ſeu Ablaticus D. Antonij Aui præfatorum Guidonis, & Franciſci.

Theobaldus Vicecomes Petentis Atauus.

Magnificus, & Potens Regius Regalis Armorum Ductor D. Theobaldus Vicecomes filius fuit quon. Magnifici Militis, & Ducalis Conſiliarij Secreti D. Guidonis, vt liquet ex Inſtrumento[69] ſign. 65. pag. 147. Exhibentur diuiſiones[70] ſecutæ anno 1484., quas fecerunt de nonnullis bonis Caſtri Nouate, & ſyluis Vallis Ticini, *Magnificus Miles D. Baptiſta Vicecomes filius quon. Magnifici Iuris Vtriuſque Doct., ac Ducalis Conſiliarij D. Franciſci parte vna, & Magnifici DD. Antonius Ducalis Gubernator, Thibaldus Regius Regalis armorum Ductor, Galeaz I. V. D., ac Ducalis Conſiliarius Secretus, Princiuallis legum Scolaris, & Baptiſta Ducalis Camerarius, & armorum parte altera, ſeu alijs f. q. Magnifici, & generoſi Militis, & Ducalis Conſiliarij D. Guidonis, omnes de præſenti habitantes, & ſeu moram trahentes in eorum Caſtro Somæ Capite Plebis Ducatus Mediolani*, ſignat. 66. pag. 152. Producitur etiam aliud Inſtrumentum[71] anni 1488. celebratum nomine *Magnifici, & Potentis D. Theobaldi filij qu. Magnifici, & Potentis Militis D. Guidonis &c.* vt ex eo ſub num. 67. pag. 155. Galeaz Maria Sfortia VI. Mediolani Dux facultatem[72] concedens prædictis fratribus deriuandi nonnullas aquas ex flumine Ticini, dixit id facere *prænominatorum fratrum Supplicantium commodis, & beneficijs inclinatus ob familiæ, & ſanguinis eorum nobilitatem, quo ſibi iungebantur &c.* Porrexerunt enim eidem Duci ſupplicem libellum, qui in eadem conceſſione inſertus eſt, ſic incipiens. *Humiliter exponunt Excel-*

lentia

Magnificus, & Potens D Theobaldus Regius Regalis armorum Ductor cōſanguineus Ducalis, Condominus Somæ fil. D. Guidonis Militis.
Antonius Ducalis Gubernator.
Galeaz I. V. D. Ducalis Conſiliarius Secretus.
Princiual legum Scolaris.
Baptiſta Ducalis Camerari', omnes fratres præfati Domini Theobaldi.

69 rogato die 12. Apr. 1486. per Euſtachium Bozzolanū, & expleto per Iulium Cæſarem Schianium.

70 rogatæ die 5. Febr. eiuſdem anni per Geruaſium Bozzolanum, & expletæ per Franciſcū Mariam Fontanam.

71 rogatum die 17. Octob. dicti anni per Bernabouem Applanum, & expletum per Bernardum de Bruſatoribus de Ferno.

72 Diploma datum 8. Iunij 1493.

Digitized by Google

lentiæ Veſtræ fideliſſimi Seruitores DD. Baptiſta, & Galeaz Milites, & Conſanguinei veſtri, & Antonius, Princiual, & Theobaldus eiuſdem D. Galeatij fratres &c. vt ex eo ſub numero 68. pag. 156. Exhibetur etiam Teſtamentum [73] eiuſdem Theobaldi rogatum Neapoli, in quo hæredes inſtituit Alphonſum filium ſuum (Proauum Marchionis Caroli Viceeomitis Regij Quæſtoris in Magiſtratu Extraordinario, qui in hunc Illuſtriſſimum Conſeſſum cooptatus fuit anno 1644., vt liquet ex documento ſig. *69.* pag. *161.*) & ventrem prægnantem Magnificæ D. Catherinæ de Sanſeuerino ipſius vxoris, ſuumq; Executorem teſtamentarium fecit Sereniſſimum Alphonſum Neapolis Regem, in cuius etiam diſpoſitione reliquit ſuos Equos antea ſibi ab eodem Rege donatos, vt ex eo ſign. 70. pag. *161.* ex qua *Magnifica D. Catherina de Sancto Seuerino de Neapoli Domina vidua relicta conſorte quon. Magnifici D. Tibaldi Vicecomitis Mediolanenſis* natus eſt *Magnificus D. Cæſar Vicecomes ſuus filius legitimus, & naturalis*, vt ex ipſius Dominæ Teſtamento [74] ſub num. 71. pag. *162.*

73 rogatum die 18. Aug. 1494. per Gulielmum de Cellis, & expletum per Dominicum Comioram de Neapoli.

74 rogato 11. Februar. 1533. per Hippolitum de Squillacijs de Neapoli.

Cæſar Vicecomes Petentis Abauus.

Illuſtris, & Magnificus D. Cæſar Vicecomes vocatur *filius qu. Illuſtris D. Theobaldi habitans in Caſtro ſuo Somæ Capite Plebis Ducatus Mediolani*, vt ex Inſtrumento [75] ſignat. 72. pag. *166.*, quod etiam confirmatur in Inſtrumento [76] dotis *Nobilis D. Blancæ Cagnolæ filiæ quon. Nobilis D. Ambroſij vxoris ſuæ*, quod exhibetur ſignat. 73. pag. *167.*, nec non ex Inſtrumento [77] dati in ſolutum, quod fecit *Illuſtris, & Magnificus D. Cæſar Vicecomes filius quon. Illuſtris, & Magnifici D. Theobaldi &c. Illuſtri, & Magnifico Senatori D. Dionyſio Bripio filio quon. Magnifici Equitis D. Franciſci, & Magnifico D. Sfortiæ de Bripio &c.* cauſa dotis *Magnificæ D. Iuliæ filiæ ſuæ, & vxoris præfati Magnifici D. Sfortiæ &c.* quod exhibetur ſign. 74. pag. 168.

Illuſtris D. Cæſar Condominus Somæ fil. Theobaldi Militis.

75 rogato 14. Auguſti 1536. per Hieronymum Schianum.

76 rogato 23. Febr. in Caſtro Somæ anno 1543. per Bernardinum de Bruſatoribus de Ferno.

77 rogato 15. Martij 1557. per Nicolaū Vincarcam.

Carolus Vicecomes Petentis Proauus.

M. Illuſtris D. Carolus Vicecomes filius fuit præfati Illuſtris, & Magnifici D. Cæſaris, vt apparet ex Inſtrumento [78] ſig. 75. pag. 173., & in Inſtrumento [79] mandati celebrato à ſua vxore vidua ſic habetur: *Multum Illuſtris D. Hippolyta Rota Vicecomes filia quon. Multum Illuſtris D. Baptiſtæ, & relicta quon. Multum Illuſtris D. Feudetarij Caroli Vicecomitis &c.* vt ex eo ſub num. 76. pag. 174. Titulo Illuſtriſſimi decoratur in ſubſequenti Inſtrumento ſignato 78. pag. *176.*, & à Don Sanzio de Gueuara Regio Gubernatore cum [80] alijs Feudetarijs Dominij Mediolanenſis miſſus eſt obuiam Sereniſſimæ Imperatrici iſthac tranſituræ; Sicuti etiam à Duce Terrænouæ item Mediolani Gubernatore inter eoſdem Feudetarios electus fuit, vt cum alijs inſeruiret Sereniſſimis Coniugibus Sabaudiæ Ducibus, vt ex literis, quæ ambæ dantur ſub num. 77. pag. 175.

Illuſtriſs. D. Carolus ex Dominis Somæ filius Cæſaris.

78 rogato 2. Decemb. 1577. per Iulium Cæſarem Confalonerium.

79 rogato 12. Aprilis 1618. per Antonium Fighettum.

80 datis 18. Septemb. 1581. & 28. Iunij 1585.

Digitized by Google

Cæſar Vicecomes Petentis Auus.

Illuſtriſſimus D. Cæſar Sacri Romani Imperij Marchio, & Ciſtelagi, ex Condominis Somæ, Reg. Quæſtor Magiſtratus Extraordinarij fil. D. Caroli.

Illuſtriſſimus D. Marchio Cæſar Vicecomes filius fuit Illuſtriſſimi D. Caroli, vt ex Inſtrumento,[81] in quo legitur, *Illuſtriſſimus D. Marchio Cæſar Vicecomes ex Conſilio generali DD. Sexaginta Decurionum Ciuitatis Mediolani filius quon. Illuſtriſſimi D. Caroli &c.* quod exhibetur ſub num. 78. pag. 176. Fuit Ciuitatis Mediolani Orator ad Regiam Catholicam Maieſtatem, vt conſtat ex literis[82] Regijs ad dictam Ciuitatem directis, in quibus hæc habentur: *el dicho Marques cumpliò con ſu obligaçion en lo que tuixo à ſu cargo que trattar de eſſa Ciudad con mucha ſatisfaçion, quedando yo con ella de ſu buen proceder mucha cordura, buen animo, y zelo, que en el ſe conoçio, iuncto con la practica, y intelligençia de las materias que tratò, he querido lo entendais aſſi por mereçerlo la qualidad, y partes del dicho Marques &c.* vt ex eis ſub num. 79. pag. 178. Sicuti etiam à Marchione Spinula Regio Gubernatore miſſus eſt Oenipontum ad Sereniſſimum Leopoldum Archiducem Auſtriæ, vt ex Inſtructione[83] producta ſub num. 80. pag. 178.; Et demùm à Duce Feriæ item Regio Gubernatore Locumtenens Regius Noſocomij, vulgò Hoſpitalis, Magni huius Ciuitatis creatus eſt, vt ex literis[84] ſign. 81. pag. 179. Ab Eminentiſſimo Cardinale Albornotio pariter Regio Gubernatore Legatus miſſus eſt ad tractanda negotia cum Lucenſi Republica, vt ex documento[85] ſign. 82. pag. 181. Ab Excellentiſſimo Senatu Mediolanenſi vocatur *Magnificus Cæſar Vicecomes ex Regijs Quæſtoribus Reddituum Extraordinariorum, Marchio Cilsagi, ex Condominis Somæ, Agnadelli, & Gulaſiccæ &c.* in Teſtimonialibus[86] literis, in quibus aſſerit, *Genus illius ortum trahere à clariſſimo, & fortiſſimo Viro Vberto Vicecomite fratre Matthæi, qui ob res domi, foriſq; clariſſimè geſtas Magni nomen eſt aſſecutus*, vt ex eis ſub ſigno ✠✠✠. Quod etiam comprobatur ab Auguſtiſſimo Imperatore Ferdinando III. in eius diplomate[87] ſigno aureo munito, quo eum conſtituit Marchionem Sacri Romani Imperij, Imperialemq; Comitem Palatinum, vnà cum omnibus deſcendentibus ſuis vtriuſque ſexus, eidemq; concedens etiam Imperialem bicipitem Aquilam adiungendam proprio gentilitio ſtemmati, in quo ab eodem Imperatore appellatur *Illuſtris noſter, & Sacri Imperij fidelis dilectus Cæſar Vicecomes Marchio Ciſlagi, ex Condominis Somæ, Agnadelli, Gulaſiccæ, Dominus Quinzani, Montanati, Villæ, Sancti Pancratij, Cimbri, Vizzolæ, & Cuironis &c.* & ſubſequenter in eodem diplomate ad decus huius familiæ ſic proſequitur: *Conſiderantes itaque, Cæſar Vicecomes, antiquum, & illuſtrem ſiue paternum, ſiue maternum ſpectemus Domus, ac familiæ tuæ ſplendorem, quippe qui ex publicis, cùm hiſtorijs, tùm ſcripturis nobis in autentica forma exhibitis, recognoſcimus nobiliſſimam Vicecomitum ſtirpem à pluribus retrò ſæculis claruiſſe Viris, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, plurimis de Republica, de Patria cum primis de Sacro Romano Imperio, quà ſago, quà toga benemeritis, qui quidem ſuam originem Othoni Medio-*

lanenſi

81 rogato 26. Auguſti 1632. per Stephanum Beſutium Valentinum.

82 datis Matriti 17. Septemb. 1629.

83 data 13. Decembr. 1629.

84 datis 8. Octobris 1632.

85 diei 19. Iunij 1635

86 datis 13. Februarij 1634.

87 dato in arce Poſſoniæ 25. Maij 1649.

Digitized by Google

lanenſi quon. Comiti ex Comitibus Angleriæ (deſcendentibus à Deſiderio vltimo Longobardorum Rege) referant &c. & inferiùs ad demonſtrandã affinitatem familiæ Vicecomitis, & Auſtriacæ aſſerit; *Illud ſaltem in peculiare huius familiæ ornamentum non reticendum videtur Viridem Barnabæ ſeptimi Mediolani Principis filiam, Sereniſſimo quondam Auſtriæ Duci Leopoldo nuptam, vndè Fridericus tertius, & Maximilianus primus Imperator, & cum alijs Principibus feliciter proceſſere &c.* vt ex eo ſub num. 84. pag. 183. Ex Marchioniſſa Helena Arconata ſuſcepit Marchionem Theobaldum Petentis Patrem, Aloyſium Equitem Hieroſolymitanum, & Marchionem Galeatium Mariam Patriæ Decurionem, vt conſtat ex eius vltima voluntate [88] ſignata 85. pag. 190. Ex quibus fratribus prædictus Eques Aloyſius fuit in Belgio primò Dux Equitum, & Prochiliarca anno 1635., inde Lanceatorum Equitum [89] anno 1637., demùm Commiſſarius Generalis [90] Equitatus anno 1640., annoque ſequenti Militum Tribunus [91] conſtitutus eſt à Sereniſſimo Cardinale Infante, vt ex faſciculo ſign. 86. pag. 190. Exhibentur literæ [92] Regiæ Catholicæ Maieſtatis, in quibus hæc habentur: *Don Franciſco de Melo me auiſa quan bien me haueis ſeruido en las ocaſiones de eſta Campaña, y lo que debo eſtimar el valor, y zelo de mi ſeruicio, que ſiempre moſtrais, y aunque cumplis en eſto con las obligaciones, que teneis, os lo agradezo mucho, y olgare ſe offrezan ocaſiones en que podais veer la eſtimaçion, que hago dello, y de vueſtra perſona,* vt ex eis ſub num. 87. pag. 193.

Aloyſius Eques Hieroſolymitanus, Dux Equitum, Commiſſarius Generalis Equitatus, ac Militum Tribunus in Belgio & Marchio Galeaz Maria ex 60. Decurionibus fratres filij Marchionis Cæſaris.

88 rogatæ 21. Martij 1649. per Iulium Cæſarem Vicecomitem.

89 Literæ patentes 4. Iunij 1636.

90 Patentes 6. Maij dicti anni.

91 Patentes 6. April. 1641.

92 datæ Molinæ 1. Iulij 1642.

Theobaldus Vicecomes Petentis Pater.

ILluſtriſſimus Sacri Romani Imperij, & Ciſtelagi Marchio, Comeſq; Gallarati Theobaldus Vicecomes filius eſt Illuſtriſſimi Marchionis Cæſaris, Decurionis, & Regij Quæſtoris &c. vt notorium eſt, & conſtat ex Inſtrumento, [93] in quo legitur, *Illuſtriſſimus D. Theobaldus Vicecomes Sacri Romani Imperij Marchio, & Ciſlagi, Comes Burgi Gallarati, & pertinentiarum, & ex Condominis Burgi Somæ, Agnadelli, Gulaſiccæ, Beſnati, & Caſtelletti, Regius Feudetarius Quinzani, Montanati, Villæ, Sancti Pancratij, Cimbrij, & Cuironis, Conſiliarius intimus Catholicæ Maieſtatis in Conſilio Secretiori Status Mediolani, nec non & Vrbanæ Militiæ Præfectus Generalis filius quon. Illuſtriſſimi D. Marchionis Cæſaris P.V.P.S. Petri ad Vineam Mediolani ſuo nomine proprio, ac etiam vti legitimus Adminiſtrator Illuſtriſſimorum DD. Marchionum Cæſaris ex Conſilio Generali huius Ciuitatis Mediolani, Don Herculis I.V. Doctoris, & Caroli Antonij Equitis Hieroſolymitani eius, & quon. Illuſtriſſimæ D. Marchioniſſæ Claudiæ Eſtenſis Taſſonæ filiorum, & heredum &c.* vt ex eo ſub num. 88. pag. 194. In Belgio ſexdecim annis militauit, vbi ſub Sereniſſima Infante Iſabella anno 1629. Lanceatorum [94] Equitum Dux creatus eſt; mox anno ſequenti belli Conſiliarius; [95] Inde à Sereniſſimo Infante Cardinale anno 1637. Militum Tribunus, [96] vt ex faſciculo ſignato 89. pag. 195. Reuerſus in Patriam à Regia Ca-

Illuſtriſſimus D. Theobaldus Sacri Romani Imperij, & Ciſlagi Marchio, Comes Gallerati, Condominus Somæ &c. ac Reg. Feudatarius &c., Regiuſque Conſiliarius Secretus, ac Vrbanæ Militiæ Mediolani Præfectus Generalis &c. filius Marchionis Cæſaris.

Marchio Cæſar ex 60. Decurionibus. Don Hercules I.V.D. & Carolus Antonius Eques Hieroſolymitanus fratres filij præfati Marchionis Theobaldi.

93 rogato die 10. Decembris 1668. per Franciſcum Porrum.

94 Literæ patentes 30. Martij dicti anni.

95 Aliæ 11. Ianuarij 1630.

96 Aliæ 3. Iunij dicti anni.

Digitized by Google

97 datis 9. Sept. 1643.

tholica Maieſtate Philippi IV. in Secretiori Conſilio aſcitus, vt ex Regijs literis [97] ſub num. 90. pag. 199. Eiuſdem Maieſtatis Legatus fuit in Oenipontem ad Sereniſſimum Ferdinandum Carolum Auſtriæ Arciducem, vt Regio nomine adeſſet eius nuptijs, eumq; inſigniret aureo torque Ordinis aurei Velleris, vt ex Regijs literis, [98] in quibus hæc inter alia habentur: *Haueis de aſſiſtir en la Boda, y fieſtas repreſentando mi Real perſona, y protection de aquella Caſa, y de ſus Duenos &c.* vt ex binis literis Regijs ſign. 91. pag. 199. Anno 1648. à Marchione Caracenæ Regio Gubernatore Vrbanæ Militiæ Præfectus Generalis creatus eſt, vt ex patentibus [99] literis, in quibus omnia eius egregiè geſta tàm in Belgio, quàm in Inſubria diſertè deſcribuntur, quæ dantur ſub numero 92. pag. 202. Legatus etiam fuit Comitis Fuenſaldaneæ pariter Regij Gubernatoris ad Sereniſſimam Suetiæ Reginam Chriſtinam iſthac tranſeuntem, vt ex literis [100] ſignatis 93. pag. 204. Marchio Cæſar loco ipſius Marchionis Theobaldi patris ſui inter ſexaginta perpetuos Decuriones huius Vrbis deſcriptus eſt, ac item in Noſocomio Magno huius Vrbis Regius Locumtenens, vt ex literis [101] ſub numero 94. pag. 204.

98 ambæ Matriti datæ menſe Februarij 1646.

99 datis 6. Iulij 1648.

100 datis 18. Iulij 1657.

101 prima dici 24 Apr. 1662., & altera 15. Auguſti 1668.

Antiquitatem, & Nobilitatem Vicecomitum aſcendentium ipſius Marchionis Theobaldi eo annuente teſtatus eſt Excellentiſſimus Senatus binis ſuis literis, prima ſcilicet die 30. Februarij 1654. quæ his verbis clauditur: *Hincq; patere hanc ſtirpem ex vtroque genere ab Eriprando vſque in præſens, nempè vltra annos ſexcentos nunquam interciſa ſerie extitiſſe clariſſimam &c.* altera verò ſub die 13. Aprilis anni 1668. poſt comprobatam lineam ipſius Eriprandi à Rege Deſiderio, ſic proſequitur: *Ea propter hanc quoque Eriprandi à Deſiderio vltimo Longobardorum Rege deſcendentiam iuxta probationes ex dictis Enunciatiuis reſultantes teſtimonio noſtro roborare volumus, citra tamen cuiuslibet tertij præiuditium, vt perpetuis temporibus omnibus innoteſcat Nobilitas, & Antiquitas huius familiæ nulla interciſa ſerie virorum illuſtrium maximo cum ſplendore continuatam &c.* vt ex ipſis iam exhibitis in fine Genericæ ſign. ✠✠.

Quæ ſufficiunt ad comprobandam antiquiſſimam nobilitatem Maiorum Candidati; ſed cum iuxtà huius Illuſtriſſimi Ordinis Sanctiones neceſſaria ſint etiam autentica documenta centenariam eorumdem Procerum habitationem comprobantia, infraſcripta publica Inſtrumenta producuntur.

HA-

Digitized by Google

HABITATIO.

ABAVVS.

ILluſtris, & Magnificus D. Cæſar Vicecomes filius qu. Illuſtris, & Magnifici D. Theobaldi anno 1563. habitabat in P. T. P. S. Mariæ ad Vallem, moramq; trahebat in Caſtro ſuo Somæ Capit. Plebis Ducatus Mediolani, vt ex Inſtrumento rogato die 21. Ianuarij per Ioannem Petrum Repoſium ſignato A.

1563. P. T. P. S. Mariæ in Valle.

Idem Illuſtris D. Cæſar Vicecomes filius quon. Ill. D. Theobaldi anno 1570. habitabat in P. V. P. S. Petri ad Vineam Mediolani, vt ex Inſtrumento rogato die 27. Ianuarij per Antonium Damerium ſignato B.

1570. P.V. P.S. Petri intus Vineam.

PROAVVS.

Illuſtris D. Carolus Vicecomes filius qu. Illuſtris D. Cæſaris anno 1581. habitabat in eadem P. V. P. S. Petri intus Vineam Mediolani, vt ex Inſtrumento rogato die 28. Ianuarij per Geneſium Calcum ſignato C.

1581. P. V. P.S. Petri intus Vineam.

Idem Illuſtris D. Carolus Vicecomes filius qu. Illuſtris D. Cæſaris anno 1588. habitabat in prædictis P.V. P.S. Petri intus Vineam, vt ex Inſtrumeoto rogato die 5. Maij per Hieronymum Mantegatiam ſignato D.

1588. P.V. P. S. Petri intus Vineam.

Præfatus Illuſtris D. Carolus Vicecomes f.q. Illuſtris D. Cæſaris anno 1591. habitabat in antedict. P. V. P. S. Petri intus Vineam Mediolani, vt ex Inſtrumento rogato die 8. Martij per Ioannem Paulum Annonum ſignato E.

1591. P.V. P. S. Petri intus Vineam.

AVVS.

Cæſar Vicecomes ætate minor ex Condominis Somæ filius, & hæres quon. Caroli degens ſub tutela Sfortiæ Bripij Commiſſarij Generalis Exercitus Regij anno 1598. habitabat in P. V. P. S. Petri intus Vineam Mediolani, vt ex Inſtrumento rogato die 20. Aprilis per Octauianum Locarnum ſignato F.

1598. P.V. P. S. Petri intus Vineam.

Multum Illuſtris D. Cæſar Vicecomes ex Condominis Somæ, & aliorum locorum filius quon. Caroli anno 1606. habitabat in eadem P. V. P. S. Petri intus Vineam, vt ex Inſtrumento rogato die prima Decembris per Cæſarem Schianium ſignato G.

1606. P.V. P.S. Petri intus Vineam.

Supradictus M. Illuſtris D. Cæſar Vicecomes filius qu. M. Ill. D. Caroli habitabat in eadem P. V. P. S. Petri intus Vineam Mediolani anno 1612., vt ex Inſtrumento rogato die 14. Martij per Ioannem Andream Fontanam ſignato H.

1612. P.V. P. S. Petri intus Vineam.

Illuſtriſſimus D. Marchio Cæſar Vicecomes ex Condominis Somę filius qu. Illuſtriſſimi D. Caroli anno 1623. habitabat in prædictis P. V. P. S. Petri intus Vineam Mediolani, vt ex Inſtrumento rogato die 31. Maij per Io. Andream Fontanam ſignato I.

1623. P.V. P.S. Petri intus Vineam.

Illuſtriſſima D. Marchioniſſa Helena Arconata Vicecomes ex Condominis Somæ vxor Illuſtriſſimi D. Marchionis Cæſaris

Vice-

Digitized by Google

1628. P.V. P. S. Petri intus Vineam. Vicecomitis Oratoris Ciuitatis Mediolani ad Potentiſſimum Hiſpaniarum Regem anno 1628. habitabat in prædictis P. V. P. S. Petri intus Vineam, vt ex Inſtrumento rogato die 5. Octobris per Ioannem Andream, & expleto per Ioannem Angelum ambos de Fontana ſignato K.

1632. P.V. P. S. Petri intus Vineam. Illuſtriſſimus D. Marchio Cæſar Vicecomes Condominus Somæ filius qu. Illuſtriſſimi D. Caroli anno 1632. habitabat in eiſdem P. V. P. S. Petri intus Vineam Mediolani, vt ex Inſtrumento rogato die 26. Octobris per Ioannem Andream, & expleto per Carolum ambos de Fontana ſignato L.

PATER.

1641. P.V. P.S. Petri intus Vineam. Illuſtriſſimus D. Marchio Theobaldus Vicecomes filius Illuſtriſſimi D. Marchionis Cæſaris, Marchionis Ciſlagi, ex Quæſtoribus Illuſtriſſimi Magiſtratus Extraordinarij Mediolani, & ex Condominis Somæ, Agnadelli, & aliorum locorum anno 1641. habitabat in P.V. P.S. Petri intus Vineam, vt ex Inſtrumento rogato die 14. Octobris per Iulium Cæſarem Perottum ſign. M.

1650. P.V. P.S. Petri intus Vineam. Illuſtriſſimus D. Theobaldus Vicecomes Marchio Sacri Imperij, & loci Ciſtelagi &c. filius qu. Illuſtriſſimi D. Marchionis Cæſaris &c. anno 1650. habitabat in prædictis P. V. P. S. Petri intus Vineam Mediolani, vt ex Inſtrumento rogato die 2. Iulij per Vincentium Caſtillionæum ſignato N.

1659. P.V. P. S. Petri intus Vineam. Præfatus Illuſtriſſimus D. Theobaldus Vicecomes Marchio Sacri Romani Imperij, & vt ſupra anno 1659. habitabat in prædictis P. V. P. S. Petri intus Vineam, vt ex Inſtrumento rogato die 14. Martij per Franciſcum Porrum ſignato O.

1662. P.V. P.S. Petri intus Vineam. Idem Illuſtriſſimus D. Theobaldus Vicecomes Sacri Romani Imperij Marchio, & Ciſtelagi, Comes Burgi Gallarati &c. filius quon. Illuſtriſſimi D. Marchionis Cæſaris &c. anno 1662. habitabat in eiſdem P. V. P.S. Petri intus Vineam Mediolani, vt ex Inſtrumento rogato die 16. Maij per Franciſcum Porrum ſignato P.

Illuſtriſſimum Sacri Romani Imperij Marchionem Herculem Vicecomitem I. V. D. Petentem filium eſſe præfati Illuſtriſſimi D. Marchionis Theobaldi patet non ſolùm ex proximè citato Inſtrumento ſignato P., & ex diplomate eius Doctoratus, ſed etiam ex atteſtatione ipſius Baptiſmatis, probabiturque per Teſtes de more examinandos iuxta Ordines Illuſtriſſimi Collegij.

Digitized by Google

LINEA PETENTIS.

Deſiderius Rex Longobardorum filius Ducis Hermenulphi, & Pater Regis Adalgiſij Auus quarti Tritaui Petentis.
Comes Euerardus Pater quarti Tritaui.
Comes VVido quartus Tritauus.
Marchio, & Comes Anſcarius Atauus tertij Tritaui.
Comes, & Marchio Manfredus Berengarius Abauus tertij Tritaui.
Comes Hugo Proauus tertij Tritaui.
Comes Fulco Auus tertij Tritaui.
Comes Obizzo Pater tertij Tritaui.
Comes Bonifacius, qui & Facius, tertius Tritauus, Comes Stazonæ, nunc Angleriæ.
Comes Eriprandus primus Mediolani Vicecomes Atauus ſecundi Tritaui.
Comes Otho Vicecomes Mediolani Abauus ſecundi Tritaui.
Comes Guido Vicecomes Proauus ſecundi Tritaui.
Otho Conſul Mediolani Auus ſecundi Tritaui, & Proauus S.P. Gregorij X.
Vbertus Conſul Mediolani Pater ſecundi Tritaui.
Andreottus frater Othonis Archiepiſcopi, & Domini Mediolani ſecundus Tritauus.
Theobaldus generoſus Miles Atauus Tritaui.
Vbertus Magnificus Miles Abauus Tritaui, frater Matthæi Magni Mediolani Domini.
Vercellinus Magnificus Miles Proauus Tritaui.
Antonius Magnificus, & Potens Miles Auus Archiepiſcopi Ioannis, & Auus Tritaui.
Baptiſta Magnificus, & Potens Vir Pater Tritaui.
Guido Magnificus, & Potens Miles Tritauus.
Theobaldus Magnificus, & Potens Regius Armorum Ductor Atauus.
Cæſar Illuſtris Feudetarius Abauus.
Carolus M. Illuſtris Feudetarius Proauus.
Marchio Cæſar Illuſtriſſimus Quæſtor Auus.
Marchio Theobaldus Illuſtriſſimus Regius Conſiliarius Secretus Pater.
Marchio Hercules I. V. D. Petens.

C.F.Beſutius Abbas.
Carolus Cæſar Moriggia Abbas.

Aliſer Protector.
Io: Petrus Orrigonus Protector.
A. Trottus Protector.

Ita eſt in meis actis
Gaſpar Sormanus publ. Mediolani Not.;
& dicti Ven. Collegij V.Cancell.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆSES;
ET SENATVS REGIVS PROVINCIÆ MEDIOLANEN.

CVM per nos factæ fuerint binæ declarationes, altera ſcilicèt die 24. Septembris 1642., altera verò die 13. Februarij 1654., quæ ſunt tenoris ſequentis, vlz. PRÆSES, & Senatus Regius Prouinciæ Mediolanenſis. Magnificus Cæſar Vicecomes ex Regijs Quæſtoribus Reddituum Extraordinariorum huius Prouinciæ, Marchio Ciſlagi, ex Condominis Somæ, Agnadelli, & Gulaſiccæ, eiuſque filij Theobaldus, Aloyſius, & Galeatius Maria ſuis precibus petierunt ab hoc Ordine, vt vtriuſque generis eorum virilis, & materni gentilitatem, antiquitatem, ac religionem ſuis literis faceret omnibus teſtatam, quemadmodum quandoque Ordo ipſe conſueuit, præſertim verò anno 1562. die 13. Maij poſtulante Vicecomite filio Io: Baptiſtæ Comitis Lonati Pozoldi, ac Somæ Condomini, cui ſimul, & ſupplicantibus agnoſcitur communis auctor fuiſſe Guido pater Antonij, à quo ille Vicecomes, ac Theobaldi, à quo hi ſupplicantes ortum ducunt. Nos verò pro fide veritatis petitis annuere cupientes, audito Magnifico Senatore Bimio referente, quid de hac gente extaret iam apud acta Senatus, & publicæ tabulæ teſtamentorum, diplomata, ac alia documenta recens producta probarent, quandoquidem ex atteſtatione relata inter Cancellariæ Ordinis noſtri formulas per olim à Secretis eiuſdem Ordinis Annibalem Crucęum, eiuſque exemplo per à Secretis Marcheſonium legali forma ſubſignato, conſtat conſimilem fidem fuiſſe dicto Vicecomiti filio Io: Baptiſtę Comitis Lonati Pozoldi factam ab hoc Ordine, tùm inſpectis Vrbis annalibus, tùm lectis publicis documentis ea in re tunc exhibitis, genus illius Vicecomitis ortum trahere à clariſſimo, & fortiſſimo viro Vberto Vicecomite fratre Matthæi, qui ob res domi, foriſq; clariſſimè geſtas Magni nomen eſt aſſecutus; nimirum ei fuit pater Io: Baptiſta, qui antè monetur, auus Antonius, proauus Guido, abauus Baptiſta; ille idem, qui memorati Vberti pronepos fuit, eoſque viros omnes cum vxores nobiliſſimis è familijs coniugij fędere copulaſſe, tùm Principibus Mediolanenſibus, tempore quemcumque ſuo grauiſſimis, ſummiſque honoribus, ac dignitatibus ob præclaras eorum virtutes auctos fuiſſe, pietatem, ac religionem quoque illorum procerum ex fama, & teſtibus plenè iri probatam. Cæterum ex publicis documentis, diplomatibus, & actis, quæ ad præſens Marchio, & Quæſtor Cæſar coràm hoc Ordine dimiſit, liquet ipſi Marchioni Cæſari viro egregijs virtutibus prædito, permultiſque muneribus præclarè geſtis perfuncto, maximè cum Orator in Aula Regia pro Patria fuit ad Potentiſſimum Regem Dominum noſtrum, patrem fuiſſe Carolum, auum Cæſarem, proauum Theobaldum Regium armorum Ducem, abauum Guidonem Ducalem Conſiliarium, qui & pater fuit Antonij, à quo ille Vicecomes, qui memoratam ab hoc Ordine nactus eſt

Digitized by Google

fidem, & eundem Guidonem filium fuiſſe Baptiſtæ pronepotis Vberti, qui fratrem habuit Matthæum eius nominis Magnum, atque ità hanc ſtirpem cum illa, pro qua edita eſt alia fides, vno, ac eodem ſtipite ſe contingere; prætereà Marchionem Cæſarem ex iuſtis nuptijs progenuiſſe Theobaldum iuniorem Tribunum Militum, & Belli Conſiliarium in Belgio, fratrem Aloyſium Equitem Hieroſolymitanum, ac item Tribunum Militum in Belgio, nec non Galeatium Mariam. Quod autem refert ad maternum genus, id ex clariſſimis Inſubriæ, ac Italiæ familijs eſſe prognatum; Siquidem Theobaldus proauus duxit vxorem Catharinam Sanſeuerinam Neapolitanam, Cæſar auus Blancam Cagnolam, Carolus pater Hippolytam Rotam, Marchio Cæſar Helenam Arconatam, & Marchio Theobaldus iunior, & filius Donnam Claudiam Eſtenſem Taſſonam Ferrarienſem. Pietatem denique, & religionem paternæ, & maternæ cuiuſq; ſtirpis cunctis ſuo aſpectu prodire notiſſimam. Omnibus idcircò in hoc Ordine propoſitis, ac exactè perpenſis, connexitatem, & claritatem vtriuſque generis ſupplicantium luculenter probatam eſſe cenſemus, eamq; omnibus teſtatam facimus, vt nemo ſit, qui deinceps eà de re putet ambigendum. In quorum fidem præſentes Sigillo Regio, quo vtimur, munitas fieri, ac regiſtrari iuſſimus. Datum Mediolani die 24. Septembris 1642. Signat. Auguſtinus Creſcentinus, & ſigillat. &c. PRÆSES, & Senatus Regius Prouinciæ Mediolanenſis. Anno 1642. die 24. Septembris, ità requirente quond. Magnifico Cæſare Vicecomite Regio Quæſtore Redditiuum Extraordinariorum huius dominij, Marchione Ciſlagi, ex Condominis Somæ, Agnadelli, & Gulaſiccæ, atque eius filijs teſtimoniales literas exarauimus gentilitatis, antiquitatis, ac Religionis clariſſimæ ſuæ familiæ, etiam ex fœmineo genere, ſumendo priorem genealogiæ originem ex clariſſimo, ac fortiſſimo viro Vberto Matthæi fratre, cui ob animi celſitudinem, virtutum excellentiam, ac præclara facinora Magni cognomentum inditum eſt; recenſuimus enim prædicto Marchioni Cæſari viro egregijs virtutibus decorato, ac inſignibus munijs perfuncto, maximè cum Orator fuit pro Patria ad Reg. Cath. Maieſtatem, patrem fuiſſe Carolum, auum Cæſarem, proauum Theobaldum Regium armorum Ducem, abauum Guidonem Ducalem Conſiliarium, atauum Baptiſtam memorati Vberti fratris Magni Matthæi pronepotem. Prætereà Marchionem Cæſarem ex iuſtis nuptijs progenuiſſe Theobaldum iuniorem Tribunum Militum, & rerum bellicarum Conſiliarium in Belgio, fratrem Aloyſium Equitem Hieroſolymitanum, itidem in Belgio Militum Tribunum, nec non Galeatium Mariam. Maternum autem genus ex clariſſimis Inſubriæ, atque Italiæ familijs eſſe prognatum: Siquidem Theobaldus proauus connubio iunctus fuit cum Catharina Sanſeuerina Neapolitana, Cæſar auus cum Blanca Cagnola, Carolus pater cum Hippolyta Rota, Marchio Cæſar cum Helena Arconata, & Marchio Theobaldus iunior cum Donna Claudia Eſtenſe Taſſona Ferrarienſe. Pietatem verò, ac religionem vtriuſque originis cunctis ſemper fuiſſe conſpicuam; Cum autem vita functo ipſo Marchione Cæſare, Magnificus is Theobaldus filius, Sacri Romani Imperij, & Ciſlagi Marchio, ex Condominis Somæ &c., intimus huius Prouinciæ Regius Conſiliarius, atque Vrbanæ Militiæ Mediolanenſis Præfectus Generalis, qui perſcrutatis antiquioribus monumentis eos maiores ſuos altius etiam trahere originem compererat, nimirum ex Eriprando patre celebris illius Othonis primi, qui in expeditione Hieroſolymitana inſignem ferocia barbarum Volucem nomine trans Iordani Regalum ſingulari certamine letho tradidit, detracta ei galea, cui pro criſta erat conuolutus in ſpiras anguis

arrep-

arreptum vorans infantem, quod victoriæ monumentum genti Vicecomitum pro gentilitio ſtemmate ſtetit; ideò poſtulauit, vt Ordo noſter teſtatam faceret eam Eriprandi progeniem. Nos nobili eius deſiderio pro modo veritatis annuere cupientes, Prouinciam hanc demandauimus Magnifico Collegæ noſtro Ioanni Bracherio, vt perluſtratis exhibitis tabulis, documentis, atquè annalibus, quid de ea origine emergeret nobis maturè referret; eo autem intellecto, planè cognitum nobis extitit Vbertum Picum nuncupatum, quem genealogiæ Marchionis Cæſaris altera atteſtatione noſtra originem retulimus, natum eſſe ex Theobaldo, & Anaſtaſia Pirouana, Theobaldum ex Andreoto fratre Othonis Mediolanenſis Archiepiſcopi, & Florina Mandella, Andreotum ex Vberto, & altera Anaſtaſia Pirouana dicta Berta, Vbertum ex Othone ſecundo, & Conegunda ex Marchionibus Saluciarum; Othonem ſecundum ex Guidone, & Alaſia ex Comitibus Genuæ (de quibus Alaſia, & Conegunda fit potiſſimum mentio in Imperiali diplomate Cæſareæ Maieſtatis Ferdinandi III. nunc regnantis); Guidonem ex Othone primo, & Lucretia ex ſanguine Regum Gallorum, & demùm Othonem eum primum ex nominato Eriprando patre Patriæ communi conſenſu nuncupato, qui anno 1065. ſummo cum omnium mœrore deceſſit; eoſque prætereà proceres Vicecomites domi, foriſque celebres extitiſſe ſemper, & à Principibus etiam exteris ſummis honoribus cumulatos. Inſuper addimus, nam hæc expreſſa non leguntur in recenſita altera atteſtatione noſtra, ex publicis tabulis nouiſſimè nobis exhibitis, conſtare memoratum Vbertum cognomento Picum, genuiſſe ex Alduxia Vicecomite Vercellinum; hunc verò ex Margarita Puſterla Antonium, cui ex Deianyra Valperga filius fuit ille Baptiſta, qui in ſuprà citata atteſtatione dicti Vberti pronepos nominatur; Baptiſtam autem coniugio iunctum fuiſſe cum Regula de Galeatijs de Senis, & eius filium Guidonem cum Leonora de Rotarijs; hincque patere hanc ſtirpem ex vtroque genere ab Eriprando vſque in præſens, nempè vltrà annos ſexcentos nunquam interciſa ſerie extitiſſe clariſſimam. Marchionem autem Theobaldum petentem ex dicta Donna Claudia Eſtenſe Taſſona ſuſcepiſſe Cæſarem, Herculem, & Carolum Antonium creatum Equitem Hieroſolymitanum, omneſque Sacri Imperij Marchiones. Hæc omnia publicis, & indubitatis documentis, patrijſque annalibus luculenter comprobata teſtimonio noſtro roborare voluimus, vt cunctis innoteſcant, ſemoto prorſus cuiuſuis ambiguitatis ſcrupulo. In quorum fidem præſentes ſigillo Regio, quo vtimur, munitas edi, ac regiſtrari iuſſimus. Datæ Mediolani die 13. Februarij 1654. Signat. Carolus Antonius Belcredius, & ſigillat. &c.

Cumquè idem Marchio Sacri Romani Imperij, & Cislagi Theobaldus, necnon Comes Burgi Gallarati, ex Condominis Burgi Somæ, Gulæſiccæ, Agnadelli, Beſnati, & Caſtelletti, Regius Feudatarius Quinzani, Montanati, Villæ Sancti Pancratij, Cimbri, Vizolæ, & Cuyroni, Intimus huius Prouinciæ Regius Conſiliarius, atque Vrbanæ Militiæ Mediolanenſis Præfectus Generalis, ſuis precibus nobis ſignificauerit comperuiſſe publica antiquiora documenta, quibus probari poſſe exiſtimabat arborem hanc altiores habere radices; Maiores nempè ſuos originem ſuam deſumere à DESIDERIO vltimo Longobardorum Rege, ijſq; exhibitis petierit, vt huius quoq; deſcenſiuæ à dicto DESIDERIO Rege lineæ teſtificationem facere vellemus. Nos votis viri animum lectiſſimæ nobilitati ſuæ non imparem gerentis ſatisfacere cupientes; audito Magnifico Collega noſtro Comite Carolo Corio, cui demandata fuit hæc Prouincia, referente probationes emergentes ex tabulis diplomatibus, &

diuerſis autenticis productis monumentis, ex quorum enunciatiuis elicitur ſupranominatum Comitem Eriprandum, qui fuit maritus Beatricis filiæ Marchionis Attonis, & frater Azonis Marchionis, & Comitis Mediolani, cuius ipſe erat Vicecomes, & fuit primus, qui hoc nomen Vicecomitis Mediolani aſſumpſit, illudque ſuæ poſteritati reliquit, natum eſſe ex Comite Bonifacio, vt ex inſtrumentis donationum ipſius Comitis Eriprandi factarum fauore Monaſterij Bremidæ, & Monaſterij Maioris Mediolani anno 1027. die prima Maij, & anno ſecundo Imperij Conradi 1028. 3. Maij ſubſcript. cum ſigno tabellionatus ab Vberto Comite Iudice, & Notario Sacri Palatij, & tranſumpto à Cauſidico Collegiato, & Notario Io: Baptiſta Blanchino anno 1664. die ſecunda Auguſti. Bonifacium Comitem Stazonæ, ſiuè Angleriæ, & Comitem Regij Palatij, & Mediolani, cui ab Othone tertio Imperatore conceſſæ fuerunt in feudum Villæ Albizati, & Beſnati, quique vxorem habuit Giſlam filiam Marchionis Adalberti, progenitum fuiſſe ab Amizone, ſeu Obizone Comite, vt ex inſtrumento donationis factæ ab ipſomet Comite Bonifacio eidem Monaſterio Maiori Mediolani anno 959., & nono Regni Berengarij, & Adalberti., & ſubſcript. ab Othone, & Bonamico de Mendriſio Notarijs Sacri Palatij, & tranſumpto anno 1664. à ſupraſcripto Blanchino. Amizonem, ſeù Obizonem Comitem, & maritum Mithildis filiæ Adulphi, ſeù Luitulphi Ducis filij Othonis Imperatoris primi, procreatum fuiſſe à Comite Fulcone Autperto, vt ex eodem inſtrumento ſupraſcriptæ donationis factæ à Comite Bonifacio, & ex diplomate Othonis Imperatoris ſubſcripto, & recognito à Luitgerio Cancellario de mandato ipſius Imperatoris anno eiuſdem Imperij tertio tranſumpto vtſuprà. Comitem Fulconem Autpertum prognatum eſſe à Comite Vgone, vt ex diplomate Berengarij, & Adalberti Regum, recognitum à Roberto Cancellario ad vicem Bruningi Epiſcopi Archicancellarij anno 950. & tranſumpto à dicto Blanchino anno 1665. Vgonem autem Comitem Regij Palatij, qui fuit maritus Erminzæ, ſeù Bertæ filiæ Regis Erici filium fuiſſe Comitis Manfredi Berengarij, vt ex ſupraſcripta donatione Comitis Bonifacij. Manfredum verò Berengarium Comitem, & Conſiliarium Imperatoris Berengarij eius conſanguinei patrem habuiſſe Marchionem Attonem Anſcarium, vt ex ſupraſcripta donatione Bonifacij, qui maritus fuit Felindæ, auumque ei fuiſſe Comitem Vidonem maritum Rodelindæ, vt ex eadem donatione Comitis Bonifacij, & ex teſtamento Attonis Epiſcopi Vercellenſis à pluribus Epiſcopis ſubſcripto, ac tranſumpto, & concordato à quinque Notarijs Sacri Palatij anno 1194. die quinta Auguſti, prout etiam fuit tranſumptum, & ſubſignatum à dicto Cauſidico Blanchino anno 1666.; proauum Comitem Euerardum, vt ex diplomate Berengarij, & Adalberti Regum, recognito à Roberto Cancellario anno 950., & itidem tranſumpto, concordato, & ſubſignato à pluribus Notarijs anno 1218., & tranſumpto anno 1665. à dicto Cauſidico Collegiato Blanchino; abauum verò DESIDERIVM Regem Italiæ, qui regnare cæpit anno 756., cui pater fuit Dux Ermenulphus filius Adlais, ſeù Alachis, & vxor Anſa filia Adonis, filij Cunimundi, vt ex teſtamento ſuperius citato Attonis Epiſcopi Vercellenſis, & dicto diplomate Berengarij, & Adalberti Regum, & ab iſto originem duxit Imperator Berengarius primus, & Algislus eiuſdem Regis filius, & Berengarius ſecundus, eiuſque filius Adalbertus, & Arduinus omnes Italiæ Reges, vt ex coruumet diplomatibus apparet. Ea propter hanc quoque Eriprandi à DESIDERIO vltimo Longobardorum Rege deſcendentiam iuxtà probationes ex dictis enunciatiuis reſultantes teſtimonio noſtro roborare
vo-
Digitized by Google

volumus, citrà tamen cuiuslibet tertij præiuditium, vt perpetuis temporibus omnibus innoteſcat nobilitas, & antiquitas huius familiæ, nulla interciſa ſerie virorum illuſtrium maximo cum ſplendore continuata. In quorum fidem præſentes ſigillo Regio, quo vtimur, munitas edi, ac regiſtrari iuſſimus. Mediolani die XIII. Aprilis M.DC.LXVIII.

Signat. Carolus Antonius Belcredius, & ſigillat. &c.

I.

Anno 940.

IN nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, cui ſit gloria, in ſempiterna ſæcula ſæculorum, Amen.

Regnantibus D. Hugone, & D. Hlothario pijſſimis Regibus Regni Domini, Hugonis vigeſimo, & D. Hlotharij decimo quinto, Pontificante Venerabile Patre, & Domino D. Marino Sanctiſſimo Papa Vniuerſalis Eccleſiæ Dei, anno tertio Indictione tertia Idibus Maij. Conſtituta Synodo à Venerabile Patre D. Olderico Archiepiſcopo Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ in Baſilica Glorioſiſſimi Pontificis, & Confeſſoris Sancti Ambroſij ante eius Sanctum Corpus, adſtantibus D. Hugone Legato Miſſo Dominorum qui ſupra Regum, & Venerabile Patre D. Rogerio Epiſcopo Peruſino Legato Sanctiſſimi D. Papæ, in qua Synodo erat Venerabilis Pater D. Archiepiſcopus Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ, & Venerabiles Epiſcopi Vercellenſis, Papienſis, Nouarienſis, Brixienſis, Laudenſis, Bergomenſis, Terdonenſis, Cremonenſis, Aſtenſis, Curienſis, Taurinenſis, Yporienſis, Auguſtenſis, Albenſis, Aquenſis, Sauonenſis, Ianuenſis, Albingaunenſis, Vigintimilienſis, Placentinus, Parmenſis, Mutinenſis, Maſſanenſis, & quamplures alij Epiſcopi, Abbates, Sacerdotes, & Clerici, vna cum Vidone Comite, & quamplures illuſtres Regni Proceres. Completa Lyturgia, antequam diſſolueretur Synodus, ſurrexit Dominus Atto Sanctæ Vercellenſis Eccleſiæ Epiſcopus, qui petijt reuerenter facultatem loquendi, quæ ei largita D. Archiepiſcopus eum ſedere fecit. Quo facto dixit; Venerabiles Patres, & Illuſtres viri, cum dixiſſet Deus in Sancto Euangelio, vbi duo, vel tres in nomine meo congregati ſunt, ibi & ego in medio eorum ſum; ideò dubitare non debemus Deum in medio noſtrorum eſſe; quamobrem cum ſim in bona ſenectute conſtitutus, & Deus nos admonuiſſet dicens, Eſtote parati, quia neſcitis diem, neque horam quando Dominus veniet; propterea ſi vultis mihi complacere, vellem coram Deo, & vobis bona mea ordinare ad ſalutem animæ meæ, parentumq; meorum, & omnium fidelium defunctorum, vt poſt mortem meam habeam, qui pro anima mea Deum exorent, vt à peccatis ſoluatur. Quibus auditis omnes dixerunt, fiat per Venerabilem D. Attonem quidquid vult, & ipſe ſic dicere cæpit. In Ieſu Chriſti nomine, Ego Atto Sanctæ Vercellenſis Eccleſiæ humilis Epiſcopus, cogitans infallibilia eſſe verba Domini, videlicet, Theſaurizate vobis theſauros in Cælo, & date pauperibus, quoniam centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis; Ideò ego qui ſupra Atto Epiſcopus volo, iudico, ſeù per hoc meum iudicatum ſtatuo, vnà cum Hingone Marchione, ac Brucardo Comite Aduocatis meis, quod omnia, quæ ſtatuero, perpetuis temporibus inuiolata permaneant; & in primis iudico, & lego ſtatim poſt mortem meam Palatium meum Stazonæ cum eius Pomerio, & Silua ei annexis in integrum vobis Venerabili Patri, & Domino D. Archiepiſcopo Mediolani, & ijs, qui poſt vos Eccleſiam Me-

dio-

diolanenſem epiſcopabunt, ità vt perpetuis temporibus permaneat ſine imminutione in poteſtate Archiepiſcoporum Mediolani, pro quo rogo eos ſemel in anno Sacra facere pro requie animæ meæ. Item lego, & iudico Eccleſiæ Sancti Euſebij, ſeù Epiſcopatui eius, vnde ſum indignè Epiſcopus, Caſales quatuor iuris mei in Valle Auguſtæ, & alios duos in Vedrezzo, omnia cum ſuis ædificijs, & terris, & iuribus mihi qui ſupra Attoni Epiſcopo ſpectantibus, cum Seruis, & Aldijs vtriuſque ſexus in integrum, ità vt qui poſt me præerunt dictæ Eccleſiæ vſufructuario nomine tantum cunctis diebus ſuis faciant ex fructibus eorum quidquid voluerint, abſque tamen alienatione fundi, quod ſi aliquid alienauerint, prædicta omnia perueniant in poteſtatem Sanctę Eporienſis Eccleſiæ, qui omnes mei ſucceſſores teneantur ſemel in menſem Sacrum facere, vt Deus miſereatur animæ meæ, pro ignorantia in regimine Eccleſiæ mihi commiſſæ. Item iudico, & lego Canonicis prædictæ Sanctæ Eccleſiæ Curtem Regiam cum Curticella, quæ ſunt iuris mei, qui ſupra Attonis Epiſcopi, cum eorum ædificijs, terris, & iuribus viuis, & mortuis in integrum, vt de eorum prouentibus in Dominica Oliuarum vnitim ſumant refectionem, & reſſiduum diuidatur in Octaua Pentecoſtis æquis portionibus inter eos, quo die anniuerſarium faciant pro omnibus Epiſcopis eius Sanctæ Vercellenſis Eccleſiæ, & prohibeo eis omnem alienationem, & ſi alienauerint, omnia deueniant in poteſtate Eccleſiæ Taurinenſis. Item volo, quod ſtatim poſt meum deceſſum in honorem duodecim Apoſtolorum liberentur duodecim ſerui mei, qui ſupra Attonis Epiſcopi, ità vt cum vxoribus ſuis, & filijs, cum omnibus eorum ſubſtantijs, ſint liberi, prout nunc pro tunc manumitto, & libero. Item iudico, & lego D. Aldemario Conſanguineo meo Archipreſbytero Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ, & Cardinalibus, & Presbyteris Decumanis, & Clero dictæ Eccleſiæ, qui modò ſunt, & in futuro erunt, illas quatuor Valles iuris mei, qui ſupra Attonis Epiſcopi, quæ vocantur Belleniam, Leuentinam, Biaſcam, & Intraſcam, cum omnibus Capellis, Caſis, & terris, cuiuſcunque ſpeciei ſint, cum Famulis, & Aldijs vtriuſque ſexus, in integrum, ità vt perpetuò ſint in poteſtate Cleri dictæ Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ, cuius fui indignus Archidiaconus, quorum prouentus ſic diuidatur. D. Archipreſbyter tantum habeat quàm duo Cardinales Presbyteri, & Cardinales Presbyteri cum Primicerio Decumanorum, tantum habeant per vnumquemque, quam duo Presbyteri Decumani, & Diaconi Cardinales, & Subdiaconi, quantum vnus Presbyter Decumanus. Ea verò pars, quæ Cardinalibus Preſbyteris ſpectat diuidat Archipresbyter. Ea, quæ Cardinalibus Diaconis, & Subdiaconis, diuidatur per Archidiaconum, & Decumanis, diuidatur per eorum Primicerium ad eius manſionem. Et hæc omnia, cum conditione, vt in perpetuum omni primo die Lunæ Quadrageſimæ Maioris prædicti Archipresbyter, & Cardinales, Primicerius, & Decumani qui pro tempore erunt veniant cum Litanijs, & Crucibus ad hanc Baſilicam, vbi ante Corpora Sanctorum Ambroſij, Orobaſij, & Geruaſij Sacrum celebrent pro animabus mea, & bonæ memoriæ D. Deſiderij Regis, ac Ducis Ermenulfi eius Patris, & Aſprandi, & Eberardi eius fratris Abaui mei, qui ſupra Attonis Epiſcopi eius filij, & aliorum filiorum eius, & item in die Lunæ ſequenti idem fiat ante corpus Sancti Satyri in requiem animæ meæ, & bonæ memoriæ Vuidonis Comitis, qui fuit Proauus meus, & Attonis, qui & Anſcarius, qui fuit Marchio eius filij, qui ſunt tumulati in eadem Eccleſia; Iterum idem fiat tertio die Lunæ ſequenti, vt ſupra, & ibi ante corpus Sanctæ Marcellinæ Virginis Sacrum fiat pro animabus mea, & bonæ memoriæ Aldigerij alias Ermenulfi

patris

Digitized by Google

patris mei, & fratrum ſuorum in eadem Eccleſia quieſcentium: Et prima die recedendo ab ipſa Eccleſia intrent Eccleſiam Sancti Naboris: Secunda verò vadant Baſilicam trium Regum: Et tertia pergant ad Eccleſiam Sancti Georgij, ibi vbi dicitur ad Palatium, & ibi faciant Kyrie, & rogationes pro ſalute huius Ciuitatis, & omnium habitantium in ea,& in fine dicant requiem pro omnibus Defunctis. Qui verò ad iſtas tres Litanias non erit,nihil penitus habeat, ſaluo ſi ægrotaret, & tamen teneatur idem facere in alio die. Item iudico,& lego Venerabili Domno Rupaldo Abbati Monaſterij propè eandem Baſilicam, & eius Monaſterio curtem meam de Feliciano cum Capella, & Caſis, & terris, & iuribus eius, & Famulis, & Aldijs vtriuſque ſexus cum eorum familijs mihi qui ſupra Attoni Epiſcopo ſpectantibus in integrum. Cum hac tamen conditione, vt ipſe Abbas cum Monacis ſuis, dum Cardinales, & Decumani præfati erunt in Eccleſia Sancti Ambroſij, vadant cum Litanijs ſuis ad Eccleſiam Monaſterij Sanctæ Mariæ Maioris ſitam intra Ciuitatem Mediolani, vbi dicitur intus vineam, & ibi Sacra faciant pro anima mea, & bonæ memoriæ Dominæ Mariæ matris, ac Dominæ Imildæ ſororis mearum, ibi humatæ: altera die idem faciant pro animabus bonæ memoriæ Comitiſſę Felindæ auiæ meæ, & filiarum eius, & die tertio etiam ità fiat pro animabus Rodelindæ proauiæ meæ, & omnium defunctorum meorum,quod ſi non fiet, omnia prædicta eis legata ſint Domnæ Bertradæ Abbatiſſæ dicti Monaſterij Sanctæ Mariæ Maioris. Item iudico, & lego dictæ Venerabili D. Abbatiſſæ Bertradæ fratruæ meæ cum eius Monialibus,& Monaſterio ſuo, Manſa quinque terræ iuris mei, qui ſupra Attonis Epiſcopi in Curte Cerclati cum ædificijs, ſeruis, aldijs, & eorum familijs vtriuſque ſexus ſpectantibus in integrum, vt commodiùs poſſint Deo ſeruire, & ſemel in menſe recordentur orare, vt anima mea à peccatis ſoluatur. Et hæc omnia ego qui ſupra, Atto Epiſcopus iudico, & facio cum conditione, quod prædicti omnes qui ſupra Cardinales, Decumani, Abbas, Monaci, Abbatiſſa, & Moniales, ac eorum ſucceſſores, vel ſuccetrices, vnitim, vel ſeparatim, in totum, vel in partem dictas Valles, Curtes, Caſales, terras, ſeruos, famulos, aldios vtriuſque ſexus non poſſint quouis modo alienare, aut inuaſare, quia mea firma voluntas eſt, quod omnia prædicta perpetuis temporibus permaneant ad cultum diuinum in requiem omnium defunctorum meorum. Ideò reuerenter rogo vos Venerabilis Pater D. Archiepiſcope, & omnes reſidentes in hac S. Synodo, vt ponatis excommunicationem,& anathema ſuper omnes,qui hoc meum iudicatum in toto, vel in parte violauerit. Hoc audito D. Archiepiſcopus, & omnis Synodus ex parte Dei, & omnium Sanctorum anathematizauit Quicunque, per qualemcunque ingenium hoc iudicatum Venerabilis Patris D. Attonis Sanctæ Vercellenſis Eccleſiæ Epiſcopi violauerit, & qui fecerit, partem habeat cum Iuda proditore, ac Simone Mago in gehennam æternam, vnà cum Sathana, & diabolis eius, & dixerunt omnes: fiat, fiat, fiat. Quo facto, ipſe Atto Epiſcopus dixit: Audite omnes Venerabiles Patres. Hìc diſpoſui,quæ iudicare, & diſponere potui pro conſcientia mea. Reliquas verò ſubſtantias meas, quæ mihi modò pertinere videntur, iudico, & lego propinquioribus meis, vt de eas faciant quidquid voluerint iuxta diſpoſitionem Maiorum eorum, & lex Longobarda diſponit. Item rogo Sanctum Patrem Venerabilem Papam, & Clementiſſimos Dominos Reges, ſuis literis hoc meum Iudicatum confirmare dignentur. Quibus auditis D. Hugo Comes, & D. Rogerius Epiſcopus Miſſi prædicti auctoritatem DD. Regum, & D. Papæ interponentes hæc omnia conualidauerunt, & confirmare facere promiſerunt. His

peractis

Digitized by Google

peractis idem D. Atto Epiſcopus vnà cum Hingone Marchione, & Brucardo Comite Aduocatis ſuis dixit: Hæc eſt mea libera voluntas, & vltimum meum iudicatum, ſic me Deus adiuuet Amen. Actum in Baſilica Sancti Ambroſij Pontificis, & Confeſſoris, vbi eius Sanctum requieſcit Corpus.

Ego Rogerius humilis Epiſcopus Legatus Miſſus Sanctiſſimi Patris Venerabilis Marini Papæ hoc Iudicatum laudaui, confirmaui, & ſubſcripſi.

Ego Hugo Comes Legatus Miſſus DD. Hugonis, & Hlotharij Regum pijſſimorum hoc Iudicatum laudaui, confirmaui, & manu mea ſubſcripſi.

Ego Olricus Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus omnibus quæ ſupra interfui, laudaui, confirmaui, & propria manu ſubſcripſi.

Ego Atto Sanctæ Vercellenſis Eccleſiæ indignus Epiſcopus ad confirmandum hoc meum Iudicatum manu mea ſubſcripſi.

Ego Litifredus Papienſis Epiſcopus laudaui, & firmaui.

Ioannes Presbyter nomine D. mei Laudenſis Epiſcopi ad laudandum ſubſcripſi.

Noſinghus Brixienſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Gezzo Sanctæ Dertonenſis Eccleſiæ Epiſcopus manu propria ſubſcripſit.

Daipertus Epiſcopus Sanctæ Cremonenſis Eccleſiæ manu ſua firmauit.

Ego Bruninghus Aſtenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Bado Curienſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Riculſus Epiſcopus Taurinenſis laudaui, & ſubſcripſi.

Aſmundus Eporedienſis Epiſcopus manu mea firmaui..

Griffo Auguſtanus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Daibertus Epiſcopus Albenſis ſubſcripſi.

Ego Adalgiſius Sanctæ Aquenſis Eccleſiæ Epiſcopus me ſubſcripſi.

Ego Ioannes Sauonenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Teodulſus Ianuenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ingulſus Albingaunenſis Epiſcopus firmauit.

Mildo Vigintimilienſis Eccleſiæ Epiſcopus firmauit.

Ego Boſo Epiſcopus Placentinus ſubſcripſi.

Ego Sigifridus Parmenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Vuido Mutinenſis Epiſcopus laudaui, & ſubſcripſi.

Ioannes Maſſanenſis Epiſcopus firmauit.

Lotherius Marianenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſit.

Ego Aldemanus S. Mediolanenſis Eccleſiæ Archipræsbyter laudaui, & ad firmandum manus poſui.

Ego Hupaldus humilis Abbas laudaui, & ſubſcripſi.

Cum ſignis manuum Hingonis Marchionis, & Brucardi Comitis Aduocati præfati Venerabilis Patris D. Attonis Epiſcopi, qui hoc Iudicatum laudauerunt, & ad confirmandum manus ſuas poſuerunt.

Cum ſignis manuum Ariperti, Olderici, Ioannis, Aſprandi, Burli, & Cunonis teſtium, & quamplurimæ aliæ perſonæ, quæ ad hoc vocati ſunt.

Ego Vualpertus humilis Archidiaconus, & Cancellarius Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ, & præſentis Sacri Synodi de mandato ſupraſcriptorum Patrum hoc Iudicatum Venerabilis Patris D. Attonis Epiſcopi Vercellarum ſcripſi, & ſubſcripſi.

Ego Lambertus Notarius Sacri Palatij, & Miſſus DD. Hugonis, & Hlotharij pijſſimorum Regum, vnà cum ſupraſcripto D. Archidiacono tradidi, atquè ſubſcripſi.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Petrus, qui dicor Rabbus, Notarius D. Henrici Imperatoris ſupraſcriptum Iudicatum D. Attonis Epiſ-

copi

Digitized by Google

copi Vercellarum ab eo pronuntiatum in Synodo Mediolanenſi, & ſubſcriptum vt ſupra fideliter exemplatum per infraſcriptum Rogerium Bonafidem Notarium ab Originale prædicti Iudicatus, quod apparet fuiſſe tribus ſigillis munitum, primum quorum erat DD. Regum, alterum Sanctis Petro, & Paulo, & tertium cum Sancto Ambroſio, ſed antiquitate quaſi conſumpta, cum ipſo Originale, vt plurimum marcidum, vt vix difficulter legi poſſit, diligenter concordaui rogatus à Venerabile D. Ambroſio dicto de Vicomercato Abbate Monaſterij Sancti Ambroſij, vbi eius Sanctum requieſcit Corpus, inſtante etiam D. Columba Abbatiſſa Monaſterij Maioris Mediolani, & hoc de mandato D. Ioannis dicti de Ruſca honorabilis Poteſtatis Ciuitatis, & Communis Mediolani, præſentibus dicto Bonafide, T. Senago, I. Coalia, I. Canoua, A. Lomatio Notarijs, atq; Thoma dicto Craſſo, & Rufino Corbo Iuriſperitis, ac Oſſa de Oſſis, Petro dicto Bellabucca, Comaſino de Cumis, Ioanne Marcellino, Vidone Vicecomite teſtibus, & quia concordare inueni, præter literas plus, minuſuè, mea manu ſubſcripſi.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus. Ego Tedaldus, qui dicor de Senago, Notarius, hoc tranſumptum, quia fidelem inueni, me ſubſcripſi.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus. Ego Ioannes, qui dicor Coalia, Notarius Sacri Palatij, prædicto Tranſumpto interfui, & quia concordare inueni, vt ſupra, de mandato me ſubſcripſi.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus. Ego Ioannes, qui dicor de Canoa, Imperialis Notarius, hoc Tranſumptum fideliter concordaui, & vniforme cum originale inueni, me ſubſcripſi.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus. Ego Anſelmus, qui dicor de Lomatio, Notarius, cum ſupraſcriptis Notarijs hoc tranſumptum examinaui, & quia concordare inueni, me ſubſcripſi.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus. Ego Rogerius Bonafides Notarius Sacri Palatij de mandato D. Poteſtatis, vnà cum Petro Rabbo, Tedaldo Senago, Ioanne Coalia, item Ioanne Canoa, & Anſelmo Lomatio Notarijs præſens Tranſumptum recognoui, fideliterq; tranſcriptum, cum ſit repertum rogatus eum mea manu firmare, ideò me in præmiſſorum fidem ſubſcripſi. Acta ſunt hæc in publica audientia Iuſtitiæ anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo quarto Indictione decima quarta die quinta menſis Auguſti. Laus Deo Amen.

2.

Anno 950.

IN nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis. Berengarius, & Adalbertus diuina fauente clementia Reges. Dùm Venerabilibus locis diuino cultui mancipatis dignam conferimus opem, etiam diuinam miſericordiam nobis, & Regno noſtro proficuam eſſe non diffidimus; Vt ergò pijs orationibus Religioſorum Regni noſtri ſuffulti ſecuram tranquillitatem ab eo, à quo omne bonum ſperare poſſumus, omnium fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque, ac ſingulorum præſentium ſimul, & futurorum nouerit induſtria, Venerabilem affinem noſtram Domnam Bertradam, quæ praeeſſe videtur Regio noſtro Monaſterio Sanctæ Virginis Matris Mariæ Mediolani, ad pedes noſtræ Regiæ Maieſtatis, noſtram adijſſe clementiam, humiliter exponens, Inuictiſſimum Imperatorem Berengarium Auum noſtrum Auguſtę memorię, prȩlibato Monaſterio à pijſſimis Regibus Deſiderio, & Anſa eius vxore Atauis

noſtris, & Algiſlo eius filio, à fundamentis, ad honorem Aſſumptionis Beatæ Virginis Mariæ inſtaurato, omnia, non ſolum præcepta, & donationes antiquorum Longobardorum Regum, ſed etiam eorum ſucceſſorum Imperatorum, & Regum prædeceſſorum noſtrorum, ſanctiones, & diplomata eidem Regio noſtro Monaſterio, eiuſque Abbatiſſis, & Monialibus conceſſa, renouaſſe, Inſuper etiam, omnes fidelium largitiones eidem Sacro loco impartitas, & præcipuè Berengarij, ac VVidonis, & Hugonis fratrum Illuſtrium Comitum, qui in remedium animarum bonæ memoriæ prælibati Regis Deſiderij, & Anſæ eorum Auæ, filiorumq; eorum Algiſli Regis, & Anſprandi Abbatis, ac Eberardi Comitis eorum Patris, integram Curtem Barenzati cum eius territorio, ædificijs, aquis, & iuribus viuis, & mortuis eidem Monaſterio donauerunt, nec non & Attonis, ſeù Anſcarij Marchionis, dicti VVidonis filij, vnà cum Adalberto Illuſtre Marchione quondam recolendæ memoriæ Patre noſtro, & Magnifredo, ſiuè Berengario Comite eius fratre, præfati Marchionis Anſcarij filijs, qui etiam propriam Cerclati Curtem cum ſuis Eccleſijs, territorio, & iuribus vniuerſis ad eam pertinentibus ſimiliter adiudicauerunt, in reuocabili, & perpetua ſanctione firmaſſe; attamen his non obſtantibus, & prænarratas Curtes, & multa alia bona eidem Sacro loco violenter fuiſſe ſurrepta, ità vt Sacræ Virgines in eodem noſtro Sacro Monaſterio, Deo, & eius Matri dicatæ, aliquando non habeant vnde victum ſumant; Propterea noſtram exorare Celſitudinem, vt Regia auctoritate mandare dignaremur, quod omnia contenta in præcitatis Regijs, & Imperialibus diplomatibus obſeruentur, ac ea, quæ in præfatis donationibus, & iudicatibus contenta ſunt, reſtituantur, omni prorſus cauillatione remota. Nos verò miſerandam temporum prauitatem deflentes, iuſtæq; eius piæ petitioni inclinati, maximè intercedentibus etiam fidelibus conſanguineis noſtris Venerabile Domno Attone Vercellenſi Epiſcopo, & Hugone Regij Palatij noſtri Comite, atq; Fulcone, alias Autperto, ac VVidone fratribus, Comitis Hugonis filijs, & præfatæ Domnæ Abbatiſſæ ex fratre nepotibus, Regiæ Aulæ noſtræ Comitibus; omnia Reſcripta Imperatorum, & Regum prædeceſſorum noſtrorum cuiuſcunque ſpeciei ſint, confirmamus, & in priſtinum ſtatum reponimus, omneſque donationes, ſiuè titulo iudicatus, ſiuè offerſionis, per cartulas piorum fidelium, ac ſi per nos, in remedium animarum Maiorum, & Deſcendentium noſtrorum factæ fuiſſent, conualidamus, & ratificamus. Præcipientes etiam, quod ſi pro ſumma Reipublicæ neceſſitudine, paciſq; tranquillitate quædam de rebus tàm immobilibus, quàm ſemouentibus, & iuriſdictionalibus eiuſdem Regij Sacri noſtri Monaſterij ablata ſunt, aut abſtrahi, quod non credimus, permiſimus, omnia ad priſtinum ſtatum ſtatim reuocari mandamus. Volentes etiam, quod ſi aliquis, diabolica ſuggeſtione compulſus, aliquid de rebus cuiuſuis ſpeciei dicti Sacri noſtri Monaſterij, retinet, vel quouis quæſito colore vſurpauerit, vel vſurpat, & tenet termino dierum viginti reſtituat, niſi publici prædonis pœna ſe puniri voluerit, abſque vlla remiſſionis ſpe. Sancientes etiam, vt quæcunque deinceps ipſi Sacro Monaſterio ſana induſtria, vel quorumlibet Chriſtianorum collatione aquirere potuerit, perpetua ſtabilitate habere, & poſſidere poſſint, & ad placitum ipſarum Religioſarum irrefragabiliter abſque alicuius inquietudine adminiſtrare, & ordinare debeant. Imò de Regia gratia noſtra ſpeciali, volumus; vt in quibuslibet locis, & territorijs de rebus ſupradicti Sacri noſtri Monaſterij ſi aliqua fuerit orta contentio, cui vera ſit inquiſitio neceſſaria, per idoneos homines, quorum probabile ſit teſtimonium ab Abbatiſſa pro tempore eligendos

gendos ex noſtra Regia voluntate fiat, ne alicuius incuria Monaſterium de facultatibus ſuis aliquid, quod ei iuſtè competit, amittere cogatur. Et ſi quis hominum ipſius Monaſterij vtilitatibus famulantium aliquid commiſerit, vndè Fiſcus noſter quippiam ſperare poſſit, totum eidem Monaſterio noſtro concedimus, & ne quoque exigatur, penitus abnegamus. Iubentes, quod nullus Iudex, publicuſuè Miſſus, aut quælibet magna, vel parua perſona, quauis dignitate fulgeat, aliquam præfatæ Abbatiſsæ, & eius Monaſterio, familijſq; eorum violentiam, aut inquietudinem in via, vel in agro, aut in domo inferre præſumat, ſub Diuinæ, & Regiæ indignationis pœnam, quia præfatum Sacrum noſtrum Monaſterium, eiuſq; Abbatiſsam, & Moniales, & famulos vtriuſque ſexus, tàm ſeruos, quàm ingenuos, cum omnibus iuribus ſuis, viuis, & mortuis, manentibus, ac ſemouentibus, ſub Regio Mundiburdio, perpetuis temporibus permanere decernimus. Qui ergo hanc noſtram inconcuſsæ voluntatis paginam infringere auſus fuerit, Regiam gratiam noſtram amiſiſſe intelligat, & inſuper eidem Sacro noſtro Regio Monaſterio mancuſsos auri obrici bis mille compoſiturum eſse ſciat. Quod vt maioris firmitatis robur habeat, hoc voluntatis noſtræ decretum ſigno noſtro conſueto firmauimus, & anuli Regij munimine roborari iuſſimus. Fuerunt huius rei teſtes Illuſtres Regni noſtri Proceres Atto Vercellenſis, Darbertus Cremonenſis, Giſelprandus, ſiuè Gezzo Dertonenſis; Rodulphus Nouarienſis, Venerabiles Epiſcopi; atque Vbertus Thuſiæ Marchio, Raynerius, & VVido fratres Comites de Cuneo; Manfredus Comes de Caſtello, & quamplures alij.

Cum ſigno DD. Berengarij, & Adalberti pijſſimorum Regum.

Robertus Cancellarius ad vicem Bruningi Epiſcopi Archicācellarij recognouit.

Datum Pridie Kalendas Septembris, Anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo quinquageſimo, Regni verò pijſſimorum Berengarij, & Adalberti Regum primo, Indictione nona. Actum Papiæ feliciter Amen.

Firmatum vt ſequitur videlicet. Ego Amizo recognoui, & auctorizare iuſſi, & ſubſcripſi.

Subſcriptum cum ſigno tabellionatus antepoſito, vt in margine.

Ego Ioannes, qui dicor Coallia, Notarius Sacri Palatij fil. q. Petri de mandato D. Amizonis Sacchi Honorabilis Poteſtatis Ciuitatis, & Communis Mediolani, præſens Priuilegium Regum Berengarij, & Adalberti exhibito à Petro de Oſſis Sindico Venerabilis D. Victoriæ Abbatiſsæ Monaſterij Sancti Mauritij dicti Maioris hoc anno 1218. die 10. Martij recognoui, concordaui, vnà cum infraſcriptis Notarijs, & quia concordare inueni, præter literas plus, minuſuè, nihil tamen immutantes, me rogatus ſubſcripſi.

Subſcriptum cum ſigno tabellionatus, vt in margine antepoſito.

Ego Guidottus Moronus Iudex, ac Miſsus D. Imperatoris iuſſus à D. Amizone Mediolani Poteſtate, hoc Priuilegium Sacri Monaſterij Maioris Mediolani legi, auſcultaui, & diligenter concordaui, & quia in omnia concordare reperui rogatus a Petro de Oſſis Sindico eiuſdem Monaſterij, hac die decima Martij anni milleſimi ducenteſimi decimi octaui, me ſubſcripſi, & hoc exemplar autorizaui.

Subſcriptum cum ſigno tabellionatus, vt in margine antepoſito.

Ego Ioannes, qui dicor de Canoua, Imperialis Notarius, & Miſſus Regis de mandato D. Poteſtatis, & rogatus à Sindico Abbatiſſæ Monaſterij Sancti Mauritij Mediolani, hoc Priuilegium pro originale recognoui, & concordaui coram multis teſtibus, & in eius legalitatis ſignum mea manu firmaui, anno, & die ſupraſcriptis.

Subſcriptum cum ſigno tabellionatus, vt in margine antepoſito.

Ego Paganus fil. q. Ser Recourardi habitans in Compito Mediolani Notarius Imperialis Miſſus coram D. Poteſtate Amizone Saccho, ſedente ad iuſtitiam faciendam in publico Palatio Iuſtitiæ Communis Mediolani, adſtantibus cum eo ſupraſcriptis Notarijs, & multis teſtibus, Originale huius Priuilegij diligenter legi demùm auſcultaui, & ſic concordaui, ac in eius legalitatis ſignum, anno, & die ſupradicto præſens tranſumptum mea manu firmaui, & me ſubſcripſi.

Subſcriptum cum ſigno tabellionatus, vt in margine antepoſito.

Ego Alamanus, qui dicor Rabbus, Sacri Palatij Notarius de mandato D. Amizonis Sacchi honorabilis Poteſtatis Ciuitatis, & Communis Mediolani, coram Beltramo de Lampugnano, Soldano de intus Turrim, & Petro de Bollate, & alijs teſtibus, cum ſupraſcriptis Notarijs Originale huius Priuilegij cum Regio ſigillo, ſed fracto, producto per Petrum de Oſſis Miſſum D. Victoriæ Abbatiſſæ Monaſterij Maioris Mediolani anno, & die ſupraſcriptis, diligenter recognoui, concordaui, imò recognouimus, & concordauimus cum præſente Tranſumpto fideliter à me tranſcripto, & quia fidelem, præter literas, plus minus, nil tamen immutantem, repertum eſt, rogatus tradidi, & me ſubſcripſi.

3., & 4.

Anno 1108. IN nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni in Palatio Iuſtitiæ Mediolani, vbi in publica audientia ius redditur, coram D. Othone Comite Vicecomite iſtius Ciuitatis, filius bonæ memoriæ Illuſtris Viri D. Eriprandi Comitis ſedente ad iuſtitiam faciendam vnà cum Lamberto dicto de Landriano Lanfranco dicto Stampa, Paſſamonte dicto de Settara, Bernardo da Caſtiono; Item Rogerio, qui dicitur Cribello, atque Martino della Turre, Iudicibus paratis ad iuſtitiam conſulendam, adſtantibus multis teſtibus, vt moris eſt. Comparuit Obizo dictus da Faniano Aduocatus, & Syndicus R.D. Palmæ Dei gratia Abbatiſſæ Ven. Monaſterij Sanctæ Mariæ Maioris poſiti in iſta Ciuitate, vbi dicitur intus Vineam, Monialiumque eius, & obtulit duo Priuilegia Sereniſſimi Regis, & Imperatoris Berengarij fauore præfati Sacri Monaſterij, Monialiumque eius, ſcripta in membranis charactere ſatis intelligibile, quamuis conſumpto, & in aliquo loco laceris, inſtanter rogans præfatum D. Vicecomitem, eiuſque Iudices, dicta Priuilegia recognoſcere, eorumque exempla, pariter in membrana iuſtè tranſcripta legere, & auſcultare dignarentur, eiſq; concordatis, eorum auctoritate conualidare vellent, ita vt dicto Tranſumpto, ſiuè Tranſumptis perpetuis temporibus fides habeatur, vt ipſis proprijs Originalibus, ne eorum memoria pereat. Qui præfatus D. Comes, iuſtis petitionibus inclinatus, dicta Priuilegia recognouit pro legitima, & vera, & propterea ea Malaſternæ dicto Burro ad legendum, ac eorum exemplar Pagano dicto da Rode Iudicibus ad concordandum tradidit. Quo facto iterum VVidoni dicto Lita Tranſumptum ad legendum, & Petro Medico Notarijs Originalia ad concordandum dedit, cæteris omnibus auſcultantibus eorum tenores, qui tales ſunt videlicet.

Anno 899. In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Berengarius, diuina fauente clementia, Rex. Decentiſſimum fore arbitramur Venerabilium locorum opem tribuere, eorumq; iura fauorabiliter non ſolùm fouere, ſed etiam augere, vt commodius ſerui Dei in eis degentes poſſint di-

uinam

Digitized by Google

uinam ſuis orationibus pro noſtra ſalute, Regniq; noſtri conſeruatione opem impetrare. Quapropter cum ingenua, & Venerabilis Domina Angelberga Patruelis noſtra cariſſima, quæ præeſſe videtur Sacro Monaſterio B. V. Mariæ Ciuitatis noſtræ Mediolani expoſuiſſet Regali Excellentiæ noſtræ, dictum Venerabilem locum fuiſſe à fundamentis inſtauratum à pijſſimo Rege Deſiderio in honorem mirabilis Aſſumptionis Immaculatæ Matris Virginis Mariæ, qui etiam Regia Reſcripta Regum prædeceſſorum ſuorum, eidem Sacro loco, & Abbatiſſis, ac Monialibus ſuis conceſſa, confirmauit, quod etiam Imperatores, & Reges eius ſucceſſores fecere. Nos ergò tanto exemplo ducti ob Dei amorem, & Adalberti Illuſtris Marchionis Generis noſtri hortatu, ac etiam in remedium animarum præfati Sereniſſimi Regis Deſiderij Magni Aui noſtri, deſcendentiumq; eius, & ad tranquillitatem Regno noſtro impetrandam non ſolùm antiquata Sereniſſimorum Regum Longobardorum decreta renouamus, ſed omnia Prædeceſſorum noſtrorum indulta, & confirmationes denuò conualidamus, ac eiuſdem roboris eſſe volumus, ac ſi nunc per nos per præſentem paginam ad petitionem præfatæ Religioſæ Abbatiſſæ D. Angelbergæ conceſſa eſſent. Inſuper etiam declaramus præfatum Regium Monaſterium, ipſiuſq; pro tempore Abbatiſſæ, & Moniales in eo viuentes, ac eius omnia bona, vbicunq; ſita, ſint cum omnibus eius ſeruis, Aldijs, & Aldianis, Inquilinis, & iuribus eorum in integrum perpetuis temporibus ſub Regio Mundiburdio noſtro eſſe ſancimus, vt commodius omnibus diebus vitæ eorum deuotè Deo, ac Intemeratæ eius Matri Sanctiſſimæ ſeruire poſſint, quia ſic ſtatuit noſtra deliberata voluntas. Si quis ergo Regius Miniſter, ſeù magna, vel parua perſona, hanc Regiæ voluntatis noſtræ paginam violare tentauerit, mille mancuſſos auri optimi ſoluturum eſſe ſciat, medietas quorum ſit ad ornatum Eccleſiæ præfati Sacri Monaſterij; reliquum ad Regium Fiſcum perueniat, & inde noſtram indignationem placaturum eſſe intelligat; Quæ omnia, vt perpetuæ firmitatis robur habeant, præſentes manu noſtra firmauimus, anuliq; Regij impreſſione muniri iuſſimus.

Cum ſigno Domini Berengarij Inuictiſſimi Regis anno Regni eius vndecimo in Kal. Madij Indictione prima in Ciuitate Papiæ fęliciter Amen. Adeſt locus ſigilli deperditi.

Alterius diplomatis tenor talis eſt, vt ſequitur.

4. Anno 922. In Nomine Domini Dei Noſtri Amen. Berengarius, diuina fauente clementia, Imperator Auguſtus. Quia Deo famulantibus temporalia ſunt ſubſidia conferenda, vt eorum orationibus Imperij noſtri iura ſaluentur, Religioq; Sanctarum Eccleſiarum Dei in die augeatur; Idcircò nouerint omnium fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumq;, & futurorum Vniuerſitas, quod Sereniſſima Coniux noſtra dilectiſſima noſtram adijt clementiam, deuotè petendo, quatenus pro Dei, ipſiuſq; Sanctiſſimæ Matris amore Priuilegia, vel Conceſſiones, & Reſcripta Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, ſeù Regum, & Imperatorum prædeceſſorum noſtrorum conceſſa Venerabili Monaſterio Beatæ Virginis Mariæ Mediol. antiquis temporibus conſtructo in honorem Glorioſi Martyris Sancti Sigiſmundi, & à Religioſiſſimo Rege Deſiderio in honorem Immaculatæ Sanctæ Matris Mariæ à fundamentis inſtaurato, conualidare dignaremur. Nos verò conſiderantes æternæ retributionis emolumentum, ob reuerentiam S. D. Gen. Virginis Mariæ, & deuotionem Sanctarum reliquiarum præfati Inuictiſſimi Martyris Sigiſmundi Regis in Eccleſia ipſius Monaſterij quieſcentium, piæq; petitioni præfatæ Sereniſſimæ Coniugis noſtræ complacere volentes; Conſultu quoque, & hortatu Inclyti Mainfredi, qui & Beren-

gerij

gerij Comitis Conſiliarij noſtri, atquè eius filij Hermenulſi, aliàs Algerij Imperialis Palátij Comitis conſanguineorum noſtrorum non ſolùm Reſcripta, Donationes, & Priuilegia Pijſſimorum Regum Teudelindæ, & Algilulphi eius viri, ſeù Rotaris, vel Garimoaldi, ac Luitprandi, & Rachiſij, atque prædicti Deſiderij Magni Aui noſtri renouamus, ſed etiam Indulta Imperatorum, & Regum prædeceſſorum noſtrorum Hludouici, Pipini, Bernardi, Hlotarij, Caroli, item Caroli, atque Arnulphi, quibus præcedentia confirmantes etiam eundem Venerabile Monaſterium, & eius Abbatiſſam, & Moniales cum omnibus eius bonis, & iuribus viuis, & mortuis in integrum, ſub immunitatis eorum Mundiburdio receperunt, confirmamus, denuòq; concedimus, & etiam cùm Religioſus Vir, ac Venerabilis Hugo Epiſcopus Auguſtanus Sacri Palatij Noſtri Archicapellanus noſtram petijſſet Celſitudinem, varias exhibens cartulas piarum largitionum, & iudicatuum plurium Chriſtifidelium benefactorum eiuſdem Sacri Monaſterij, præcipuè Illuſtrium Procerum Berengerij Aui noſtri, & VVidonis eius fratris, dicti Deſiderij Nepotum, atque ingenuorum Marchionum Anſcarij dicti VVidonis geniti, ac ipſius Venerabilis Epiſcopi patris, atq; Adalberti eius fratris Generis noſtri, qui inter cætera eorum Curtem Cerclati propè flumen Olonæ, cum ſuis Eccleſijs, ædificijs, aquis, ſeruis, & Aldijs vtriuſq; ſexus, & omnibus iuribus ad dictam Curtem ſpectantibus in integrum donauerunt in remedium animarum ſuarum, & Prædeceſſorum, ac Deſcendentium ſuorum, iugiter clementiam noſtram exorando, vt dignaremur Regio Decreto, omnes præfatas pias donationes confirmare; quem etiam inconſolatum remittere nolentes, religioſæ eius petitioni inclinati, tam præfatam donationem Curtis Cerclati, quam omnia, quę per cartarum inſtrumenta eidem Sacro noſtro Monaſterio dudùm à fidelibus oblata fuerunt, per hanc noſtram Imperialem auctoritatem conualidamus, corroboramus, & confirmamus, ac ſi per nos data, & largita forent; inſuper etiam non ſolum prædicta omnia confirmamus, ac concedimus, ſed etiam præcipiendo mandamus, & hac noſtra Imperiali ſanctione decernimus, vt nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdaſius, Gaſtaldius, vel quælibet perſona cuiuſuis ſtatus, & conditionis exiſtat, in rebus, & poſſeſſionibus prælibati Monaſterij, vbique ſita ſint, aliquam inferant calumniam, aut ab eis hominibus aliquas exhibitiones, vel inuitus redhibitiones exigere præſumat ſub indignationis noſtræ pœna. Sancientes etiam, quòd dictum Venerabile Monaſterium, & eius homines, nullas retributiones, aut publicas excubias, angarias, ſeù arbuſterias ſoluere cogantur, quoniam ea omnia, & vniuerſa conceſſimus, & perdonauimus Illuſtri, ac Venerabili Dominæ Ermingardæ eiuſdem Monaſterij Abbatiſſæ, ſuiſque ſucceſſoribus, vt commodius pro conſeruatione Imperij, animæq; noſtræ ſalute, Deum exorare poſſint. Quicunq; ergo, qui aliquid horum violare præſumpſerit, ſciat ſe libras mille auri obrici compoſiturum, medietas Cameræ Imperiali, reliquum ad vtilitatem eiuſdem Monaſterij ſoluturum, ac inſuper indignationem noſtram condignis pœnis luiturum eſſe. Vt autem hoc noſtræ confirmationis, ſeù nouæ conceſſionis præceptum, ratum, & ſtabile futuris temporibus maneat, eum manu noſtra firmauimus, ac in angulo anuli noſtri impreſſione inſigniri mandauimus.

Cum ſigno Domini Berengarij Imperatoris Auguſti, Ioannes Epiſcopus, & Cancellarius ad vicem Ardingi Epiſcopi Archicancellarij recognouit. Datum in ſupradicta Curte Cerclati prope Olonam Pridie Kal. Iulij, anno Regni trigeſimo quarto, Imperij vero ſui quinto, Indictione quinta feliciter Amen. Adeſt ſigillum cereum, ſed fractum.

Quæ

Digitized by Google

Quæ omnia, cum fideliter de verbo ad verbum ſint concordata, repertáque eiuſdem tenoris, vt propria originalia, præter literas plus, minuſuè, non tamen ſubſtantiam, neque ſenſus immutantes; Prælibatus D. C. Vicecomitalem, qua fungitur auctoritatem, conſultu præfatorum Iudicum interponens, mandauit, & mandat, præfatis exemplis, ſeù exemplo, cum debitis ſolemnitatibus vt ſupra, iuſtè tranſumptato, ſiuè tranſumptatis, fidem indubitatā haberi, vti ipſis Priuilegijs originalibus, ac vbique locorum in iuditio, & extrà ab omnibus tàm Iudicibus, quàm Notarijs, & quibuſcunque Iuſdicentibus pro vera, & originalia iuſtè tranſumptata vti, & frui, debereque ſuum ſortiri effectum permitti, ac mandare. In cuius rei teſtimonium, & maiorem firmitatem præſens Tranſumptum, & eius aliud conſimile exemplar proprijs reſpectiuè manibus dicti D. Vicecomitis, ac Iudicum Conſulum ſupraſcriptorum, & Notariorum, coram multis, & infraſcriptis teſtibus firmatum eſt. Actum in prædicto Palatio, hora debita cauſarum, hoc die quinto menſis Nouembris, anno ab Immaculatæ Virginis Partu millesimo centeſimo octauo, Indictione ſecunda.

Cum ſigno manus D. Ottonis Illuſtris Comitis Vicecomitis Mediolani, qui ſupraſcripta originalia Priuilegia recognouit, & tranſumptare iuſſit, & Tranſumptum authorizauit, manus poſuit, atq; ſubſcribi præcepit in ſui præſentia.

Subſcrip. cum ſigno Iudicis. Ego Lantbertus filius bonæ memoriæ Petri Iudex S. P. hoc tranſumptum laudaui, & ſubſcripſi.

Subſcrip. cum ſigno Iudicis. Lanfrancus fil. Hugonis Iudex Imperialis adfuit, & ſubſcripſit.

Subſcrip. cum ſigno Iudicis. Ego Paſſamons fil. bonæ memoriæ Lanfranci Iudex interfui, & laudaui.

Subſcript. cum ſigno. Ego Bernardus quon. Guidi genitus mea manu firmaui.

Subſcrip. cum ſigno Iudicis. Ego Roglerius fil. b.m. Conradi Iudex laudaui, & firmaui.

Subſcrip. cum ſigno Iudicis. Martinus f. item Martini Regius Iudex ad firmandum manus poſui.

Subſcrip. cum ſigno Iudicis. Malaſterna fil. b. m. Tomini Iudex diligenter Originalia lexit, ideò ſe ſubſcripſit.

Subſcrip. cum ſigno Iudicis. Ego Paganus Iudex cum dictis Originalibus concordaui, & cum vniformia ſint, me ſubſcripſi.

Subſcrip. cum ſigno Tabellionatus. Ego VVido fil. Cunonis Notarius Imperialis Palatij præcedentia tranſumptata Priuilegia legi, laudaui, & ſubſcripſi.

Subſcrip. cum ſigno Tabellionatus. Ego Petrus fil. q. Aurelij Notarius Imperialis Palatij præcedentia Originalia auſcultaui, concordaui, & eiuſdem tenoris eſſe mea manu teſtatus ſum.

Cum ſignis manuum Caruli filij Lotherij, Antini q. Zanini, Othonis fil. q. VVidi, Lutprandi filij bonæ memoriæ Curradi, Bezzonis fil. Lorij, Manfredi f. q. Hugonis, Facij fil. Zenonis, Paſini fil. b. m. Berengerij teſtium lege Longobarda viuentium.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus. Ego Amizzo f. b. m. Lanterij, qui dicebatur de Leno, Notarius, & Miſſus D. Henrici Regis, præſens Tranſumptum de mandato præfati D. Vicecomitis, & rogatus à præfato Opizone nomine dicti S. M. hoc tranſumptum cum alio conſimile ſcripſi, laudaui, tradidi, & ſubſcripſi, ac in libro Priuilegiorum Communitatis Mediolani ad verbum regiſtraui &c.

Iterum

Digitized by Google

Iterum ſubſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo ſeptimo menſe Maij, Indictione quinta in Conſulatu Mediolani, coram Pinamonte de Vicomercato, Rogerio Vicecomite, Facio de Mandello, Adobado Verro, & alijs Conſulibus. Comparuit Obertus de Oſſis Syndicus D. Iordanæ Dei gratia Abbatiſſæ Sacri Monaſterij Maioris Mediolani, qui obtulit nobis qui ſupra Conſulibus præſens Tranſumptum ad recognoſcendum, quo viſo, ac examinato approbamus, laudamus, & pro legitimo, ac indubitatam fidem ei præſtandam eſſe declaramus. Actum vt ſupra. Præſentibus Otaclino, & Ancifredo Tubatoribus, & de Seruitoribus Herro, ac Octauio.

Cum ſignis manuum Guidotti Caſſina, Lauizoli Villano, & Ambroſini Rubei teſtium.

Subſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito vt ſupra.

Ego Ardericus Iudex Sacri Palatij adfui, & de mandato dictorum DD. Conſulum ſcripſi, & ſubſcripſi.

A tergo cum hoc ſigno præcedenti tabellionatus antepoſito.

Anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Pridie Kal. Aprilis Indictione quinta. Præſens Tranſumptum ad inſtantiam Ven. Dominæ Ceciliæ Abbatiſſæ Monaſterij Maioris Mediolani per nos Lanterium de Curte, Iacobum Maynerium, & Manfredum Putheobonellum, etiam nomine aliorum Conſulum, fuit recognitum, & approbatum coram multis teſtibus, inter quos ſunt Horatius Capra, Lapo Graſſus, Thomas Zerbus, vnà cum Conrado, & Zane Tubatoribus, & Pirro, ac Octauio Seruitoribus. Actum iſta Ciuitate Mediolani hora debita cauſarum.

Subſcriptum cum præcedenti ſigno tabellionatus.

Ego Ioannes Iudex, ac Miſſus Domini Regis, interfui, & ſubſcripſi &c.

5.

Anno 959.

IN Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti anno ab eius Incarnatione nonigenteſimo quinquageſimo nono, & Regni D.D. Berengarij, & Adalberti Inuictiſſimorum Regum nono, pridie Non. Octobris Indictione tertia. Cum ſcriptum ſit in Prophetis: eleemoſynis redime peccata tua, & iterum: ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna delet peccata, Chriſtuſque Deus noſter nos cohæredes ſuos facere promiſit in Sancto Euangelio, ſi eleemoſynis operam dabimus pro eis, centuplum exhibens, & indè Paradiſi gloriam. Ideò ego Bonifacius Comes filius quondam Amizonis Comitis, Comitiſque Fulconis Nepos, & Hugonis Comitis Pronepos, atq; Manfredi, qui & Berengarij item Comitis Abnepos, Illuſtriſq; Anſcarij Marchionis Atnepos, qui omnes ex natione noſtra Regum Longobardorum lege Longobardica profeſſi ſumus, optimum duxi eleemoſynam facere in remedium animarum meæ, & iam dicti Marchionis Anſcarij, Progenitorumquè, ac Deſcendentium eius, offerendo, ſicut offero, Deo, & Eccleſiæ, ac Monaſterio Sanctæ Immaculatæ Virginis Mariæ conſtructo in Ciuitate Mediol. ibi, vbi dicitur Intus vineam, & pro eis Venerabili Abbatiſſæ D. Adelaidæ, quæ in eodem Monaſterio præeſſe videtur, ac ſucceſſorum eius in perpetuum, ſcilicet medietatem Regiæ Curtis, Caſtri, & Villæ Aroxij, cum iuriſdictione Eccleſiarum S. Nazarij, & Celſi ad dictam Curtem ſpectantium, quæ fuerunt per maiores meos ędificatæ, & ditatæ vnà cum terris, vineis, hortis, oliuetis, ſyluis, buſchis, caſis, &

caſi-

caſinis, ſeù dominicatis, ad dictas Eccleſias, & Curtem ſpectantibus in integrum, tàm in dominicatis, quàm maſſaritijs, & omnibus ędifitijs, vel fabricis ſuis, cum Aldionibus, & Aldiabus in quolibet loco, vel vocabulo ad ipſas Eccleſias, Curtem, Caſtrum, terras cultas, & incultas cum ſuis immobilibus, & ſemouentibus in integrum. Propterea omnia ſupradicta ſibi Venerabili Abbatiſſæ D. Adelaſiæ nomine præfatæ Eccleſiæ, & Monaſterij Sanctæ Mariæ Maioris, & ſibi in eodem regimine ſucceditricium, offero, trado, & dono omnes ſupradictas res, cum omnibus ſuis adiacentijs, & iuribus, vt ſupra ad vtilitatem omnium Virginum inibi Deo ſeruientium in remedium animæ meæ, ac progenitorum mei qui ſupra Bonifacij Comitis, & inſuper dono præfatæ Eccleſiæ S. Mariæ Maioris Iugera decem terræ, quæ habere viſus ſum in loco Bugontio, & in Romanore propè dictam Curtem, vt de eorum prouentu perpetuis temporibus lampades duas olei puri oliuarum ardeant ante Altare Beatæ Virginis Mariæ in dicta Eccleſia, & reſſiduum fructuum dictarum terrarum ad decorem, & ornatum ipſius Eccleſiæ erogetur abſque vlla contradictione, & hæc omnia tali conditione ſubnixa, vt Abbatiſſæ, vel Rectrices, ſeù Rectores ipſius Eccleſiæ, & Monaſterij pro tempore exiſtentes non habeant poteſtatem alienandi quouis titulo, quàm minimam particulam ſupradictorum bonorum, nec permutandi, ac inuaſandi, quod ſi ſecus fecerint, omnia ammittant, & in poteſtatem deſcendentium, ſeù hæredum meorum reuertantur, donec redintegrentur, quia mea bona voluntas eſt, vt dicta omnia perpetuis temporibus, ad vtilitatem dictæ Eccleſiæ, & Monaſterij permaneant, ita vt anima mea, & parentum meorum ſuffragium continuò ſentiant de orationibus ſacrarum Virginum inibi Deo ſeruientium, quod etiam ſtatutum eſt per Inuictiſſimos Reges Berengarium, & Adelbertum Conſanguineos meos; dum intercedente apud maritum, & filium Sereniſſima D. D. VVilla facultatem habui præſentem donationem faciendi per ſuas literas tenoris ſequentis. In Nomine Domini Dei æterni; Berengarius, & Adalbertus filius eius, gratia Dei Reges. Expoſuit nobis Sereniſſima VVilla vxor, & mater noſtra dilectiſſima inter nobiles puellas eius familiares apud eam commorantes adeſſe Illuſtrem adoleſcentulam VValdradam Conſanguineam noſtram, quæ Altiſſimo ſtatuit ſe dicare in Monaſterio Sanctæ Mariæ Maioris Ciuitatis Mediolani, Generoſumque Adoleſcentem Facium Illuſtrem Palatij noſtri Comitem eius fratrem velle ad vtilitatem eius eidem Monaſterio certa bona, quæ in ſe prouenerunt in diuiſionibus bonorum, quæ fuerunt quondam recolendæ memoriæ Domini Anſcarij Illuſtris Marchionis Aui Noſtri, vt perpetuis temporibus in poteſtatem dicti Monaſterij permaneant in remedium animarum omnium deſcendentium dicti Illuſtris Marchionis, quod agere nequit ſine ſpeciali noſtra ſcientia, cum omnia eius bona ſint Mundiburdio Regio alligata: quapropter cum maximè deceat Magnificentiæ Regni loca ſacra locupletari, præcipuè, vt quiſquam de animabus ſuis, & ſuorum ſalutem, & curam gerat, præfato Bonifacio Comiti Conſanguineo noſtro liberam impartimur facultatem largiendi præfato Venerabili Monaſterio quidquid voluerit de bonis ex diuiſione ſequuta inter quondam recolendæ memoriæ Illuſtres Adalbertum Marchionem Patrem, & Auum noſtrum, ac Manfredum Comitem fratres in eum prouentis, vti dicti Comitis Manfredi deſcendentem, quamuis etiam aliquo modo nobis ſpectare poſſent, dummodo cedant, vita durante, in vtilitatem dictæ VValdradæ, & inde perpetuò integraliter abſque vlla diminutione ad cultum diuinum pro ſalute omnium deſcendentium noſtrorum, quia ſic decreuit, & ſtatuit regalis noſtra mu-

munificentia, in cuius rei firmitatem præſentem paginam noſtro ſigillo muniri, & per noſtrum Cancellarium ſubſcribi iuſſimus. Papiæ Regni noſtri anno nono, Indictione tertia. Et ne irrita permaneat interceſſio ipſius Sereniſſimæ Reginæ dictam VValdradam ſororem meam declaro liberam dominam omnium prouentuum dictorum bonorum, donec vixerit, ita vt de eis poſſit abſolutè ad vtilitatem ſuam diſponere, funda tamen non diminuendo; & volens ego qui ſupra Comes Facius omnia ſupradicta perpetuis temporibus integra, & inuiolata permanere, hanc donationis cartulam me chiragra detento, rogaui Religioſum virum Vgutionem Venerabilem Abbatem patruum meum, manu ſua ſubſcribi nomine meo, ac per opportunos teſtes, & Iudices firmari mandaui, & duo fieri volui, vt ex eis vna in præfata Eccleſia ſuper Altare Beatæ Virginis Mariæ in ingreſſu Monaſterij dictæ ſororis meæ per dictum Venerabilem Abbatem, coram iàm dictam Abbatiſſam, & cæteras Moniales publicè offeratur, & altera ſemper apud deſcendentes meos permaneat, vt de obſeruatione in ea contentis curam gerant. Actum in Eccleſia S. Mariæ ſita in Curte mea Maſſini iuxta Lacum Verbanum coram infraſcriptis Teſtibus.

Subſcriptum Ego Hugo Dei gratia humilis Abbas in Monaſterio Beatæ Virginis dictæ de Maſſino ex ordine dicti Bonifacij Illuſtris Comitis nomine ſuo, & eo præſente, hanc donationis cartulam manu mea ſubſcripſi.

Cum ſigno manuum Giſelprandi de Inuorio, Rolandi de Palantia, Nazarij de Maſſino, Lotharij, atque Gezzonis, ſeù Karoli, & Hugonis de Maſera, atque Fęlicis, ac Simonis, ſeù Petri de Horta teſtium lege viuentium Longobardorũ.

Iterum ſubſcriptum Ego Petrus Iudex, & Miſſus D. Berengarij Regis interfui, laudaui, & ſubſcripſi.

Iterum ſubſcriptum Ego Muſſo Iudex, ac Miſſus DD. Regum Berengarij, & Adelberti adfui, laudaui, & me ſubſcripſi.

Iterum ſubſcriptum Ego Luitprandus dicti Illuſtris Comitis Vicecomes ad hanc donationem aſſenſi, & de mandato Regio adfui, & me ſubſcripſi manu propria.

Cum ſigno manuum Attonis, Bernardi, ſeù Comelli, & Iſimbardi de Aroxio, atque Oberti, & Anſelmi de Bugonzio, ac Buzzonis, & Alberti de Romanore, qui ſe præſenti donationi ſubmiſerunt.

Iterum ſubſcriptum vt ſupra Ego Otho Notarius Sacri Palatij adfui, ſcribere feci, ſubſcripſi, compleui, & dedi.

Iterum ſubſcriptum vt ſupra Ego Bonamicus de Mendriſio Notarius Sacri Palatij interfui, & de mandato ſupradicti Othonis ſcripſi, & me ſubſcripſi.

6.

Anno 969.

IN Nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Otto Germanorum Rex, ac Longobardorum Diuina diſpoſitione Imperator ſemper Auguſtus. Æquum nobis ſemper viſum eſt iuſtis petitionibus noſtrorum fidelium aures benignas accõmodare, gratiaſq; noſtras fauorabiliter eis impartiri, maximè cum ad Omnipotentis Dei, Immaculatæque Virginis Matris Mariæ, ac Sanctorum cultus, nec non & ad defenſionem Religioſorum eis inſeruientium nos inuitant. Quapropter vniuerſis ſub noſtro fęliciſſimo Imperio degentibus notum eſſe volumus Addonem Illuſtrem Comitem Conſiliarium noſtrum fideliſſimum Imperiali Maieſtati noſtræ expoſuiſſe, quod Comes Facius eius Nepos Venera-

nerabili Abbatiſſæ D. Adelaidæ Affini noſtræ cariſſimæ, quæ præeſſe videtur Monaſterio Sanctæ Mariæ Maioris ędificato intus Vineam propè antiquum Palatium noſtrum Imperiale intra Ciuitatem Mediolani, donauit medietatem Curtis Caſtri, & Villæ Aroxij cum eius Capellis, Caſis, terris, & iuribus, ac hominibus vtriuſque ſexus eiſdem pertinentibus, & inſuper iugera decem terræ poſita ibi, vbi dicitur in Romanore, & in Buguntio propè dictam curtem, præter multa inculta, in eiſdem locis, ſicut ea integraliter peruenerunt in partem quondam Illuſtri viro Mainfredo, ſeù Berengerio Comiti Auo ſuo, & ab eo peruenerunt in bonam memoriam Hugonis Comitis eius filij, & inde in Comitem Fulconem eius Nepotem exponentis, & Amizonis Comitis eius fratris patrem, cum omnibus eorum iuribus, libertatibus, immunitatibus, & regalijs dictis bonis ſpectantibus omnia in integrum perpetuis temporibus ad beneficium ſacrarum Virginum ibidem Deo famulantium, nec non ad vtilitatem Nobilis puellæ VValdradæ eius ſororis ibidem ſacratæ, cui etiam Illuſtris Conſanguinea noſtra Mitilda eius mater conceſſit manſa quatuor terræ in loco Quinto ex illis bonis per Regiam Munificentiam noſtram eidem Mitildæ largitis, adijciens etiam ea omnia ſemper fuiſſe ſub Mundiburdio Regio, deinde Imperiali, nec poſſe in iure alieno tranſire ſine ſpeciali Regia, aut Imperiali ſanctione. Ideò humiliter Maieſtatem noſtram exorauit, vt dictas donationes auctoritate noſtra laudare, & donata denuo ſub tutelam Mundiburdi noſtri recipere dignaremur. Ideo nos tanti viri iuſtis petitionibus annuentes, non ſolùm propter eius ingentia merita, & indefeſſos labores ad tuitionem Imperij, & defenſionem Regalis perſonæ noſtræ per eum paſſos, ſed etiam eum de noſtra in eo beneuolentia certioratum eſſe volentes, prædictas donationes laudamus, omniaque in ea contenta ratificantes approbamus, & donata in eis ſub tuitionem Mundiburdij noſtri recipimus, & perpetuo eſſe ſancimus. Præterea cum in Eccleſia dicti Venerabilis noſtri Monaſterij inſignes depoſuiſſemus Reliquias Glorioſi Martyris Sancti Mauritij Patroni noſtri, vt perpetuo cultu ibi venerentur, eundem Monaſterium, ob dicti Sancti reuerentiam, etiam munificentiam noſtram experiri volentes per hanc paginam declaramus, omnia bona, tam Eccleſiaſtica, quàm ſęcularia ad eundem quocunque modo ſpectantia, vbicunque ſita ſint, etiam cum omnibus eorum iuribus in integrum ſub tutelam Imperialis Mundiburdij recipimus, & perpetuis temporibus eſſe volumus, & ſic immunia, & exempta à quibuſcumque taleis arbuſtaritijs, angarijs, fodris, Regalijs, etiam Sacro Imperio debitis fore decernimus, licereque Venerabilibus Abbatiſſis ibi per tempora præſidentibus bona prædicti Monaſterij in integrum cum omnibus rebus, & hominibus eis ſubiectis ſub immunitatis noſtræ defenſionem, remota totius Iudiciariæ poteſtatis moleſtia, quieto ordine poſſidere, vt commodius pro incolumitate Regnorum noſtrorum, & Sacri Imperij nobis collati, vnà cum omnibus Monialibus eius poſſint ineffabilem miſericordiam iugiter exorare. Inſuper pręcipiendo mandamus, vt nulla maioris, vel minoris ordinis perſona cuiuſcunque ſexus abſque conſenſu Abbatiſſarum ad manendum, vel parumper inter ſepta ipſius Monaſterij, ac bonorum eius introire pręſumat ſub graui indignationis noſtrę pœna, Scientes etiam dictum noſtrum Monaſterium multis priuilegijs munitum eſſe, & præcipuè Sereniſſimorum Regum, & Imperatorum Hludouici, Hlotharij, Karoli, Berengarij, VVidonis, & aliorum prædeceſſorum noſtrorum, ea omnia cuiuſcunque tenoris Priuilegia ſint ad perpetuam vtilitatem prædicti noſtri Imperialis Monaſterij confirmamus, denuòque concedimus, volentes,

ea omnia pro hic inſerta haberi, ac ſi de verbo ad verbum in præſenti pagina deſcripta forent. Si quis autem, quod abſit, ex Præſulibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, vel Vicecomitibus, Sculdaſijs, ac Rectoribus, ſeù quibuslibet ex Officialibus Sacri Imperij Miniſtris, Vicarijs, ac Miſſis hoc Imperialis Celſitudinis noſtræ Diploma violare tentauerit duo millia Mancoſſos auri obrici in auro componere cogatur, medietas ad cultum dictæ Eccleſiæ, & alia medietas ad vſum, loco Cameræ noſtræ, Sacrarum Virginum in dicto Imperiali noſtro Monaſterio Deo inſeruientium, & deſuper implacabilem noſtram indignationem ſciant eſſe incurſuros. Quod, vt firmius credatur, & perpetua ſtabilitate ab omnibus obſeruetur ſigno noſtro firmauimus, anulique noſtri impreſſione roborari iuſſimus. Huius rei teſtes fuere Adaldiſius Hamburgenſis, Antobertus Curienſis, Gezzo Dertonenſis, Vnbertus Parmenſis, VVido Mutinenſis Epiſcopi, atque Euerardus Comes, VVido Comes, Guntarus Comes, Addo Comes, & quamplures alij Principes, & Proceres.

Firmatum cum ſigno Imperiali, vt infra videlicet.

Cum ſigno Domini Ottonis Magni, & Inuictiſſimi Imperatoris ſemper Auguſti.

Iterum ſubſcriptum.

Luitgerius Cancellarius ad vicem VVidonis Epiſcopi Archicancellarij Imperialis recognouit, & ſubſcripſit de mandato Domini Noſtri Imperatoris Amen.

Acta ſunt hæc Romæ anno Imperij Domini Ottonis Sereniſſimi Auguſti tertio, in Vigilijs Natalis Domini, Indictione ſeptima fœliciter.

Et in loco vbi erat ſigillum, ſcriptum eſt vt ſequitur videlicet.

VVernerius à Sigillis muniui de mandato.

Sigillum autem propter antiquitatem ſublatum, ſiuè depromptum eſt.

7.

Anno 913.

CHriſti Nomine inuocato. Anno Imperij D. Berengarij primo, Pontificante in Roma D. Ioanne Papa Indictione ſecunda die primo Octobris. Tibi Eccleſiæ Beati Principi Apoſtolorum Sancti Petri, & Pauli Romæ, quæ eſt caput totius Mundi, & quę eſt ædificata inter hanc Ciuitatem Romæ. Nos in Dei nomine Erminza dicta Berta Iugale Hugonis Comitis, & Maria Iugale Ermenulfi item Comitis Sorores f. b. m. Erici Regis. Scire volumus; ſicuti de noſtra peculiari pecunia comparauimus à Rolando dicto Cane Ciue Mediol. quandam aream, ſeù fundum in Curte Aroxij, & in eidem fundo de licentia dictorum Iugalium noſtrorum ædificare cæpimus noſtris manibus Eccleſiam, quam dedicari deliberauimus, in honorem Sancti Petri, vnà cum Monaſterio ad opus Virginum in eo congregandarum. Quorum exemplo Nos Hugo, & Hermenulfus, ſiuè Aldigerius Comites filij b. m. C. Berengerij, aliàs Manifredi, aliam in honorem Sanctorum Nazarij, & Celſi cum hoſpitio pauperum in area eiuſdem Regiæ Curtis noſtræ Aroxij ædificare cæpimus, & perficere intendimus. Igitur ſciant omnes, quod nos qui ſupra Hugo, & Aldigerius fratres Comites, qui ex Regia Stirpe noſtra leges profitemur Longobardas, vnà cùm Berta, & Maria Iugales noſtras nos Iugalibus ſuis eis, vt legis vult aſſentientibus pro deuotione noſtra, & ad remedium animarnm noſtrarum, & Patrum, & Matrum noſtrorum, qui ſupra Iugalium, offerimus ſupradictas Eccleſias, Monaſterium, & Hoſpitale tibi prædictæ Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, quæ Romæ ſita eſt, vt à præſenti die, & hora deueniant

niant in ius, & poteſtatem, ſeù in proprietatem ipſius Eccleſiæ Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Apoſtolici ſui; Ea verò ratione, vt ipſa Eccleſia Sancti Petri, & Pauli Romæ, ac ſui Apoſtolici habeat, & teneat ipſas areas cum condictas Eccleſias, Monaſterio, & Hoſpitale, & faciat ipſe Apoſtolicus, qui in ipſa Eccleſia Sancti Petri, & Pauli Romæ ordinatus eſt proprietario nomine ad honorem Dei quidquid voluerit ſine vlla noſtra, & ſucceſſorum noſtrum contradictione ad fictum habendum per omne annum denariorum bonorum nũmos duodecim in feſto Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, & ſi in vno anno, vel ſecundo, vel in tertio vſq; in quartum remanſerit, quod ſoluti non ſint, tunc in quinto anno debeant eſſe datos, & conſignatos per nos, qui ſupra Comites, vel per Monacas inibi viuentes, vel per officialem dictarum Eccleſiarum, & locorum Romæ ipſi Apoſtolico dictæ Eccleſiæ Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, quia ſic voluit noſtra bona, & ſincera voluntas ad beneficium Virginarum futuris temporibus Deo ſeruire volentium, & pro ſuſſidio miſerum; Nec nobis qui ſupra Hugo, & Aldigerio, cum Berta, & Maria Iugalium liceat vllo tempore nolle, quod voluimus, ſed ſecundum à nobis, qui ſupra factum eſt omnimodè ſeruari ſemper voluerimus ex inde ſecundum legem factum, vel conſcriptum eſt ſub iuramento conſeruare promittimus cum ſtipulatione ſubnixa; Volentes duæ cartulæ idem tenoris ſcriptæ ſint, vna pro Eccleſia Sancti Petri, & Pauli Romæ; altera pro hac Sancti Petri, quam ſuper Altare eius præſenti die, & hora offerimus. Actum in ipſa Curte Aroxij propè dictum Altare fęliciter.

Cum ſignis manuum Hugonis, & Algerij Comitum, atque Bertæ, & Mariæ Iugales ſuas, qui vnitim hanc cartulam offerri fieri fecerunt, & iurando in ea manus ſuas poſuerunt.

Cum ſignis manuum Vaniberti, Rolandi, Ioanni Cotij, Thomæ, Bekrami, & Formenti teſtium lege Longobarda viuentium.

Subſcriptum cum ſigno antepoſito.

Ego Spinibertus Comes, & Iudex Miſſus D. Imperatoris, ac Imperialis Notarius interfui, laudaui, ſcripſi, & poſt traditam compleui, & dedi.

8.

Anno 894.

IN nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni. Berengarius gratia Dei Rex. Si circa Dei famulos noſtræ conceſſionis benignitatem impendimus, deuotiores illos pro nobis ad diuinum implorandum auxilium reddimus, ac per hoc ſupernam pietatem noſtro Regno proficere non diffidimus. Ideoq; omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorum fidelium præſentium ſcilicet, ac futurorum noſſe volumus cognitionem Hermenulphum noſtræ Militiæ Comitem, noſtræ ſuggeſſiſſe ſublimitati pro quibuſdam Presbyteris, atq; Officialibus Sancti Ambroſij, vbi eius Corpus venerabiliter tumulatum eſt, quatenus eis, vel eorum ſucceſſoribus ob noſtræ mercedis cumulum conceſſa noſtræ largitatis beneuolentia, manſum illud, quod eſt in Cornaledo, pertinens ex Comitatu Stazionenſi, cum finibus, & ſubiacentijs ſuis ex integro, omni aliorum impeditione poſtpoſita, ad habendum debiti cauſa concedamus officij. Quod nos ratum, & congruum omnimodis arbitrantes, eius petitioni conceſſum præbuimus. Si ergo contra hoc Regale præceptum temerario auſu aliquid contrarium ſuæ præſumptione ſtultitiæ facere (quod abſit) tentauerit à nobis ſtatuto damnetur iuditio, ſcilicet mancoſos auri duo

millia

millia cogatur perſoluere medietatem Regiæ Cameræ, & medietatem ipſis Presbyteris, quibus auſus fuit impedire nequiſſimus, & vt hoc noſtræ Celſitudinis inuiolabile præceptum firmum, & inconuulſum habeatur impoſterum, propriæ manus ſubſcriptione innotatum, atque, vt mos eſt, roboratum, anulo noſtro ſubtus iuſſimus ſigillari.

Cum ſigno Berengarij glorioſiſſimi Regis. Sigillum ob antiquitatem depromptum eſt.

Subſcriptum Reſtaldus Notarius iuſſione Regia ad vicem Adelardi Epiſcopi, & Archicancellarij recognoui.

Data quarto nonas Decembris Anno Incarnationis Domini octingenteſimo nonageſimo quarto. Anno verò Regni Domni Berengarij Glorioſiſſimi Regis ſeptimo, Indictione decima tertia.

Actum Mediol. ad Sanctum Ambroſium in Dei nomine fęliciter Amen, Amen, Amen,

9.

Anno 963.

IN nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni, Regnante D. Othone, Diuina ordinante Prouidentia Imperatore Auguſto filio b. m. D. Henrici Regis Sereniſſimi Regnorum eius Germaniæ anno XXIIII., Italiæ IX., & Imperij primo, Indictione quarta; In ſolemnitate Natiuitatis Beatæ Mariæ ſemper Virginis. Ego in Dei nomine Mitildis humilis Comitiſſa filia q. b. m. Excelſi Ducis Adulfi, ſeù Luitulphi, quæ ex natione mea lege viuere deberem Ripuaria, ſed pro D. Opizone quondam Comite marito meo lege Longobarda viuere videor. Aſtantibus mihi Cunone Comite Miſſo D. mei Imperatoris (à quo iuxta legem interrogata ſum, an ab vllo patiar, vel paſſa ſim violentiam) & conſentientibus ingenuis fratribus Bonifacio, & Adulpho dicto Manfredo, ac Othone Illuſtribus Comitibus ex qu. Comite, qui ſupra Opizone, qui & Amizone Viro meo filijs meis, pro quibus Generoſi Milites Adalbertus, qui & Albertus Marchio Illuſtris, & Adam, qui & Addo Illuſtris Comes eorum patrui, ac Mundualdi promiſerunt ratificationem ſi opus erit; Ideò ego quæ ſupra Mitildis Comitiſſa, tibi Anſprando Notario, ac Miſſo D. Imperatoris, pergamenam, quæ meis teneo manibus cum atramento, & penna de terra leuaui ad hanc offerſionem ſcribendam, trado præſentibus dicens, Bonum eſſe parare ſibi locum in Cęlis, ac eleemoſynis redimere peccata ſua. Propterea ego quæ ſupra M. H. C. miſeraq; peccatrix per præſentem cartam offero, dono, & trado Omnipotenti Deo in Eccleſia, ſeù Monaſterio Sanctæ Mariæ Maioris propè Palatium Imperiale intra Ciuitatem Mediolani, ibi vbi dicitur intus Vineam, & eius nomine tibi Venerabili D. Adelaſiæ in eodem Monaſterio Abbatiſſæ, Caſtellum, ſiuè Caſam Dominicatam, quam habere viſa ſum in Curte mea Quinti iuxta fluuium Lambri, cum omnibus fundamentis, & fabricis, & iuribus ſuis in integrum, & quatuordecim Manſa terræ in eodem loco cum ſuis Maſſaritijs, Aldijs, & Aldianis, Seruis, & Ancillis dictas terras colentibus, vnà cum Ripa eiuſdem fluminis eis contigua, & iure piſcandi in eodem flumine, cum caſalinis, ſeù molinis, & alijs rebus, ac iuribus eorum, tam dominicatis, quàm maſſaritijs, nec non & cum iuribus aquarum fluminis Refregij decurrentium ſuper dicta bona. Inſuper etiam modo quo ſupra in eodem M. S. M. M. offero vnam ex tribus Capellis iuris mei in eadem Curte exiſtentibus, ſcilicet ea, quæ S. Nazario eſt dicata per me ex fruc-

tibus

Digitized by Google

tibus dictorum bonorum inſtaurata, vnà cum decimis, caſis, & aldijs ei ſubiectis in integrum, omnia in remedium animarum Parentum, & Deſcendentium meorum, ac b. m. q. C. A. olim mariti mei, declarans ego quæ ſupra, quòd omnia de præſenti Deo oblata, ſunt tertia pars bonorum mihi, quæ ſupra M. C. liberè donatorum à Sereniſſima Regina D. Adelgilda Coniuge Inuictiſſimi D. Othonis Imperatoris Auguſti Domini, & Patris mei Colendiſſimi, apparente carta Regia, manu propria firmata, ſcripta, & tradita per Cunonem S. P. C. & Notarium Miſſum Imperialem, cuius exemplar in eodem Monaſterio dimitto; Quorum bonorum aliam tertiam partem donaui, & tradidi Illuſtri puellæ D. Angelberghæ nepti meæ ex q. D. Idda ſorore mea, vxore Illuſtris Marchionis qui ſupra Alberti cognati mei; Reliquumq; Illuſtribus Comitibus filijs meis relinquo. Et cum conditione, quod de omnibus fructibus dictorum bonorum, Religioſa D. Berta, ſeù VValdrada filia mea, liberè, donec vixerit, poſſit diſponere ad vtilitatem ſuam, Ancillarumq; ſuarum, vt commodiùs poſſit in eodem Monaſterio Deo inſeruire; Quapropter ego quæ ſupra M. C. ad partem ipſius Eccleſiæ, & Monaſterij S. M. V. de prædictis bonis, Eccleſia, & eorum iuribus manentibus, ac ſemouentibus, viuis, & mortuis in integrum per feſtucam nodatam, ſeù ramum arboris, & cultellum, atque Vuantonem terræ, ac per hanc cartam, quam ſuper Altare B. V. M. præſenti die, & hora offero, legitimam tibi V. A. nomine quo ſupra, facio liberam traditionem, & Inueſtituram, ac me exindè foris expulo, vuarpio, ac proijcio, & ad lauitum facio, & feci ad vtilitatem dicti Monaſterij, ac ea omnia poſt mortem dictæ D. V. filiæ meæ, tibi V. D. A. A., & ſuccedditricum tuarum, trado ad faciendum de fructibus eorum quidquid volueritis, ad effectum vt ſupra, ſine omni mea, & hæredum, ac prohæredum meorum contradictione, quia talis eſt mea deliberata voluntas, quam inuiolabiliter præcipio obſeruari. Humiliter orando Inuictiſſimum D. Imperatorem Dominũ, & Patrem meum, ſua diſpoſitiua pagina, hanc offerſionem conualidare dignetur. Acta ſunt hæc omnia Mediolani in eadem Eccleſia Sanctæ Mariæ Maioris, cui ſit gloria ſempiterna Amen.

Subſcripta ✠ Ego Mitildis Comitiſſa à me facta confirmo ſic Deus me ſaluet.

Cum ſigno manuum D. D. D. Bonifacij, Manfredi, & Othonis Illuſtrium Comitum, qui præſentem donationem laudauerunt, ac Illuſtri eorum Matri aſſenſerunt, & in hanc cartam cum iuramento manus poſuerunt ad maiorem firmitatem.

Cum ſigno manus Generoſi Militis D. Adami, ſeù Addæ Illuſtris Comitis, qui præfatæ Illuſtri Comitiſſæ aſſenſit, & pro præfatis Pronepotibus ſuis ratificationem promiſit.

Subſcript. cum ſigno mei Adalberti Marchionis qui ſupra dictæ Illuſtri Comitiſſæ cognatæ meæ, ac nepotibus meis eius filijs aſſenſi, & pro eis ratificationem promiſi, atq; ad prædicta omnia ratificandum manus poſui.

Iterum ſubſcripta cum ſigno. Ego Cuno Comes S. P., ac Miſſus Imperialis interfui, laudaui, & ſubſcripſi.

Cum ſignis manuum Petri q. Lazari, Conradi q. Othonis, ac Vuidonis f. item Vuidonis Comitum, & quamplurium aliorum Procerum, lege Longobarda viuentium, teſtium vocatorum.

Iterum ſubſcripta cum ſigno. Ego Anſprandus Notarius Sacri Palatij, ac Imperialis Aulæ Comes, Iudex, ac Miſſus D. Imperatoris ſcripſi, & poſt traditam compleui, & dedi &c.

Otho

Digitized by Google

IO.

Anno 971.

OTho Imperator Auguſtus anno Imperij nono, & Otho filio eius Imperatore Auguſto Imperij eius anno tertio menſe Maio Indictione duodecima. Manifeſtus ſum ego Algislus, qui & Gipſus vocatus fui, filius quondam bonæ memoriæ Iordanis, atq; Cipriana filia quondam bonæ memoriæ D. Gualterij Iugales, qui profeſſi ſumus lege viuere Longobardorum, ipſo Gipſo Mundualdo, & Marito meo mihi conſentiente cum notitia Iudicis, & Miſſi DD. Imperatorum ſecundum conuenientiam noſtram per hanc cartulam vendimus, & concedimus vobis nobiliſſimis viris Bonifacio, ſeu Facio, & Adulfo, ſiue Manfredo, ac Ottoni, qui & Attoni fratribus illuſtribus Comitibus filijs quondam bonæ memoriæ Comitis Amizonis filij quondam Comitis Fulconis, idest integra noſtra portione bonorum, tam campos, quam prata, & vineta, & buſcos poſitorum in Caſtellantia, quæ vocatur Luxera, propè Ciuitatem Mediolani, cum noſtra portione Eccleſiæ Sancti Dionixij in eiſdem bonis ædificata, cum omnibus eorum iuribus, caſis, & maſſaritijs, & etiam Ancillis, Seruis, Aldijs, & Aldiabus dictis bonis ſpectantibus omnia in integrum coherentiata, & recognita, vt lex docet. Sicut etiam affirmamus nos qui ſupra Iugales; quod in præſentia teſtium accepimus à vobis Illuſ. Comitibus argenteorum denariorum bonorum libras ducentas, & ſoldos nouem iuſti ponderis, ſicut inter nos conuentum eſt. Quam autem venditionem ſuperius dictam, vnà cum acceſſionibus, & ingreſſibus, ſeu cum ſuperioribus, & inferioribus ſuis generaliter in integrum nos qui ſupra venditores vobis Ill. Comitibus pro iſto pretio nos emancipamus nulli alij vendita, donata, alienata, obnoxiata, vel tradita, niſi vobis Ill. Comitibus Facio, Manfredo, & Attone fratribus, vel cui dederitis, faciendum exindè quidquid volueritis ſine omni noſtra, vel hæredum noſtrorum contradictione. Inſuper promittentes nos qui ſupra venditores, vnà cum noſtris hæredibus, & prohæredibus vobis Ill. Comitibus omnia vt ſupra vendita ab omni homine defenſare, quod ſi non potuerimus, aut vobis aliquod præiuditium factum fuerit in duplum iſtam venditionem vobis reſtituemus, ſicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit ſub conſimili extimatione. Ibique promiſerunt iſti venditores, & guadiam dederunt ipſis DD. Emptoribus iſtam venditionem ab omni perſona guarentare coram quouis Iudice, ita vt eis omnia in integrum quietè perpetuis temporibus permaneant. Actum in iſta Ciuitate Mediolani, & inde duo cartulæ factæ ſunt.

Cum ſignis manuum Algisli, & Ciprianæ Iugalium, qui hanc venditionem fecerunt, & guadiam dederunt, ac præſentem cartam fieri rogauerunt.

Cum ſignis manuum Gualterij, Marci, Hugonis, Berti, ac Satiri, & Beroldi teſtium lege viuentium Longobarda.

Subſcripta Ego Giſeprandus Iudex, & Miſſus DD. Ottonum Imperatorum adfui, laudaui, & ſubſcripſi.

Subſcripta cum ſigno vti tabellionatus præpoſito. Ego Bernardus Iudex, ac Miſſus Domini noſtri Othonis Imperatoris Notarius hanc vendtionis cartulam compleui, ſcripſi, ſubſcripſi, & rogatus tradidi.

Ibiq; ſtatim poſt præſens inſtrumentum coram ipſo Iudice, & teſtibus vuadiam dederunt ipſi Iugales DD. Emptoribus ſuis Gufredum, & Bertum dictos de Rode pro manutentione dictorum bonorum per annos quinquaginta contra quoſuis eſtraneos, ac in perpetuum contra ipſos venditores, eiuſq; hæredes, & prohæredes, & inde ſoluerunt ipſi venditores Launechild Chrolnam vnam ipſis ſuis DD. Emptoribus ad maiorem firmitatem eorum.

Otto

Digitized by Google

II.

Anno 997.

OTto Superna fauente Clementia Imperator Auguſtus. Fidelium votis noſtrorum, quorum generoſa deuotio, & inconcuſſa fides, quæ nobis, & Imperio noſtro ſemper vtilis fuit, & eſſe debet, volentes annuere, vt & ipſi de deuotos deuotiores fiant, alijque libentiùs ad obſequia noſtra inuitentur. Vniuerſis præſentibus fidelibus noſtris, & futuris notum eſſe volumus, quòd nos fideli Affini noſtro Facio Comiti Stazonæ propter ingentia ſeruitia eius, & Comitis Amizonis patris ſui Sacro Imperio præſtita in rectum Feudum conceſſimus Iuriſdictionem cum diſtrictu, collecta, & albergaria villæ Albizati, quæ plus non continet, quàm focularia triginta, vnà cum foro, & curreria Beſnati, reſeruato tantùm nobis, & Imperio fodro Imperiali. In cuius rei firmitatem præſentem cartam ſcribi iuſſimus, quam manu noſtra firmauimus, & ſigillo noſtro muniri mandauimus. Cum ſigno D. Ottonis III. Imperatoris ſemper Auguſti. Henricus Cancellarius vice Petri Archicancellarij recognouit anno Domini DCCCCLXXXXVII. pridie idus Auguſti Indictione X., & Domini tertij Ottonis Regni XIV. Imperij II. fęliciter Amen.

Subſcriptum cum ſignis Tabellionatus antepoſitis, vt infra. Ego Iacobus dictus de Legnano Conſul Communis Mediolani ſupraſcriptum præceptum D. Ottonis Tertij cum Originale authentico concordaui, examinaui, & collationaui, vnà cum Lanterio de Faniano Iuriſperito, Olderico Cumino, & Ottone Cacainarca, & Zanino Coruo Notarijs Ciuitatis Mediolani, & quia fideliter exemplatum inueni, præſens Tranſumptum autenticaui, & mea manu firmaui coram multis teſtibus anno ab Incarnatione Dominica M.CC.XXI. Indictione X. pridie Kal. Decembris, & Imperij D. Friderici Imperatoris ſecundo.

Interfuerunt teſtes Iacobus filius Lanterij de Faniano, Anricus filius Ser Facij Alchendi, Niger de Perego, Milanus Portinarius, Zanebellus Bellabuca, & quamplures alij.

Iterum ſubſcriptum. Ego Oldericus filius quondam Gulielmi Cumini de Contrata de Cuminis Ciuitatis Mediolani Notarius Sacri Palatij præcepto dicti Iacobi de Legnano ſubſcripſi.

Ego Otto filius quondam Hugonis Cainarca Notarius de contrata Verzarij Ciuitatis Mediolani pro fide me ſubſcripſi.

Ego Ioanninus filius Bertololi Corui Notarius Ciuitatis Mediolani Portæ Vercellinæ adfui, & me ſubſcripſi.

Ego Guilielmus filius Ser Olderici Cumini Notarius præfatum præceptum D. Imperatoris Ottonis fideliter exemplaui iuſſu dicti Iacobi Legnani Conſulis, & ideo me ſubſcripſi ſub ſigno patris mei.

I2.

Anno 1002.

IN nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Arduinus Dei gratia Rex. Cum ad Regalis Maieſtatis faſtigium, Sanctorum interceſſionibus nos Deus euehi dignatus ſit, ei primitias condignas etiam in hoc coronationis noſtræ feſtoſo die reddere debemus, eius gloriam, per quantum in nos eſt, augendo, ac Regiam auctoritatem ab eo nobis traditam ad ſuam Diuinæ Maieſtatis, eiuſq; Intemeratæ Virginis Matris Mariæ honorem, Sanctorum venerationem, Eccleſiarum cultus, & Religioſorum ſolamen vtendo, cum id maximè

ad ſtabilitatem Regni nobis miſericorditer collati, & ad ſalutem animæ noſtræ optimum ſit remedium. Notum igitur ſit omnibus fideliſſimis Regni noſtri Proceribus, ſinguliſq; nobis obſequentibus præſentibus, & futuris, Venerabilem Nobis dilectum VVidonem Reuerendum Papiæ Epiſcopum Archicapellanum, & Conſanguineum noſtrum nobis recordaſſe votum, quod vouimus Glorioſis Sanctis Beatis Ambroſio Pontifici, Satyro Confeſſori, Marcellinæ Virgini germanis, ac Geruaſio, & Orobaſio Martyribus, vt pro nobis intercedere dignarentur, oſtendens etiam nobis adeſſe Hugonem eius fratrem Venerabilem Abbatem Monaſterij propè Eccleſiam præfati Beatiſſimi Pontificis Ambroſij, vbi eius, & dictorum Protectorum noſtrorum Sacra Corpora venerantur, non longè ab mœnijs Ciuitatis noſtræ Mediolani, qui etiam ad nos detulit Regalia Inſignia, Maieſtatem noſtram deuotè exorando, quatenus Conceſſiones, & Reſcripta, quæ per Reges, & Reginæ Prædeceſſores noſtros eidem Sacro Monaſterio largita fuerunt, confirmare, ac renouare dignaremur. Nos verò pro diuini cultus amore, Beatiſſimorumq; Ambroſij, Satyri, Marcellinæ fratrum, & Geruaſij, ac Orobaſij item fratrum Aduocatorum noſtrorum merendis interceſſionibus eoſdem Venerabiles Antiſtites benignè exaudiendo, eidem Monaſterio quidquid per antelatos Reges, cæteroſq; Chriſti fideles ad vtilitatem eiuſdem noſtri Monaſterij, fratrumq; in eo .... per cartulas contulerunt, in integrum confirmamus, declarantes etiam, quod omnia præcepta, immunitates, & donationes Prædeceſſorum noſtrorum per hanc noſtram Regiam paginam renouata .... præſenti præcepto verbatim inſerta eſſent. Inſuper præfato Sacro noſtro Monaſterio, eiuſq; Abbatibus per tempora Curtem noſtram de Suſino poſitam propè alpes in Marchionatu noſtro Eporediæ cum .... ſemouentibus cum oliueto, & manſis decem terræ, & omnibus ad ipſam Curtem noſtram, tàm viuis, quàm mortuis, in integrum pertinentibus .... Oliueto continuò lucernas quinque ardeant ante Corpora dictorum Beatorum Protectorum noſtrorum in eadem Eccleſia quieſcentium, & cætera prouenientia ex .... in eo commorantium, vt commodiùs pro conſeruatione Regni noſtri, ac ſalute noſtra, Deum, & dictos Sanctos exorare poſſint.

Prætereà cum Regium noſtrum Monaſterium poſitum intrà Ciuitatem noſtram Mediol. .... videtur Venerabilis D. VValdrada conſanguinea noſtra, quod pijſſimus Rex Deſiderius antiquus Auus noſter à fundamentis in honorem Beatæ Virginis Mariæ inſtaurauit, eiuſque Deſcendentes, Maiores, & Conſanguineos noſtros, & alij fideles varijs donationibus auxere, & Imperatores, & Reges multis priuilegijs, & .... bonæ memoriæ Imperatoris Berengarij Abaui, item Berengarij Aui, & Adalberti Regum Patrui noſtris, qui antiquata Reſcripta renouando, noua concedendo, nobis valdè commendatum ſit ab dilectiſſima Coniuge noſtra Berta, aſſerens particularem indigere Prælatum, qui aliquando verbo Domini Sacras Virgines inibi viuentes ſoletur, eiuſquè præſit Eccleſiarum Presbyteris, & ſcutum ſe fiat perſequentibus eas; Ideò tàm iuſtis poſtulationibus libentiſſimè acclinando dictum noſtrum Monaſterium cum omnibus eius Capellis, & Clericis tam in dicta Ciuitate, quàm extrà vigilantiæ, & .... ſucceſſoribus ſuis in prædicto Monaſterio Beati Ambroſij commendamus, & ſub eius cuſtodiam ponimus, firma tamen ſemper manente libertate præfatæ Abbatiſſæ, & Monaſterij eius, vt antiquitùs erat, imò

eam

Digitized by Google

eam .... omnia Reſcripta Prædeceſſorum noſtrorum eidem noſtro Regio Monaſterio, & eius Abbatiſſis largita renouamus, ſtabiliendo etiam omnes donationes quouis titulo factas, ità & ſi per nos factæ forent conualidantes .... Monaſterium legitimè aquiſitas, & iuſtè aquirendas. Et inſuper præfatæ D. VValdradæ Venerabili Abbatiſſæ, & eius Monaſterio Curtem de Legnano cum eius Capellis, cæteriſquè ſuis adiacentijs, tàm citrà, quàm vltrà Olonam, & manſa quatuor terræ, quæ dicuntur omnia eſſe iuris Regni à Deo nobis conceſſi piè donamus, & concedimus, vt intenſiùs pro conſeruatione Regni noſtri, ac requie animarum bonæ memoriæ Dodonis Marchionis, & Bertradæ Comitiſſæ quondam Genitorum noſtrorum, ac Berengarij, & Arcuini filiorum, & D. Bertæ eorum matris noſtræ primæ Coniugis intercedant, ac etiam vt Deus miſereatur nobis, ac D. Bertæ Conſortis noſtræ, & Ottonis, & VVidonis etiam filijs noſtris, & ad Regna æterna perducat quotidiè deuotè exorent. Volentes etiam, & per .... & ſemouentia, & viua, & mortua prædictorum noſtrorum Monaſteriorum ſub Mundiburdij Regni noſtri tuitione manere, ità vt .... aut magna, aut parua perſona cuiuſuis ſtatus, dignitatis, & conditionis audeat hanc noſtri Regij præcepti paginam infringere, quod ſi quis diabolico ſuaſu .... æternæ damnationi damnetur, & etiam mille mancuſſos auri obrici prædictis Monaſterijs loco Cameræ noſtræ irremiſſibiliter ſoluturum eſſe ſciat. In cuius rei maiorem firmitatem præſentes manu noſtra firmauimus, & anuli noſtri munimine inſigniri iuſſimus. Cuius rei teſtes ſunt VVido Papienſis, Gerardus Lucenſis, Ioannes Mutinenſis; Item Ioannes Mantuanus, Gozzo Taurinenſis, Sigifridus Placentinus, Petrus Aſtenſis, Andreas Laudenſis Epiſcopi, atque Illuſtres Hugo Hetrurię, Teuto Spoleti Duces, Guilliermus Montisferetri; Fulco Eſtenſis, Albertus Pallauicinus, Mainfredus Sabinarum Marchiones; Guidottus de Collalto; Manfredus, & Raynerius Cunei; Ruitprandus Modilianę, Manifredus de Caſtello, Luitulphus Veronenſis, Atto Brixiæ, Languſchus Laumelli, Guigo Corrigij, Otto Dertonæ Comites, & quàmplures Regni noſtri Proceres feliciter Amen.

Cum ſigno D. Arduini Sereniſſimi Regis.

Cumpertus vice Petri Cumani Epiſcopi Archicancellarij infirmi recognouit, & ſubſcripſit.

Actum Papiæ in Palatio Regio Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ſecundo, Indictione decima quinta, in die Coronationis Arduini Sereniſſimi Regis, quem Deus diù incolumen ſeruet Amen Amen.

In loco vbi erat ſigillum legitur (Facius Comes Mediolani cuſtos ſigilli D. Regis muniui de mandato Regio) ipſe verò apparet fuiſſe ceræ albæ.

Subſcriptum cum ſignis in angulo dextero Veneticus, & in angulo ſiniſtro Thomas, & paulò inferius Ioannes.

Supraſcriptus igitur D. Poteſtas, facta prius ex ſui parte debitas citationes per Ottorolum Porrum, & Sucium Puſcam publicos ſeruitorem, ac tubatorem, & etiam debita proclamata in locis conſuetis, alta voce, ſono tubæ præmiſſo, more ſolito, vt quicunque cuius intereſt, volens de iure contradicere, ne Priuilegium prædictum exempletur, tranſcribatur, tranſumptetur, & authenticetur vt ſupra, compareat coram ipſo D. Poteſtate ad bancum eius iuridicum ſitum in Palatio Prætorio ad allegandum legitima cauſa cur prædicta authenticatio fieri non debeat, aſſignato ſuper hoc termino competenti. Et cum nullus contradictor apparuerit, petitioni dicti fratris Anrici dicto nomi-

ne, vtpotè rationabili benignè annuendo, ac volens ei, & alijs, quorum intereſt de opportunæ probationis remedio ſubuenire, prædictum Priuilegium in hanc publicam formam redactum per me Ottonem Gerlium Notarium publicum Cameræ Communis Mediolani infraſcriptum eiuſdem D. Poteſtatis mandato, & decreto interuenientibus cum D. Thoma Trincadino de Pontremulo filio qu. D. Franciſci Legum Doctore Vicario præfati D. Poteſtatis ad ſignum Leonis, & D. Ioanne de Perego filio D. Leonis Iuriſperito Aſſeſſore dicti D. Vicarij, & infraſcriptis Notarijs, præſentibus infrà dictis teſtibus diligenter, & fideliter examinatum, recognitum, auſcultatum, & collationatum fuit cum hoc præſente exemplo tranſcripto per Lantelminum Ripam infraſcriptum, & quia eum per prænominatos Iuriſperitos, & me, ac infraſcriptos Notarios fideliter tranſcriptum, & tranſumptatum recognitum fuit, præter literas plus, minuſuè, nihil tamen immutantes; animaduertentes etiam, quod literæ, quæ deficiunt, à tinea conſumptæ, ſubſtantiam eiuſdem Priuilegij non vitiant; Ideò præfatus D. Poteſtas, præſens exemplum, ſiuè Tranſumptum, ſedens pro tribunali iudicialiter ſuam interponens auctoritatem, & decretum vt ſupra auctorizauit, & authenticauit, volens, mandans, & decernens, eidem exemplo tranſcripto, ſeù tranſumpto, ſicut & ipſi Priuilegio originali in iudicio, & extrà in omnibus, & per omnia plenam fidem adhiberi in poſterum, ac ad maiorem cautelam ipſum præſens Tranſumptum manu propria firmauit, & mei Notarij, ac aliorum Notariorum præſentium ſubſcriptionibus communiri iuſſit. Acta fuerunt hæc omnia ad Tribunal Iuridicum dicti D. Poteſtatis, vbi publicè ius redditur, Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto, die Mercurij ſexto die menſis Ianuarij Indictione tertia in tertijs, hora debita cauſarum. Præſentibus Iacobo, & Lantelmino fil. q. Ser Durantis de Ripa, Guilielmo filio quondam Ambroſij Rabi, omnes Ciuitatis Mediolani habitatoribus Portæ Vercellinæ Parochiæ Sanctæ Mariæ ad Fulcorinum, Iacobo de Ogiona filio qu. Ioannis Portę Cumanę Parochię Sancti Marcellini omnibus Mediolani Notarijs, D. Pinamonte de Vicomercato Milite filio qu. D. Alcherij Portę Romanę Parochię Sancti Ioannis Itolani, D. Franciſco Trincadino filio pręfati D. Thomę, ac Alberto Guaſtablaua filio quon. Roberti, & Vbertino Vicecomite filio quondam Ottini, omnes Portę Orientalis Parochię Sancti Stephani ad Fontes, & quampluribus alijs teſtibus.

Subſcriptum cum ſignis tabellionatuum antepoſitis, vt infrà videlicet.

Ego Iacobus filius Ser Durantis de Ripa Notarius Ciuitatis Mediolani de Burgo Portę Vercellinæ, cum ſupraſcriptis Iuriſperitis, & Notarijs, & teſtibus, prędictis omnibus interfui, dictumquè Priuilegium fideliter examinaui, & auſcultaui, & quia cum præſente Tranſumpto ad verbum concordare inueni cum licentia, ac de mandato, ac rogatu vt ſupra me ſubſcripſi.

Ego Guillielmus filius quondam Ambroſij Rabi Ciuitatis Mediolani Portę Vercellinæ Notarius præſens Tranſumptum diligenter collationaui, & fidelem inueni, & ideò de mandato D. Poteſtatis me ſubſcripſi.

Ego Iacobus de Ogiona filius Ser Ioannis Ciuitatis Mediolani Portæ Cumanæ Communis Mediolani Notarius, iuſſu ſupraſcripti D. Poteſtatis præſentis, cum præfatis Iudicibus præſens Tranſumptum, vnà cum alijs Notarijs fideliter examinaui, & collationaui, ac fidelem reperui, præter literas plùs, minùſuè, ideò rogatus mea manu in præmiſſorum fidem me ſubſcripſi.

Ego Otto Gerlius Notarius Cameræ Palatij Communis Mediolani præſentationi ſupraſcripti originalis Priuilegij, ac petitionis fratris Anrici nomine, quo ſupra,

ſupra, nec non examinationi, & collationationi dictorum Iudicum, & Notariorum, atque auctorizationi, authenticationi, & ſubſcriptioni præſentis Tranſumpti factæ per præfatum D. Poteſtatem præſens fui, & cum licentia D. Napoleonis, & Franciſci della Turre, ac mandato D. Venetici Poteſtatis prædicti, atq; rogatus ab prædicto fratre Anrico vt ſupra coram, & laudantibus ſupraſcriptis Iudicibus, & Notarijs, omnia in hanc publicam formam redegi, & Inſtrumentum hoc feci, tradidi, & ſubſcripſi.

Ego Lancelminus Notarius filius Ser Durantis de Ripa Notarius Ciuitatis Mediolani de Burgo Portæ Vercellinæ, hoc Inſtrumentum tranſumpti ſcripſi, ſupraſcriptumq; Priuilegium fideliſſimè exemplaui, & vnà cum ſupraſcriptis Iudicibus, & Notarijs diligentiſſimè collationaui coram, & de mandato dictorum della Turre, ac Poteſtatis, ac prædictis omnibus interfui, & me ſubſcripſi.

Ibique ſtatim præfatus Frater Ioannes Conuerſus Syndicus D. Anſelmi Abbatis Monaſterij Sancti Ambroſij præſentauit duo exemplaria integra dicti Priuilegij ſcripta in papyro cum characteribus antiquis, eaquè diligenter lecta, habitoq; longo diſcurſu inter præfatos DD. Poteſtatem, & Iudices, ac Notarios ſuper ſubſtantiam verborum deficientium in Priuilegio originali, quæ adamuſſim leguntur in duobus exemplis nuper prolatis, & maturiter conſulerunt deberi per me in præſentem paginam reſcribi ad omnem bonum finem. Quę quidem verba ordine linearum ſunt hæc. Linea prima (commorantium ſiue per præcepta, ſiuè per Iudicatus, ſeù per donationes, aut) linea ſecunda (ſint, ac ſi per nos conceſſa fuiſſent, & in hoc noſtro) linea tertia (ſuis capellis, caſtro, caſis, & rebus manentibus, &) linea quarta (liberaliter donamus, & impartimur, vt de) linea quinta (bonis dictæ Curtis cedant ad vtilitatem fratrum) linea ſexta (vbi dicitur intus Vineam, cui præeſſe) linea ſeptima (& præceptis muniuerunt) linea octaua (pietati prædicti Venerabilis Hugonis Abbatis, &) linea nona (confirmamus, & per præſentem noſtram Regiam paginam) linea decima (etiam quaſcunque poſſeſſiones per eundem) linea vndecima (præſentes litteras declaramus omnia bona manentia) linea duodecima (Nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Gaſtaldius, Sculdaſius) linea decima tertia (tentare præſumpſerit). Non ea tamen autorizari intelligentes, ſed tantùm talem qualem formalitatem intelligentiæ eidem Priuilegio præbere cupientes.

12. ✠

Anno 1058. IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni Anno ab eius Incarnatione milleſimo quinquageſimo octauo, & Regni D. Henrici duodecimi, Indictione octaua in Kalendis Iulij. Dum humana fragilitas neſciat vltimum vitæ ſuæ terminum, oportet quemq; ſemper paratum eſſe, & aliquibus bonis operibus parare ſibi viam, per quam ad æternam requiem peruenire poſſit. Ideò Ego in Dei nomine Alinda Marchioniſſa, filia bonæ memoriæ Adalberti, qui fuit Marchio, relicta bonæ memoriæ VVidonis Marchionis, quæ ex Regia natione mea legem profiteor Longobardam, conſentiente meq; ſupra Alinda, Alberto Marchione Pallauicino fratre meo, & Aduocato à me electo, à quo interrogata ſum, an paſſa ſim, aut patiar violentiam in hac donatione, quod non eſſe dixi, per atramentarium, pinam, & cartam, quas meis manibus de terra leuaui, & Ardingo Notario D. Regis ad ſcribendum dedi, atq; per

vuan-

Digitized by Google

vuantonem terræ, & cultellum, ac fiſtucam, ſeu truncum nodatum, dono, trado, cedo, atq; offero Deo, & Beato Vincentio Martyri, ſeu in Monaſterio ei dicato, non longè à Ciuitate Mediolani, quod fuit ædificatum per bonam memoriam D. Deſiderij Regis in gratiarum actionem, & memoriam exaltationis ſuæ, & eum multis bonis ditauit ad vſum Abbatis, & Monacorum, quos ibi habitare voluit, vt ibi continuò Deum exorarent in remedium animæ ſuæ, ac Ermenulphi, & Adlais Patris, & Aui ſui, omniumq; deſcendentium eius (inter quos Ego, & bona memoria Marchionis Viri mei ſumus) omnes terras in integrum, & decimas, quæ videntur eſſe iuris mei, cuius ſupra Alindæ in fundo, & territorio de Melate, tam vineas, quam campos, boſcos, & pratos quantacumq; inuenta fuerint in integram, cum omnibus ſuis adiacentijs, tàm viuis, quàm mortuis in integrum, ità vt de fructibus eorum habeat quiſq; de Monacis inibi commorantibus ſuam portionem, & hoc vt continuò Deum exorent, quod miſereatur animæ meæ, atque bonæ memoriæ Vidonis Marchionis Viri mei, & Regis Arduini eius Patris, atq; Marchionis Adalberti, & Iddæ Parentum meorum, ac pro ſalute, & requie omnium deſcendentium meorum, & hanc offerſionem feci, & facio Ego quæ ſupra Alinda cum ſtipulatione ſubnixa, quod vllo vnquam tempore bona, & decimas, quæ ſupra oblata, non alienentur, neq; inuaſentur ſine facultate deſcendentium meorum, niſi in æquiualenti commutatione; quod ſi factum fuerit, omnia donata cum ſuis adiacentijs, & iuribus in integrum deueniant in poteſtate Abbatiſſæ, & Monialium Monaſterij Sancti Vincentij, quod fuit conſtructum intra hanc Ciuitatem Mediolani ad vſum Virginum à bona memoria Reginæ Anſæ ex facultate ſibi lata à D. Rege Viro ſuo pro mercede animę ſuæ, & bonæ memoriæ Addonis, ac Cunimundi Patris, & Aui ſui, omniumq; Deſcendentium ſuorum, & cui hodiè per cartulam offerſionis obtuli omnia bona, quæ videbantur eſſe iuris mei in loco, & territorio Galberſij, & ad hunc finem plures cartulas vnius tenoris rogaui, vt ad inuicem ſeruentur in dictis Monaſterijs, & vt præſens donatio diuturnis temporibus firma, & inconcuſſa perſiſtat, exindè foras me varpui, & ieci, ac libera Deo in dicto Monaſterio libera relinquo, atq; hanc cum alijs conſimilibus ſcribere rogaui, in qua ſubtus confirmans teſtibus obtuli roborandam cum cæteris conſimilibus. Acta ſunt hæc in Eccleſia ipſius Monaſterij, vbi ex voto peregrinata ſum, ſic Deus per interceſſionem eiuſdem Sancti Martyris miſereatur animæ meæ, vt ad æternam Paradiſi Gloriam peruenire merear, vt in eius ineffabilem miſericordiam ſpero Amen.

Cum ſigno manus D. Alindæ Marchioniſſæ hanc cartulam offerſionis confirmantis, quæ ad roborandum manum ſuam poſuit.

Cum ſigno manus Marchionis Alberti Pallauicini, qui dictæ D. Marchioniſſæ Alindæ ſorori ſuæ aſſenſit, & ſecundùm legem Longobardam requiſiuit, eam interrogauit, & ad confirmandum manus ſuas poſuit.

Ego Alo Iudex Comes Miſſus D. Regis interfui, & laudaui.

Cum ſignis manuum Rotilierij filij quondam Flaiperti, Cunimundi filij Lifridi, atq; Ottonis filij quondam Autperti, ſeu Coradi filij Caroli Teſtium lege viuentium Longobardorum, qui ad hanc donationem præſentes fuerunt, & in ea manus ſuas poſuerunt.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus. Ego Ardiuigus Notarius, & Miſſus D. Regis hanc donationis cartulam poſt completam ſcripſi, & tradidi.

Digitized by Google

12.

Anno 1028. IN Chriſti nomine Amen anno ſalutis milleſimo vigeſimo octauo Imperante D. Conrado Imperij eius ſecundo Indictione octaua menſe Maio. Cum certum ſit, quod quiſquis in Sanctis, ac Venerabilibus locis ad Dei, & Sanctorum eius honorem, & ſeruorum ſuorum adiuuamen aliquid de bonis ſuis proprijs dederit, cum facultatibus eius à Summo Largitore centuplum in hoc ſeculo, & inſuper in futuro æterna in Cælis conſequuturum eſſe præmia; Idcircò Ego in Dei nomine VVido Marchio filius bonæ memoriæ Arduini Regis, qui ex natione mea lege viuere videor Longobardorum, habens notitiam Religioſiſſimum Regem Deſiderium ædificaſſe quoddam Monaſterium non longè à Ciuitate Mediolani in honorem Beati Vincentij Martyris, cui præeſſe voluit Anſprandum eius filium, eumq; varijs bonis dotaſſe ad vſum Monacorum in eo in charitate viuentium, vt quotidiè in remedium animæ ſuæ, ac Reginæ eius vxoris, & filiorum eorum, ac deſcendentium ſuorum Deum exorarent. Nunc verò cum mihi relatum ſit, quod propter bellorum turbines eundem Venerandum Locum ità miſerijs vexatum eſſe, vt penè deſtitutum ſit. Ideò Ego qui ſupra VVido Marchio, qui ab eiſdem Regibus meum eſſe agnoſco iudico, & dono, & offero Deo, & Beato Vincentio Martyri in eodem Sacro Monaſterio, & Venerabili D. VVilielmo fratri meo eiuſdem Monaſterij Abbati, & Monacis eius per lignum, & cartam, quos de terra leuaui, & dedi D. Ingoni Monaco eorum Miſſo Manſos decem terrarum iuris mei qui ſupra VVidonis Marchionis in integrum, quas in dominicatu meo Caneuiſij habere videor per allodium, vel alio iure in loco, & fundo meo Riuarolo, ſeu in curte mea Riuaroli intrà confines meos, tàm in monte, quàm in plano, cum buſchis, aquis, caſis, aldijs, & aldiabus, ac iuribus eorum manentibus, & ſemouentibus, viuis, & mortuis in integrum, quod ſi non fuerint expedita in tantum quantum completa ſint duodecim iugera per manſum, ea expedire promitto hinc ad menſes tres, ità vt in integrum perpetuis temporibus ſint in poteſtate ipſius Monaſterij, ac Abbatis, & Monacorum eius, & hoc in mercede animæ meæ, & Comitiſſæ A. vxoris meæ, atque animarum bonæ memoriæ DD. Regum Arduini, & Bertradæ parentum meorum, ac animarum DD. Dodonis Marchionis, & Conradi Regis auorum meorum qui ſupra VVidonis Marchionis, & etiam pro ſalute Dodonis, & Guidonis filiorum meorum qui ſupra VVidonis, & filiorum eorum. Et hæc omnia cum conditione, quod Abbas, & Monaci ipſius Monaſterij, vel eorum ſucceſſores, ſeù pars eorum non habeat facultatem, vel poteſtatem ipſas terras, & iùra in toto, vel in parte liberè vendendi, vel inuaſandi, ſeu quouis alio modo alienandi, ſaluo ſi ea cum alijs bonis Monaſterio vtilioribus commutauiſſent, quod ſi ſic factum fuerit, irritum, & vacuum permaneat, ac ſtatim omne alienatum in integrum deueniat in poteſtate deſcendentium meorum qui ſupra VVidonis Marchionis, donec alienatio, vel inuaſatio rupta fuerit, quo facto omnia reuertantur in ipſo Monaſterio, vt perpetuis temporibus permaneant ad vtilitatem ipſius Sacri Monaſterij ad effectum, de quo ſupra, & in ſuffragium omnium deſcendentium meorum, quia ſic decreuit mea bona voluntas, ſic Deus me adiuuet. Et inde duæ cartulæ eiuſdem tenoris fieri iuſſæ ſunt coram Iudice Miſſo D. Imperatoris, & teſtibus, qui ſubtus erunt, ac Iudice, qui eas firmabit, Amen.

Cum ſigno manus iſtius D. VVidonis Marchionis, qui hoc Iudicatum fecit, &

hanc

hanc cartulam fieri iuſſit, & ad firmandum in ea cum alia conſimili manus poſuit.

Cum ſignis manuum Luitpradi, Olderici, Arduini, Henrici, & Guidonis lege viuentium Longobarda, teſtium qui præſentes fuerunt, & ad firmandum in hanc cartulam, & altera conſimili manus eorum poſuerunt.

Ego Boſo Comes Iudex, ac Miſſus D. Conradi Imperatoris præſenti Iudicatui interfui, laudaui, & me ſubſcripſi.

Cum ſigno manus Eliprandi Comitis, qui præſens fuit, & ad firmandum manus poſuit, ſicut & in altera conſimili cartula fecit, vti Aduocatus ipſius Monaſterij, & pro eo obſeruantiam promiſit.

Ego Arioaldus Notarius Sacri Palatij, & Miſſus D. Conradi Imperatoris interfui, & poſt traditam compleui, & dedi.

13.

Anno 1027.

IN Chriſti nomine Amen, Imperante D. Corrado Imperatore Auguſto, Regni eius Germaniæ tertio, Imperij primo, die primo menſis Maij, Indictione nona. Tibi Amizzoni Priori Monaſterij S. Mariæ de Bremida ad partem ipſius Monaſterij. Ego in Dei nomine Riprandus, qui dicor Vicecomes Mediolani, filius quon. Bonifacij, qui fuit Comes de Ciuitate Mediolani, Aduocatus, Donator, & Benefactor ipſius Monaſterij, quod eſt ædificatum in loco Bremidæ non longè à flumine Padi, conſentientibus, & laudantibus Beatrix vxore mea filia qu. Attonis Comitis, & Giſla matre mea, quæ fuit filia bonæ memoriæ Adalberti Marchionis, & coniux iam dicti Comitis Facij, qui profeſſi ſumus lege noſtra Regum Longobardorum viuere, iurantes ipſæ fœminæ nullam pati violentiam, vt dixerunt coram Attone Miſſo D. Imperatoris: dixi, Dominus Creator, ac Redemptor noſter animas, quas ipſe condidit, ſemper ad æternam inuitat ſalutem. Et ideò Ego qui ſupra Ritprandus tibi, qui ſupra Amizzoni Priori per lignum, & pergamenam, quæ meis teneo manibus, dono, confero, ad partem, & vtilitatem Magnifredi, dicti Facij Comitis fratris, Abbatis dicti Monaſterij, & poſt eius deceſſum ad partem dicti Monaſterij, in præſenti die, & hora trado, & ad habendum confirmo per hoc meum Iudicatum, ità vt à me qui ſupra Eriprando, nec à meis hæredibus reuocari poſſit; ideſt omnes caſas, ſedimina, res, & territoria, propria, vel libellaria, tàm campos, quàm prata, & vineas, quæ in totum ſunt Manſa quatuor terræ, ſimul cum omnibus, quæ mihi aliquo modo pertinere poſſint in loco Azzate, & eius territorio, poſito in Comitatu Seprienſi, vnà cum omnibus ad ipſas res pertinentibus in integrum, ad faciendum exindè iam dictus Magnifredus Abbas cum ſuis ſucceſſoribus quidquid voluerint, ſine omni mea, & hæredum meorum inhibitione, quia ſic decreuit mea bona voluntas, in remedium animæ meæ. Actum in iſta Ciuitate Mediolani. Subſcriptum.

Cum ſignis manuum iſti Riprandi, qui hoc Iudicatum vt ſupra fieri rogauit, & in hanc cartam manum poſuit; & teſtium VVido Zapa, Aldo, Lupus, & Ambroſius, omnes de Ciuitate Mediolani.

Cum ſignis manuum qui ſupra Giſlæ, & Beatricis Mater, & Vxor dicti Comitis Eriprandi, quæ dictum iudicatum, ſeu donationem laudauerunt, & hic manus poſuerunt.

Ego Atto Iudex, & Miſſus D. Conradi Regis, & Imperatoris adfui, & ſubſcripſi.

Ego

Ego Lotarius Iudex,& Miſſus D. Henrici Imperatoris interfui, ſcripſi, ſubſcripſi poſt completum, dedi, & duo inde rogatus tradidi exempla.

Petrus Notarius Iudex, & Comes Sacri Palatij ad omnia interfui, laudaui, & in teſtimonium ſubſcripſi.

14.

Anno 1028. IN Chriſti Ieſu nomine Amen, D. Conradi gratia Dei Imperatoris Auguſti anno Imperij ſecundo tertio Kalendas Maij Indictione decima. Nos in Dei nomine Giſla filia bon. mem. Adalberti, qui fuit Comes, & Marchio, relicta bon. mem. Bonifacij, qui fuit Comes, & Ruitprandus, qui dicor Vicecomes de Mediolano, filius item bon. mem. ipſius Bonifacij mater, & filius, atque Beatrix filia quondam Attonis Marchionis, coniux ipſius qui ſupra Ruitprandi Comitis, omnes Ciues de Mediolano, qui ex natione noſtra Regum Longobardorum, legibus Longobardicis viuere profitemur. Nobis iam dictis fœminis conſentientibus Mundualdis noſtris Ritprando filio mei, qui ſupra Giſla, & Iugale meo, qui ſupra Beatrix, & conſentiente etiam mihi Beatrici Gulielmo Comite patruo meo, & vt lex habet cum notitia Hugonis Iudicis, & Miſſi D. Henrici Imperatoris, qui nos de violentia interrogauit, & teſtium, quorum nomina ſubtus habentur, adfirmantes manifeſtè ſumus, & facimus profeſſionem, quod ab ipſo filio, & iugale noſtris, vel ab alio homine nullam paſſæ ſumus, nec patimur violentiam, ſed noſtra bona, & ſpontanea voluntate hanc cartam Iudicatus facere viſæ ſumus in remedium animarum noſtrarum, & parentum noſtrorum cupientes centuplicari bona noſtra in Domino. Præſentibus diximus, dum tempus habemus operemur bonum. Conſiderantes quomodò animarum noſtrarum ſecurum tranſitum paremus, vt ad gaudia æterna Paradiſi citiùs peruenire poſſimus. Quapropter nos, qui ſupra Giſla, Ruitprandus, & Beatrix, iudicamus, & volumus, ſeù per hoc ſtabile ordinamentum ordinamus, quod Curia Aroſij cum omnibus noſtris bonis, quæ de præſenti poſſidemus in loco, & territorio dictæ Curtis Aroſij modo, quo infra ſcripta ſunt, perueniant, vt perpetuò permaneant in poteſtatem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Maioris extructæ in Ciuitate Mediolani, vbi dicitur intus Vineam, & eius Monaſterij, quod propter Reliquias Sancti Martyris Mauritij eius nomine etiam & Maius nuncupatur, & Abbatiſſæ, & Conuentus Monialium dicti Monaſterij Maioris, quæ bona ſunt integralis medietas bonorum ſpectantium ad Curtem dicti Aroxij nobis ſpectantia, vnà cum ipſa Curte integra, & Caſtro, & Villa, & Eccleſia antiqua cum omni eorum iuriſdictione, honore, poteſtate, iudicio Curiali, & Vicanali cum teloneis, decimis, & pertinentijs in integrum, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, & cum omnibus caſis, ſediminibus, & ædificijs noſtris, & eorum maſſaritijs in Caſtro, & Villa dicti loci extantibus in integrum, vnà cum vignalibus, campis, & terris cultiuis, quæ ſunt præter inculta manſa ſex, cum paludibus, aquis, aquæductis, piſcationibus, molendinis, camparitijs, ſaletis, ſcalarijs, ſationibus, buſchis, ſyluis, zerbis, paſcuis, venationibus, alijſque redditibus, cum ſeruis, & ancillis, aldionibus, & aldiabus vtriuſq; ſexus, qui Nobis ligios eſſe videntur, & inſimul omnia, quæ ad dictam Curtem pertinent, & pertinere excogitare poſſit. Inſuper etiam dicto Monaſterio iudicamus, & donamus, ac concedimus noſtras Eccleſias, ſeù Capellas in, & ſub eandem Curtem extantibus, quæ ab Hugone, & Algerio fratribus, qui fuerunt Comites, &

Berta Iugale dicti Hugonis Abaui mei, qui ſupra Litprandi ædificatas,& Sanctis Martyribus noſtris Nazarij, & Celſi conſecratæ fuerunt, & dotatæ ab Religioſo Viro Attone Epiſcopo Vercellenſi dicti Algerij filio, cum omnibus iuribus earum, & decimis eis per eorum Fundatores largitis, ac per eorum deuotos Maiores noſtros donatis in integrum, cum facultate ad eas eligendi Beneficiales, qui ibi Deo inſeruiant, & Sacra faciant. Cum hac tamen conditione, quod ſupradicta omnia in manibus, & ſub poteſtate Dominæ Melelengeræ Abbatiſſæ, & Algislæ Monachæ iam dicti Monaſterij ſororis, & filiæ meæ, qui ſupra Gislæ, donec vixerint, præmorienti ſuccedente altera earum, quæ ſtatim ſit Abbatiſſa, & hoc cum onere celebrari faciendi omni anno ſolemnia duo anniuerſaria Mortuorum, cum Miſſis ab omni Clero Mediolani in Eccleſia dicti Monaſterij, vnum ad requiem animæ Religioſæ D. Vualdradæ Abbatiſſæ in dicto Monaſterio, quæ obijt anno præterito, cui & Monaſterio medietas bonorum dictæ Curtis Aroſij, cum omni iuriſdictione ad dictam medietatem ſpectante, modo, quo ſupra, iudicata, & donata fuerunt per bonam memoriam Facij Comitis eius fratris, ac noſtrorum, qui ſupra mariti, & patris cum conſenſu Amizonis eius patris filij qu. Fulconis Comitis, laudante D. Ottone Imperatore, ſub cuius Imperiali Mundiburdio ipſi, & eorum bona erant, Imperij eius anno trigeſimo Indictione nona. Secundum conſimile anniuerſarium fiat poſt meum deceſſum in iam dicta Eccleſia, in qua ſepeliri volo, & hoc in die obitus, ſiuè depoſiti mei, qui ſupra Gisla, donec vixerint; Poſt verò eorum mortem in poteſtate perpetua in integrum permaneant Monaſterij prædicti, & eius Abbatiſſæ, & Monacharum, quæ tamen perpetuò ſacrari faciant annuatim Annualia quatuor cum Miſſis Mortuorum ab omni Clero Mediolani, quorum duo fiant in Eccleſia prædicti Monaſterij; Vnum pro dictis Abbatiſſis, & requie parentum noſtrorum, qui ſupra; Alterum ad requiem animarum Patris, & Matris noſtrorum, qui ſupra Gislæ, & Beatricis, cum loco horum bonorum alia dediſſemus filio, & marito noſtrorum, & pro ſingulo dictorum Annualium habeat Primicerius Presbyterorum Mediolani ab Abbatiſſa ſoldos triginta argenti, de quibus ſinguli Canonici, & Presbyteri Ferulæ celebrantes Miſſam in dicta Eccleſia habeant denarios duos; cæteri verò Sacerdotes habeant denarium vnum, & Clerici Ambroſinum vnum; & omnibus poſt Officium detur refectionem in charitate Dei in domibus Monaſterij pro ſumma ſoldorum decem; & omnes Moniales quæ aderunt dictis Officijs habeant denarios duos pro ſingula. Alia verò duo anniuerſaria celebrentur in Eccleſia Maiore die vltimo Septembris, & tertio Ianuarij, vnum pro requie bonæ memoriæ Opizonis Comitis, qui fuit pater Bonifacij coniugis mei, qui ſupra Gisla, & Auus meus qui ſupra Riprandus. Alterum fiet pro anima dicti Comitis Facij quondam Iugalis, & Patris noſtrorum, qui ſupra in iam dicto die obitus ſui, & non in alio, quia ſic ſtatuit eius bona voluntas; Quibus annualibus fiendis in dicta Eccleſia Maiore debeant intereſſe D. Archiepiſcopus, ſi voluerit, cum Archidiacono, & Archipresbytero, Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, Ordinarijs, Cuſtodes, Vigloni, cum Vigloniſſis, Canonicis, Decumanis, Primicerio Lectorum, Magiſtro Chori, Lectores, Cantores, & Clerici, quibus per Vicarium dictæ Abbatiſſæ dentur D. Archiepiſcopo, ſi cantauerit Miſſam, ſoldos ſex argenti, Archidiacono, & Archipresbytero ſoldos tres pro ſingulo; ſi non cantauerit dentur ei ſoldos quatuor, & alijs duobus ſoldos duos argenti, & ſi cantauerit Miſſam Archipresbyter, habeat ſoldos quatuor; Si alius Presbyter Ordinarius habeat ſoldos tres, Diaconi, Subdiaconi Ordinarij ſinguli habeant denarios octo, Cuſtodes,

Ca-

Digitized by Google

Canonici, Decumani, & Lectores habeant Imperiales duos pro quolibet, Primicerius Ferularum, & Cantorum ſolidum vnum, Magiſter Chori denarios quatuor, Vigioni, & Vigioniſſæ denarium vnum nouum pro quolibet, Cantores ſoldos duos in totum, ac portator Crucis Imperiale vnum, lator Turibuli denarium vnum nouum, & qui non interfuerit, nihil habeat, & Monialibus, quæ manſerint in Choro, dum ſacrabuntur dicta Anniuerſaria in Eccleſia Maiori, dentur per D. Abbatiſſam denarij duo pro ſingula, & ſingulis inſeruientibus Monaſterio Imperiale vnum, & etiam Abbatiſſa teneatur prouidere de cera, quæ oportuerit in dicto loco Aroſij, in ſumma ſoldorum viginti quatuor. Et hoc intelligendo, quod per hæc quatuor Anniuerſaria non intelligantur ommiſſa, quæ fuerunt ſtatuta per iam dictos DD. CC. Facium, & Opizzonum in eorum prima conceſſione, quæ omnia nos omnes, qui ſupra, de præſenti confirmamus, & roboramus, volentes omnia inuiolabiliter ſeruentur. Cæterum volumus, & ordinamus, quod ipſa Abbatiſſa ipſius Monaſterij Maioris, vel ſuæ ſucceditrices, nec Monachæ, ſeù pars earum, non habeant auctoritatem, licentiam, aut poteſtatem dictam Curtem, vel terras eius, cum ſuis adiacentibus, & rationibus, in totum, vel in parte vendendi, donandi, vel inuaſandi, ſeù quolibet modo alienandi; Quod ſi factum fuerit, vacuum, & irritum permaneat, & ſtatim omnia alienata perueniant in poteſtate Deſcendentium noſtrorum, donec dicta omnia rupta fuerint, & inua ſatio annulletur. Quod cum factum fuerit, omnia reuertantur ad Monaſterium, vbi volumus perpetuò in integrum permaneant in remedium animarum noſtrarum, & Parentum, ac Deſcendentium noſtrorum remedium, & requiem, quia ſic decreuit, & ſtatuit noſtra bona, & firma, ac immutabilis voluntas, quam inuiolabiliter obſeruari iubemus, & in maiorem firmitatem manu mea, qui ſupra Elitprandi ſubſcripſi, & ad roborandum tradidi coram teſtibus infraſcriptis. Actum in iſto Monaſterio.

Subſcriptum cum antepoſito hoc ſigno †. Ego Ruitprandus, qui fui filius quondam Bonifacij, quondam Amizonis, quondam Folconis Comitum à me factum ſubſcripſi, & matri, & vxori aſſenſi.

Cum ſigno manus iſtæ Gislæ, quæ hoc Iudicatum, vt ſupra fieri rogauit, & manum appoſuit.

Cum ſigno manus iſtæ Beatricis, quæ de aſſenſu eius Iugalis in hanc cartam ad firmandum manum poſuit.

Subſcriptum cum ſigno Iudicis. Ego Hugo Iudex, & Miſſus D. Henrici Imperatoris eiſdem Gislæ, & Beatrici conſenſi, & ſubſcripſi.

Subſcript. cum ſigno Iudicis. Ego VVido Iudex interfui, & rogatus ſubſcripſi.

Cum ſigno manus Guilielmi nunc lege viuente Salca, qui prædictæ Beatrici nepti ſuæ aſſenſit, & laudauit.

Cum ſigno manuum Ottonis filij VVidonis dicti de Prata lege viuen. Romana, & Orgerij, atque Vberti, & Petri fratrum filiorum quondam Aſtulphi, dicti Iſimbardi lege viuentium Longobardica, teſtium vocatorum, qui interfuerunt, & manus appoſuerunt.

Subſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito.

Ego Vbertus Comes, Iudex, & Notarius Sacri Palatij Imperialis poſt completum ſubſcripſi, & dedi.

14. In nomine Ieſu Chriſti anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo ducenteſimo deci-
Anno mo octauo die Lunæ primo Septembris Indictione ſeptima. Coram Sapien-
1218. te, & Diſerto Viro D. Delfino Delfinono legum Doctore Vicario Egregij D. Poteſtatis Mediolani ad ſignum Leonis. Comparet D. Leonardus de Piona

Digitized by Google

Iuris Peritus, & in hac parte Aduocatus Monaſterij Sancti Mauritij Maioris nuncupati, electus à Religioſa D. Victoria Cotta Abbatiſſa dicti Monaſterij de conſenſu Monialium Capituli eiuſdem, ſcilicet in publica audientia hora debita cauſarum, & proteſtando affirmat D. Poteſtatem Mediolani, nec eius Iudicem Maleficiorum, nec eius Officiales nullam habere Iuriſdictionem ciuilem, ſeù criminalem, neq; mixtam in loco, ſiuè Curte Aroſij, quæ cum omnibus ſuis iuribus, & pertinentijs ſpectat ad dictam D. Abbatiſſam, & eius Monaſterium virtute donationis ei factæ de medietate dictæ Curtis Aroſij per quondam Comitem Bonifacium D. VValdradæ eius ſorori, quæ fuit Abbatiſſa dicti Monaſterij, & ex cauſa iudicatus Comitiſſæ Gislę tunc relictę dicti Comitis Facij, & Riprandi Vicecomitis dicti, eorum Iugalium filij, cum conſenſu Comitiſſę Beatricis eius vxoris, cum oneribus multis pro animabus Defunctorum ſuorum de alia medietate dictę Curtis apparentibus cartis donationis, & iudicatus dictorum Comitum datis anno trigeſimo Imperij D. Ottonis, & anno ſecundo Imperij D. Conradi Imperatoris, nec non laudemijs dictorum Imperatorum, donationes prędictas confirmantibus, quę omnia pręſentialiter oſtendit, & legere, & recognoſcere fecit, & ibidem cum iuramento proteſtatus eſt dictum D. Poteſtatem, nec eius Vicarium, vel quoſuis eius Iudices poſſe, nec debere ſe intromitti in Iuriſdictionem dictæ Abbatiſſæ, & eius Monaſterij, quod ſi ſecus fecerit, ſeù fecerint, proteſtando dictus D. Aduocatus, nomine quo ſupra, affirmat incurſum, & incurſos eſſe in pœna centum marcarum argenti puri ſtatuta, per præfatos DD. Imperatores Auguſtos ſe immiſcuentibus in dicta Iuriſdictione Curtis Aroſij, cuius pœnæ medietas Imperialis Cameræ reſſeruata erit, altera ad vtilitatem præfati Monaſterij adiudicata eſt ab eiſdem Auguſtis, & ideò omnia per Communem Mediolani, & eius Iudices, ſeu nuncios eſſe nulla, irrita, nulliuſque valoris, & momenti, quod ſi factum non fuerit affirmando profitetur ſe iturum ad D. Imperatorem, ſub cuius Mundiburdium dictam Curtem eſſe teſtantur prædicta Inſtrumenta. Actum in Palatio D. Poteſtatis hora debita Cauſarum in publica audientia, & inde plures cartas vno tenore rogatæ ſunt, vt omnibus innoteſcere poſſint iura præfati Monaſterij. Interfuerunt teſtes inter cæteros D. Vbertus, & D. Vicecomes fratres filij quondam D. Ioannis Vicecomitis, D. Lanfrancus filius D. Iordani de Septara, D. Ioannes de Piona filius D. Leonardi, D. Alexius filius D. Martini de Arexio, omnes Ciues Ciuitatis Mediolani, & de Tubatoribus Nicola de Nicolis, & Porolus de Iudicibus, ac de Seruitoribus Leo Bechus, & Mabirius Canis, omnes idonei, vocati, & rogati.

Subſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito.

Ego Leo della Turre filius D. Guifredi P. N. P. Sanctæ Margaritæ Notarius Sacri Palatij ſcripſi, tradidi, & ſubſcripſi, & linea decima quarta duo appoſui ommiſſa.

Ego Simon de Liſſono filius Ottonis Notarius Sacri Palatij interfui, & ſubſcripſi.

In

Digitized by Google

15.

Anno 1028.

IN Chriſti nomine Amen. Imperante D. Conrado Imperij eius anno ſecundo. Dum in Dei nomine in Ciuitate Mediolani in Caminata Solarij propriæ habitationis D. Azonis Marchionis, & Comitis iſtius Ciuitatis per eius data licentia adeſſet D. Eritprandus Comes filius bonæ memoriæ Comitis Facij ad iuſtitiam faciendam ſingulorum hominum, ac deliberandam ad vicem iam dicti D. Marchionis eius Germani, cuius eſt Vicecomes, reſidentibus cum eo Lanfranco ſummo Iudice filio bonæ memoriæ Mainfredi, qui dicebatur de Settara, Amizo, qui & Obizo fil. q. Petri Balbi, Vgo filio Aldebrandi, Lanzo filio bonæ memoriæ Albuini Iudicibus Sacri Palatij, atq; adſtantibus bonis Viris Lamberto filio VVidi, Rogerio, qui & Ruzo filio Achillis, Ioanne filio bonæ memoriæ Vmberti de Landriano, Arduino filio bonæ memoriæ Gezonis Comitis, Conrado filio bonæ memoriæ Berengerij Comitis dicto de Caſtiono, & Arnoldo Notario, & plerique plures. Ibiq; in præſentia dicti Vicecomitis, ac Iudicum, & teſtium, comparuit Oldradus Presbyter Officialis Sanctæ Mariæ ad Circulum Syndicus Miſſus Venerabilis D. VValdradæ Abbatiſſæ Monaſterij Sanctæ Mariæ, quod dicitur Maggiore iſtius Ciuitatis, pro eius Monaſterio, vnà cum Odelrico Aduocato eiuſdem Monaſterij, & cæperunt dicere in D. Vicecomitem contra Anſelmum de Rode; Imperiale Monaſterium Sanctæ Marię Maioris iſtius Ciuitatis habet Manſa duo terrę cum ſuis iuribus, ędificijs, ſeruis, & aldijs, & aquis dictę terræ ſpectantibus propè Cerchiate in territorio Rhodę, quę ei donata fuerunt per bonam memoriam q. Sereniſſimi Regis Arduini, in quibus indebitè iſte Anſelmus cruciat prefatum Monaſterium, Operarios expellendo à prędictis bonis; Petimus ergo Domine Vicecomes, vt mittatis bannum ſuper nos, & ſuper eum, & ſuper ipſis bonis, ſi ipſe Anſelmus, aut vllus homo, qui aduersùs nos ad partem dicti Sacri Monaſterij aliquid agere intendit in dictis bonis, quia parati ſumus cum eo, & eis ſtare ad iudicium in rationem, & legaliter finire, quod ſi facere recuſarint, iuſtitiam faciatis; Interrogato per Iudices dicto Anſelmo ſuper hac re, dixit neſciſſe D. Regem Arduinum dicta bona donaſſe dicto Monaſterio; Quod cum verum ſit, ampliùs non ſe impedibit de dictis bonis. Vndè ibi per dictum Aduocatum oſtenſa Regia donatione, ipſe ſiluit, & inde D. Vicecomes miſit bannum ſuper dictum Presbyterum, & Aduocatum nomine dicti Monaſterij, & eiſdem bonis, vt nullus de eiſdem rebus, ſine legali iudicio audeat præfatum Monaſterium deueſtire, aut impedire, aliter ſoluturum eſſe mancuſſos auri mille, medietatem Regiæ Cameræ, & medietatem ipſi Venerabili Monaſterio, & finita eſt cauſa. Acta notitia pro ſecuritate Monaſterij, & Miniſtri, & Aduocati eius, & ego qui ſupra Arnoldus Notarius ex mandato iſtius D. Eriprandi Comitis fratris, ac Vicecomitis ſupraſcripti D. Azonis Marchionis, hanc cartam ſcripſi, anno Dominicæ Incarnationis vigeſimo octauo poſt milleſimo, menſe Octobris Indictione duodecima.

Subſcriptum cum pluribus ſignis ante, vt infrà.

Cum ſigno manus iſti Comitis Eriprandi, qui vice D. Azonis Marchionis fratris ſui, ad hanc iuſtitiam faciendam interfuit, & manus poſuit.

Subſcript. cum ſigno Iudicis. Lanfrancus ſummus Iudex Sacri Palatij interfui, & ſubſcripſi.

Subſcript. cum ſigno Iudicis. Amizo, qui Obizo dicor Iudex interfui, & firmaui.

Subſcript. cum ſigno Iudicis. Ego Vgo Iudex adfui, & manus poſui.

Sub-

Subſcript. cum ſigno Iudicis. Lanzo Iudex laudaui, & ſubſcripſi.

Cum ſigno manuum Arduini, Conradi, & Ioannis Comitum, atquè Lamberti, ac Rogerij teſtium lege Longobarda viuentium.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus. Ego Arnoaldus Notarius, & Miſſus D. Conradi Imperatoris interſui, ſcripſi, & tradidi.

16.

Anno 1179.

ANno Dominicę Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo nono, decimo die menſis Maij, Indictione duodecima. Placuit, atq; conuenit inter Pinamontem, qui dicitur de Vicomercato, filium qu. Archerij, & Aderaxiam filiam qu. Mainfredi, qui dicebatur de Settara Iugales per conſenſum iſti Pinamontis viri ſui, conſentientibus etiam Rogerio, & VVidone iſtorum Iugalium filijs de Ciuitate Mediolani, vnà cum notitia Hugonis Iudicis, & Miſſi D. Regis, à quo interrogata, & inquiſita eſt, ſi ab ipſo Iugale, & Mundualdo ſuo à filijs, vel ab alio homine vllam pateret violentiam, an non, in cuius pręſentia, & teſtium certam fecere profeſſionem, & manifeſtationem, eo quòd ab ipſo Iugale meo, & Mundualdo ſuo, filijſq; ſuis, vel ab alio homine, nullam patior violentiam, & niſi ſua bona, & ſpontanea voluntate hanc cartam libelli facere viſam eſſe, & etiam cum iſto iugale ſuo, & filijs, nec non & inter Henricum, qui dicitur de Settara de iſta Ciuitate filium qu. Lanfranci, vt in Dei nomine debeat dare, ſicut à præſenti die dederunt ipſi Iugales, & filij eidem Henrico ad habendum, & tenendum, ſeù cenſum reddendum libellario nomine vſque ad annos xxix. expletos, & deinde in antea vſque in perpetuum, hoc eſt omnes res territorias illas proprias, & libellarias, ſeù beneficiarias, quas ipſi iugales, & filij habere, & poſſidere videntur in loco, & fundo Vicomercato, & in fundo, & loco de Incirano, & in eorum territorio, tam in Caſtro, quam in Villa, tam campis, pratis, buſchis, gerbis, vicanalibus, & ſyluis, & caſtanetis, quàm ſediminibus cum ædificijs deſuper iuris eorum omnibus, & omnibus in integrum; & ſicut quondam iſtus Archerius Pater iſti Pinamontis, & Iuſtamons genitor ſuus aquiſiuerunt ab Eriprando, qui fuit Comes iſtæ Ciuitatis in iſtis locis, & fundis de Vicomercato, & Incirano, & in eorum territorijs omnibus, & ex omnibus in integrum, ſicut ipſi habent, datum, & conſignatum quantæcunque ipſæ res omnes inueniri potuerit inter ipſas cohęrentias, in præſenti maneat libello, ea ratione vti à modo in antea vſque in iſto conſtituto habere, & tenere debeat ipſe Henricus, & eius hæredes, & cui dederit iſtas res omnes, qualiter ſuperius habentur in integrum, & facere exindè tam de ſuperioribus, quam inferioribus, ſeù finibus, & acceſſionibus ſuis in integrum libellario nomine quicquid ei fuerit vtile, ità vt apud eos non peiorentur, & perſoluere exindè debeat ipſe Henricus eiſdem Iugalibus, & filijs cenſum ſingulis annis, per omne feſtum Sancti Martini argenteum denarium bonum vnum, & candelam vnam, & promiſerunt ipſi Iugales, & filij vnà cum eorum hęredibus defendere, & guarentare iſtas res omnes qualiter ſuperius habetur in integrum ab omni homine cum vſu, & ratione ſecundùm morem libellariæ eidem Henrico, & ſuis hæredibus, & cui dederit. Ibiq; ſtatim finem fecerunt ipſi Iugales, & filij eidem Henrico, de iſto denario, & candela de ficto, quod habetur in iſto libello, alia ſuper impoſita inter eos exindè non fiat; pœnam verò inter ſe poſuerunt, vt quis ex ipſis, aut eorum hæredibus ſe de hac conuenientia libelli remouere quæſierit, & non

per-

Digitized by Google

permanſerit in his omnibus, vt ſuperius habetur, tunc componat illa pars, quæ hoc non ſeruauerit parti fidem ſeruanti pœnæ nomine argenteos denarios bonos Mediolani nouos libras quinquaginta, & inſuper in eadem conuenientia libelli permaneat, & pro iſtis omnibus rebus acceperunt ipſi Iugales, & filij ab eodem Henrico argenteos denarios bonos Mediolani nouos libras viginti, & quinque, quia inter eos conuentum eſt, laudantibus ſenioribus eorum, qui Launechild acceperunt denarium vnum cum ſemiſſe. Actum in iſta Ciuitate Mediolani.

Cum ſignis manuum iſtorum Iugalium, & filiorum eius lege viuentium Longobarda, qui hanc cartam libelli, vt ſupra fieri rogauerunt, item ipſius Pinamontis, qui eidem Aderaſiæ coniugi ſuæ conſenſit vt ſupra.

Firmatum.

Ego Vgo, qui dicor de Caſtanianega, Notarius Sacri Palatij, & Miſſus D. Regis, qui hanc fœminam interrogaui vt ſupra, & me ſubſcripſi.

Cum ſignis manuum Ottonis, & Eriprandi fratrum, qui dicuntur Vicecomites, filij quon. VVidi, qui in hanc cartam libelli aſſenſerunt, & manus poſuerunt more Longobardorum.

Cum ſignis manuum Guifredi dicti Sicci, Facij de Menclotio, Rogerij de Lampugnano, Petri Pratæ teſtium lege Longobardica viuentium.

Ibique ſtatim coram iſtis teſtibus dedit guadiam ipſe Pinamons, & filij eidem Henrico Affini ſuo, quod ſi prædictæ res omnes ſunt impignatæ, vel inuaſatæ in alia parte diſplicare, & inuaſare habeat, & ſic poſuit exindè fideiuſſorem Leonem filium Ioannis de Rhode, per eius conſenſum vſq; in pœna dupli ad annos quinque; Ipſa verò Aderaxia habet bonam commendationem de bonis, quæ ſunt de ſuo Fadriſio ad cautelam eiuſdem D. Henrici Patruelis ſui.

Subſcriptum cum ſignis Tabellionatuum antepoſitis, vt infrà.

Ego Rogerius Bonafides Iudex, ac Miſſus D. ſecundi Cunradi Regis ſubſcripſi, & poſt traditam compleui, & dedi.

Ego Guilielmus Notarius S. P. interfui, ſcripſi, & ſubſcripſi.

17.

Anno 1033.

IN Chriſti nomine Amen. in Laubia propria habitationis D. Azzonis Marchionis Comitis iſtius Ciuitatis, ibique præfatus D. Marchio ſedens ad iuſtitiam faciendam, aſſiſtentibus Amizo, Petro, Aſprando, & VVido Iudicibus, præſentibus Hugo Notario, Lantelmo, Ioanne, Satiro, Vincentio, Otho notis, & quàmpluribus alijs teſtibus. Comparuit Albertus Aduocatus ingenuæ mulieris D. Beatricis Comitiſſæ vxoris D. Eriprandi Comitis Germani præfati D. Marchionis abſentis, rogando præfatum D. Marchionem nomine dictæ Comitiſſæ, cuius voluntatis, & aſſenſi cartam ſuis tenebat manibus, vt dignaretur concedere facultatem D. Bernardo dicto de Caſtilliono eius Affini poſſe liberè, legaliter, & abſq; nullius contradictione agere validè, & ritè omnia negotia ad dictam Comitiſſam ſpectantibus in vltramuntanis, vbi ipſa non poteſt præſentialiter ire; quo audito, lectaq; antedicta cedula per Iudices, & ea tradita ipſi D. Marchioni, qui eam eſſe voluntatem ſcriptam propria prædictæ Comitiſſæ eius Cognatæ. Ideò data eſt facultas per ipſum D. Marchionem ipſi D. Bernardo, & confirmata per adſtantes Iudices poſſendi tutè, & validè vbique locorum cum omni legalitate, abſq; vlla fidei dubitatione agere nomine dictæ D. Comitiſſæ omnia quæ forent ad vtilitatem eiuſdem Comitiſſæ, & vti ſi per ipſam facta forent firma, & rata eſſe,

&

& permanere debere, cum omnia ſint de mandato eius recognito in publico iudicio, & inde factæ ſunt cartulæ vnius tenoris mandati, ſiue legalitatis ſcriptæ per me Hugonem Notarium iſtius Ciuitatis Mediolani, ac Imperiale Miſſum anno Dominicæ Incarnationis milleſimo trigeſimo tertio menſe Maio Indictione prima, & ſic finita eſt cauſa.
Cum ſigno manus iſtius D. Azzonis Marchionis, qui interſuit, ac mandatum dictæ D. Comitiſſæ recognouit, & ſignum Crucis fecit.
Ego Mizzo Iudex interfui.
Petrus Iudex ſubſcripſit.
Anſprandus Iudex adſuit, & ſubſcripſit.
Ego VVido Iudex ſubſcripſi.
Ego qui ſupra Hugo f. b. m. D. Cunonis Sacri Palatij Notarius, & Imperialis Miſſus hæc legalitatis mandati carta, vnà cum altera conſimili de mandato dicti D. Marchionis ſcripſi, & ſubſcripſi.

17. ✠

Anno 1045.

DVM in Dei nomine, Ciuitate Mediolani in Laubia Solario proprias habitationis Arioaldi Iudex per eius data licentia in iudicio adeſſet D. Azo, Marchio, & Comes iſtius Ciuitatis ſingulorum hominum iuſtitiam faciendam, ac deliberandam, reſidentibus cum eo iſto Arioaldus, Ionam, Amizo, Vualdo, qui & Lanzo, Ricardus, Arduinus, Ariprandus, Lanfrancus, Petrus Iudices Sacri Palatij, Lanzo Benno germanis, Adelbertus de Pariana, Armanus Benno, Vaſſalli de iſto Marchio, & reliqui plures, ibiq; conuenerunt præſentia Petrus, & Ambroſius Presbyteris de ordine Decomanorum Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ, offitiale Baſilicæ Beati Chriſti, & Confeſſoris Ambroſij, vbi eius Sanctum quieſcit Corpus, vnà cum Petrus Aduocato eorum cæperunt dicere aduerſus D. Azo Marchio, nos volumus, vt vos ſuper nos, & ſuper res illas, quæ reiacet in loco, & fundo Axiliano, vel in eius territorio, qui fuerunt iure quondam Arderici, mittatis bannum, cum legitimè eſſe poteſt, ibi locum in eodem iudicio miſit eodem D. Azo Marchio bannum ſuper eoſdem Presbyteris, & Petri Aduocato eorum, & eiſdem rebus, vt nullus quislibet homo de eiſdem rebus ſine legali iudicio deueſtire audeat Eccleſia ipſa Sancti Ambroſij, ſe compoſiturum agnoſcat mille mancoſos auri, medietatem Cameræ D. Regis, & medietatem pars ipſius Eccleſiæ Sancti Ambroſij, & finita eſt cauſa acta notitia per ſecuritatem eorum Presbyteris, & Petri Aduocato eorum fieri admonuerunt. Quidem & ego, qui ſupra Ardericus Notarius ex iuſſione iſto Marchio, & Iudici, à munitione ſcripti anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti 1045. menſe Nouembris Indictione quarta decima.
Cum ſigno Azoni Marchionis, qui ſignum Crucis fecit, & interſuit.
Subſcriptum cum ſigno ante.
Cum ſigno Iudicis. C. Crioaldus Iudex interſui.
Cum ſigno Iudicis. Ego Vualdo, qui & Lanzo, Iudex Sacri Palatj interſui.
Cum ſigno Iudicis. Hoc ego Lanfrancus Summus Iudex Sacri Palatij interſui.
Cum ſigno Iudicis. Ionna Iudex interſui.
Cum ſigno Iudicis. Aribrandus Iudex interſui.
Cum ſigno Iudicis. Petrus Iudex interſui; C. Erduinus Iudex interſui; Ricardus Iudex interſui.
Ego qui ſupra Ardericus Notarius ſcripſi, & interſui.

Digitized by Google

Anno 1045. Dum in Dei nomine Ciuitate Mediolani in Laubia Solario propria habitationis Arioldi Iudex per eius data licentia in iudicio adeſſet D. Azo Marchio,& Comes iſtius Ciuitatis ſingulorum hominum iuſtitiam faciendam, ac deliberandam, reſidentibus cum eo iſto Arioldus, Amizo, Lanfrancus, Vualdo, qui & Lanzo, item Lanfrancus, Ricardus, Ariprandus, Petrus, Teudaldus Iudices Sacri Palatij, Lanzo, Adelbertus, Arnaldus de Maderniano, Gandulphus, Adam germanis, Ioannes, & Albericus Buro, Landulfus fil. Ramberti, Geroinus, & Aldo germanis, Remedius, Azo, Rolandus, & reliqui plures, ibiq; eorum veniens præſentia Petrus Presbyter de ordine Decumanorum Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ officiale Baſilicæ Sancti Ambroſij, qui dicitur ad Corpus, & filius quon. Aruierti de iſta Ciuitate, vnà cum Adam Aduocato ſuo, cæperunt dicere: habemus, & detinemus ad proprietatem iſtam Eccleſia ipſius Sancti Ambroſij rebus illis, hominibus, quibus ſunt poſitis in loco, & fundo Axiliano, & in eius territorio, qui fuerunt iuris quondam Ardericus, & ſi quislibet homo aduersùs nos, & ad partem iſtam Eccleſia aliquid dicere vult, paratus ſum cum eo exindè ad ratione ſtandum, & legitimè finiendum, & quod plus eſt, quærimus, vt dicat exindè iſte Ariprandus, qui hìc præſens eſt, ſi eadem res, quam ſupra nominauimus, propria iſta Eccleſia eſt, aut ſi contradicere, aut ſubtrahere quærit, an non; Cum ipſe Petrus Presbyter, & Adam Aduocato ſuo taliter retuliſſent, ad hæc reſpondens ipſe Ariprandus, dixit, & profeſſus eſt verè eaſdem res, quas ſupra denominaſtis proprias de eadem Eccleſia ſunt, & ego contradicere, aut ſubtrahere quæro, nec mihi ad habendum, nec requirendum nihil pertinet, nec pertinere debet cum lege pro eo, quod exinde nullum ſcriptum, nullam firmitatem, nullamq; rationem ab eo nec habere poſſe, ſed vt dixi proprias eaſdem Eccleſia ſunt, & eſſe debent cum lege, & exſpondit ipſe Ariprandus, vel ſuos hæredes, vt ſi vnquam in tempore de prædictas res agere, aut cauſare, vel remouere præſumpſerit per ſe, aut ſua ſumetente perſona, & taciti, & contenti exindè non permanſerint, vel ſi apparuerit vllum datum, aut factum, vel quolibet ſcriptum, quod nos exindè in alia parte claruerit eſſe compertum promitto dupla eaſdem res, ſicut pro tempore fuerint melioratas, aut valuerit pro extimatione in conſimile locas; Inſuper pœna argen. dens. bons. libras centum. His actis, & manifeſtatio, vt ſupra, factum rectum eorum iudicium, & auditoribus paruit eſſe, & iudicauerunt iuſta eorum profeſſione, & manifeſtatione, vt ipſe Petrus Presbyter cum Adam Aduocato ſuo, habeant, & teneant ad proprietatem prædicta Eccleſia Sancti Ambroſij eaſdem res, & ipſe Ariprandus, & ſuos hæredes maneant exindè omni tempore taciti, & contenti; & finita eſt cauſa, & acta notitia pro ſecuritate eorum Petri Presbytero, & Adam Aduocato ſuo fieri admonuerunt. Quidem & ego Ardericus Notarius ex iuſſione iſto Marchio, & Iudici à munitione ſcripſi, Anno ab Incarnatione Dñi noſtri Ieſu Chriſti 1045. mēſe Nouēbris Indictione quartadecima.

Subſcriptum cum ſigno ante, & pluribus alijs ſignis.

Cum ſigno manus D. Azonis Marchio, qui ſignum Crucis feci, & interfui.

C. Crioaldus Iudex interfui.

Ego Vualdo, qui & Lanzo Iudex Sacri Palatij interfui.

Ricardus Iudex interfui.

Ego Lanfrancus Summus Iudex Sacri Palatij interfui.

Ariprandus Iudex interfui.

Petrus Iudex interfui.

Ego qui ſupra Ardericus Notarius ſcripſi, & interfui.

Digitized by Google

17.

Anno 1009. IN Chriſti nomine Henricus gratia Dei Rex anno Regni eius octauo menſe Nouembris Indictione ſeptima. Tibi Robaldo Presbytero de ordine Decumanorum Cuſtodi, & Beneficiali Baſilicæ Sancti Martyris Laurentij non longè à muro Ciuitatis Mediolani. Nos in Dei nomine Hugo Comes filius bonæ memoriæ Ioannis dicti de Stampæ de iſta Ciuitate, qui ex natione mea legem viuere videor Salicam, & VVilla filia bonæ memoriæ Adalberti, qui fuit Marchio pro eodem Iugale ſuo eadem lege profitente, conſentiente mihi, quæ ſupra VVillæ Azzone Marchione Conſanguineo meo in præſentia Alberici Comitis Sacri Palatij, & Miſſi D. Henrici Regis, quibus profeſſa eſt nullam à nemine pati violentiam, ſed de ſua bona voluntate cum Viro ſuo ad hanc offerſionem deueniſſe, quapropter per hanc cartam, & pinam cum atramentario, quos de terra leuauimus, & tibi Arioaldo Notario D. Regis ad ſcribendum dedimus præſenti die, & hora in te, qui ſupra Presbytero Roboaldo, ad partem ipſius Baſilicæ Sancti Leuitæ Laurentij Martyris, vbi ſepeliri volumus, noſtrum ius transferimus, atquè iudicamus, ita vt vllo tempore, & caſu à nobis, qui ſupra Hugone, & VVilla, nec à Ioanne filio noſtro, ſeù fratribus eius, aut hæredibus noſtris reuocari poſſit, atq; tradimus, & donamus in remedium animarum noſtrarum, & Parentum, & Deſcendentium noſtrorum, ideſt iugera quatuor terrę iuris noſtri poſita in curte noſtra Quinti iuxtà Lambrum flumen, cum omnibus ſuis iuribus in integrum, & omnia, quę in dicta terra inueniri potuerint, cum omnibus redditibus ad ipſas pertinentibus in integrum, reſſeruato tantùm honore deſcendentibus noſtris faciendum exinde ipſe Presbyter Robaldus Beneficialis ipſius Baſilicæ, ſeù ſucceſſoribus eius, & cui dederint proprietario nomine quicquid voluerint, ſine noſtra, aut filiorum, & hæredum noſtrorum contradictione, & vt præſens cartula offerſionis diuturnis temporibus firma, & inconuulſa permaneat, per vaſonem terræ, & fiſtucam nodatum, ſeù ramum arboris, & per hanc offerſionis cartulam, quam tibi Germano Subdiacono de ordine maiori Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ, & Miſſo D. Arnulphi Archiepiſcopi eiuſdem Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ, tradimus ad vtilitatem ipſius Baſilicæ, & Beneficialium eius, Nos qui ſupra Hugo, & VVilla Iugales ex dictis bonis vuarpimus exindè foris, & proijcimus, quia ſic decreuit noſtra bona voluntas. Actum in ipſa Eccleſia coram multis teſtibus legem noſtram Salicam viuentibus Amē.

Subſcriptum vt infrà cum ſignis antepoſitis.

Cum ſigno manuum iſtorum Hugonis Comitis, & VVillæ Iugalium, qui hoc Iudicatum fecerunt, & ad confirmandum manus eorum poſuerunt.

Cum ſigno manus D. Azzonis Marchionis filij bonæ memoriæ Comitis Facij, qui eidem VVillæ Conſanguineæ ſuæ aſſenſit, & ad hanc donationem confirmandam, & laudandam manus poſuit.

Ego Albericus dictus da Settara Comes Sacri Palatij, & Miſſus D. Henrici Regis filius bonæ memoriæ D. Lanfranci vocatus adfui, laudaui, & me ſubſcripſi.

Germanus Subdiaconus Miſſus D. Archiepiſcopi laudaui, & ſubſcripſi.

Cum ſignis manuum Rogerij, & Olrici filiorum bonæ memoriæ Anibaldi Domini de Arconate, Suzzonis filij Cononis, Garimberti filij Errici dicti Burri, atq; Loterij, qui fuit filius Anſelmi dicti Blanci, & quamplurium aliorum teſtium lege viuentium Salica.

Cum ſigno Iudicis. Ego Albertus Iudex Sacri Palatij ſubſcripſi.

Cum

Digitized by Google

Cum ſigno Iudicis. Yanibertus Iudex ſubſcripſi.
Cum ſigno Tabellionatus. Ego Arioaldus Notarius ſcripſi, poſt traditam compleui, & dedi.
Cum ſigno Tabellionatus. Ambroſius Notarius rogatus ſubſcripſi.

18.

Anno 1108. ANno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo centeſimo octauo quartodecimo Kal. Februarij Indictione prima Plebi Sancti Victorini conſtructæ intra Caſtrum Cocij. Nos Ottonus filius quon. Riprandi Vicecomitis, & Allus filius quon. Riciardi, Auus, & Abiaticus, qui profeſſi ſumus nos ex natione noſtra lege viuere Longobardorum, ipſo namq; Ottono Auo meo mihi conſentiente, & ſubterconfirmante præſentibus diximus, promittimus, atq; eſpondimus, nos qui ſupra Auus, & Abiaticus, vnà cum noſtris hæredibus ſuprаſcriptæ Plebi, & Ottoni præpoſito Miſſo eius, omnibuſq; Clericis eiuſdem Plebis, ac ſucceſſoribus eorum, vt amodò vnquam in tempore non habeamus licentiam, nec poteſtatem per vllum ius, ingenium, vllamq; occaſionem, quod fieri poteſt, agere, nec cauſare aduerſùs iam dictam Plebem, vel contra Clericos ipſius Eccleſiæ. Nominatiuè de boſco, quod dicitur Sancti Victorini, cum Arca, vbi extat, & omnibus rebus ipſi nemori pertinentibus . . . . . . ab Epiſcopo Vercellenſi per fœdus, & eſt per menſuram iuſtam iugera decem, cohęret ei ex vna parte boſco, Oberti, & Spinæ, & ex alia parte boſco Vgonis filij Bulgari, & ex tertia parte . . . . ſi ibiq; aliæ ſint cohęrentiæ, & ſi ampiiùs inuentum fuerit inter iſtas cohęrentias dicendum quod nobis exinde aliquid pertinere debeat, ſed omni tempore exindè taciti, & contenti permaneamus. Quòd ſi amodò aliquo in tempore nos qui ſupra Ottònus, & Allus, aut noſtri hæredes aduerſus prænominatam Plebem, aut contrà Clericos ipſius, vel cui dederint agere, aut cauſare præſumpſerimus per Nos, aut noſtras ſubmiſſas perſonas, & taciti omni tempore non permanſerimus, vel ſi apparuerit vllum datum, aut factum, vel quodlibet ſcriptum, quod nos in aliam partem feciſſemus, & claruerit, aut ſi ab alijs hominibus lis aliqua mota fuerit, & rectè euicta erit contrà Eccleſiam, tunc componere promittimus. Nos qui ſuprà Ottonus, & Allus, noſtriq; hæredes ſupradictæ Plebis, ſuiſq; Clericis, aut cui dederint, nemus illud in duplum, ſicut pro tempore fuerit melioratum, aut valuerit ſub exiſtimatione in conſimili loco, & inſuper denariorum bonorum Papienſium argenti libras viginti ſeptem, & ad hanc confirmandam promiſſionis cartam accepimus nos Carbonus, & Allus Launeſchildt croſnam vnam, vt noſtra promiſſio, ſicuti ſupra habetur, firma permaneat, atq; perſiſtat. Actum Cotij Caſtro fęliciter.

Subſcripta.
Ego Anſelmus Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Giſulfus Vercellenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Cum ſignis manuum Carboni, & Alli, qui hanc cartulam promiſſionis fieri rogauerunt, & Launechildt acceperunt, vt ſupra.
Cum ſigno manuum Ottonis, qui Allio Albiatico ſuo conſenſit, vt ſuprà.
Cum ſignis manuum Anrici de Cotis, & Rufini filij Anrici, atq; Siri de Braida, ſeù Arialdi filij Bonibelli, nec non Vuisfredi Teſtium.
Ego Bernardus Iudex interfui, & hanc cartam ſcripſi.

Digitized by Google

19.

Anno 1183. ANno ab Incarnatione Domini Noſtri Ieſu Chriſti milleſimo centeſimo octuageſimo tertio, quinto Kalendarum Septembris, Indictione prima. Commutatio bonæ fidi noſcitur eſſe contractus, vt ad inuicem emptionis obtineat firmitatem, eodemq; nexu obligat contrahentes. Placuit itaque bona conuenire voluntate inter D. Margaritam Abbatiſſam Monaſterij Sancti Mauritij, quod dicitur Maius, per conſenſum aliarum Monacalium ipſius Monaſterij, & conſenſu Malaſtreui Aduocati ipſius Monaſterij. Nec non & inter Ariprandum filium quondam VVilielmi per Miſſum Ottonis fratris ſui, & VVilielmi Infantuli nepotis ſui, & VVilicionum, & VVidonem germanos filios qu. Ariprandi, & in vice Anrici, & Vuilicioni germanorum Infantulorum filiorum quondam Gobizonis, & Zanonum, & Petrum germanos filios quon. Rogerij omnes de loco Cedrate, vt in Dei nomine debeat dare, ſicut à præſenti dedit ipſa D. Margarita Abbatiſſa ex parte ipſius Monaſterij eiſdem commutatoribus ſuis in commutationis nomine præſenti die habendum, ideſt omnes caſas, & res, & res territorias illas, quæ eidem Monaſterio pertinent proprietario iure, vel libellario more, ſiuè per iudicatum, ſiuè per adquiſitum per aliam rationem, omnia, & in omnibus quantæcunque ipſæ omnes de ipſo Monaſterio in iſto loco Cedrate, & in eius territorio inueniri potuerint, vnà cùm omnibus honoribus, conditionibus, vſibus, & redditibus ad ipſas res, & ad ipſum Monaſterium pertinentibus in integrum. Vndè ad inuicem recepit ipſa D. Margarita Abbatiſſa ad partem ipſius Monaſterij ab ipſis Ariprando, & Vuiliciono, & Vuidone, & Zannono, & Petro Commutatoribus ſuis pro ſe, & pro ipſos Ottonem, & Vuilielmum, & Anricum, & Vuilicionum ſimiliter commutationis nomine præſenti die habendum, ideſt omnes caſas, & res territorias, quæ eis pertinent libellario nomine ex parte Petri filij qu. Vuidonis, qui dicitur Vicecomes de Ciuitate Mediolani, & Perpetuæ Matris eius, & Caramicæ Coniugi ſuæ reiacentes in locis, & fundis Aroxio, & Bugunzo, & in eorum territorijs, ex quibus exire ſolet fictum omni anno de blaua modios quadraginta ad menſuram ipſius locis, & ſi potuerit inueniri ipſum fictum vſque ad modios quadraginta duos in hac carta permaneat, & de vino congia triginta, & duo ad eandem menſuram, & ſolidos triginta quinque, & denarios decem, & paſtos condicionales nouem, omnia, & in omnibus quantæcunque ipſæ res inueniri potuerint, ſicut eis pertinent per ipſum libellum in integrum taliter commutauerunt inter ſe, & tradiderunt ſibi inuicem vna pars alteri prænominatas res, ſicut ſuperiùs habetur, vt faciat vnaquaque pars de hoc, quod ſuperius in commutatione recepit proprietario iure, vel libellario nomine, ſecundùm quod ipſæ res ſunt quodcunque voluerint ſine alterius partis contradictione, & ſpopondit ipſa Margarita Abbatiſſa verſùs ipſos commutatores ſuos ſupraſcriptas res de Cedrate, quas eis vt ſupra habetur in commutatione dedit ab omni contradicente homine defenſare, quod ſi defendere non potuerit in duplum eis reſtaurare promiſit, ſed ipſi commutatores non promiſerunt ipſas res de Aroxio, & de Buguntio defendere, quia prædictus Petrus Vicecomes, qui eas vendidit, fecit ſecuritatem per fideiuſſorem in manu Malaſtreui Aduocati, & Miſſi ipſius Monaſterij defendere, & vuarentare, & ſuper ipſas res de Aroxio, & de Bugunzo iunxerunt ipſi homines de Cedrate eidem Abbatiſſæ per cambium de ipſis rebus de Cedrate argenteos denarios bonos Mediolanenſes libras quindecim. Quidem & vt

ordo

ordo legis depoſcit, Normanus Iudex, qui dicitur Baioarius, & Petrus, qui dicitur Topus, extimatores dixerunt, quod melioratam cauſam, & ampliatam reciperet ipſa Abbatiſſa ab ipſis commutatoribus ſuis, vt ſupra habetur, quam eis daret, & ipſa commutatio legaliter facta eſt; & ſic finita eſt cauſa, quia ſic inter eos conuenit. Actum infrà ipſum Monaſterium, vndè duæ cartæ commutationis vno tenore ſunt ſcriptæ.

Cum ſignis manuum iſtorum Ariprandi, & Vuilicioni, & Vuidonis, & Zanoni, & Petri, qui hanc cartam commutationis vt ſupra fieri rogauerunt.

Cum ſigno manus Malaſtreui Aduocati, qui conſenſit, & in hanc cartam ad confirmandum manus poſuit.

Cum ſignis manuum Maginfredi de Settara, Arderici, & Anſelmi, & Vualterij, qui dicuntur Caniola, Alberti Quintaualle, MartKiſi Topo, Alberti de Arconate, Muſſi de Comabio, Maginfredi Tinctoris, Obizonis, qui dicitur Ragaza, Oldradi filij Raginoldi, Ioannis Sororiæ, Ariprandi Ingelinde, & Martini frater eius, atq; Anſelmi teſtium, & prædicti Petri Topæ, qui extimator fuit vt ſupra.

Ibi ſtatim dederunt vuadiam prædicti Ariprandus, & VVilicionus, & VVido, & Zannonus, & Petrus eidem Abbatiſſæ, quod quandò iam dictus Otto frater ipſius Ariprandi redierit de Galitia, vbi nunc perexit, & quando VVilielmus, & Anricus, & Vuilicionus Infantuli habuerint legitimam ætatem, & indè requiſiti fuerint ex parte ipſi Monaſterij, tunc infrà vnum menſem, poſtquam requiſiti fuerint, facere habent eos facere talem cartam, qualem Iudex laudauerit de eorum portione prædictorum omnium rerum de Aroxio, & de Bugunzo in Miſſo ipſius Monaſterij, vnde poſuerunt ei fideiuſſorem iſtum Vualterium, qui dicitur Caniola, in pœna librarum quinquaginta denariorum bonorum Mediolanenſium. Et etiam coram ipſis teſtibus iſte Petrus Vicecomes teſtatus eſt, quod iam dicta bona fuerunt ſemper poſſeſſa per antiquos Auos ſuos, & præcipuè per Riprandum, qui fuit Comes; demùm ea Aroxij permanſerunt in Ottonem ſimiliter Comitem eius filium, deindè in VVidonem eius filium, demùm in Odonem Patrem Vuidonis Patris mei, & iura Bugunzo perueniſſe Petro item filio, qui ſupra Riprandi Comitis, indè in Eriprandum eius filium Patrem Perpetuæ Matris meæ, quæ mecum ea vendidimus hominibus, qui ſupra de Cedrate, & ibi dedit vuadiam ipſe Petrus D. Bertum patruum ſuum præſentem dictæ D. Abbatiſſæ, qui ad hæc obligauit bona ſua Albizati in pœna dupli ad annos triginta.

Subſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito, vt in principio etiam ipſius Originalis.

Ego Vgo Notarius, & Iudex ſcripſi, poſt traditam compleui, & dedi, & fideiuſſioni datæ per ſupraſcriptum D. Petrum, & obligationi D. Berti patrui eius interfui, & rogatus me ſubſcripſi.

20.

Anno 1138.

IN nomine Domini anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo centeſimo trigeſimo octauo, decimo menſis Nouembris, Indictione prima. Tibi Henrico Abbati S. Dioniſij non longè à Ciuitate Mediolani ad vtilitatem ipſius Monaſterij. Ego in Dei nomine Azzo, qui dicor Vicecomes Mediolani, filius qu. Comitis Othonis Militis, qui profeſſus ſum lege viuere Longobardorum, Aduocatus, Donator, & Benefactor ipſius Monaſterij,

ſterij, vnà cum Illuſtre D. VVidone fratre meo qui ſupra Azzone, ideſt eo mihi conſentiente, vti ætate maior, dono, confero, & trado, & per præſentem cartam donationis præſenti die, & hora in te, qui ſupra, Henricum Abbatem Patruelem meum ad partem ipſius Monaſterij habendum confirmo, ita vt nullo caſu à me qui ſupra Azzone, nec à meis hæredibus reuocari poſſit; ideſt nominatiuè omnes caſas, & ſedimina, & omnes res territorias proprias, vel libellarias, tàm campos, quàm prata, & vineas, ſeu alias res aliquo modo mihi pertinentes in fundo Luxeria propè dictam Eccleſiam iuxta Ciuitatem Mediolani, vnà cum omnibus honoribus, & redditibus ad ipſas res pertinentibus in integrum, faciendum exindè ipſe, & ſucceſſores tuos ad vtilitatem ipſius Monaſterij, ſecundùm quod voluerint, ſine omni mea, & hæredum meorum contradictione, quia ſic decreuit mea bona voluntas. Actum iſta Ciuitate.

Cum ſigno manus iſti D. Azzonis, qui hanc cartam donationis vt ſupra fieri rogauit.

Cum ſigno manus D. VVidonis dicti Vicecomitis, qui D. Azzoni conſenſit.

Cum ſignis manuum Mainfredi dicti de Puſterla, Guidi de Caſtiliono, Ottonis de Settara, & Hughi dicti Porri teſtium.

Subſcriptum cum ſigno tabellionatus antepoſito. Ego Guilielmus Iudex, & Miſſus D. Secundi Cunradi Regis interfui, & ſubſcripſi.

Iterum ſubſcriptum vt ſupra. Ego Ioannes Iudex, ac Miſſus D. Regis interfui, ſcripſi, & tradidi.

21.

Anno 1141.

IN nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Decretum ſecuritatis pro futuris temporibus ad memoriam firmandam. Cum proprium ſit Prælatorum, eos, quorum vires ad eorum amplitudinem, & defenſionem ſemper paratæ fuerunt, & ſunt, ſerena mente honorare, ac obſequia ſuorum fidelium proſpicere, & remunerare. Nos in Dei nomine non immemores liberalitatis, & laborum benè dilecti Vuidonis Vicecomitis Mediolanenſis, qui ad noſtram defenſionem nullis impenſis pepercit, neq; fatigationes vllas ommiſit, maximè ad defenſionem Abbatiolæ noſtræ Sanctæ Mariæ de Maxino, & Eccleſiarum, & Capellarum eius, & præcipuè cum aliàs nunc quondam Ottho Genitor tuus Eccleſiam à fundamentis erexerit, quam Archangelo Michaeli dicatam eſſe voluit, & præfatæ noſtræ Abbatiolæ donauit, nil aliud nobis imponens, quam eleemoſynam librarum decem ceræ puræ quotannis ſemel fiendam Templo Sanctæ Teclæ Mediolani, eamque conuenienti dote locupletauit. Quapropter te dignè honorare decreuimus. Anno ergò ab Incarnatione Dominica milleſimo centeſimo quadrageſimo primo Indictione tertia. Nos VVernerius Abbas Monaſterij S. Galli, & Fridelricus Præpoſitus eiuſdem Abbatis, & Hildelbertus Decanus, & VVldelfricus Procurator prædicti Monaſterij à parte, & nomine totius Capituli Monachorum dicti Monaſterij Sancti Galli Conſtantienſis, facimus puram, & irreuocabilem donationem, tranſactionem, & refutationem tibi VVidoni Vicecomiti Mediolanenſi, & filijs, & deſcendentibus tuis maſculis, & fœminis. Nominatiuè de tota Curte Maxini cum omnibus ſuis pertinentijs ſita in Ora Lacus Verbani, vbicunque ſita ſint, ſiuè in Lombardiæ partibus inueniri poſſint, tàm in Comitatu Stationenſi, quàm alibi, ſiuè ſint in Epiſco-

Digitized by Google

patu Nouarienſi, ſiuè Mediolanenſi, cum omnibus ad eandem Curtem pertinentibus in omni Iuriſdictione temporali. Item de domo cultili, maſſaritijs, caſis, ſediminibus, theloneis, montibus, vallibus, planiciebus, campis, pratis, vignalibus, paſcuis, ſyluis cultis, & incultis, diuiſis, & indiuiſis, & etiam ſtallarijs, ſalectis, ſationibus, paludibus, aquis, aquarum decurſibus, molendinis, piſcationibus, camparitijs, alijſq; redditionibus, cum ſeruis, & ancillis, Aldianibus, & Aldianis vtriuſq; ſexus, cum omnibus, quæ dici, aut vocari poſſint ad prædictam Curtem pertinentibus, atque de iudicio candentis ferri, aquæ, monomachiæ, & duelli, tibi donantes, & cedentes prædicta omnia, ſicuti conceſſa fuerunt dictæ Eccleſiæ Maxini per Regem Deſiderium, quando eam purificare, & Sanctæ Mariæ conſecrare fecit, & ſicuti prædeceſſoribus noſtris, & Conuentui Sancti Galli conceſſa, & commendata fuerunt per Imperatorem Carolum Magnum Auguſtum, & Reges, & Imperatores eius ſucceſſores, concedentes etiam tibi facultatem, aſſenſum præbendi in electione Prælati, & Clericorum canonicè facta, nobis prorsùs reſſeruantes, aut cui conceſſerimus iura Eccleſiaſtica; ſcilicet fundationes, & conſecrationes Eccleſiarum, & Cęmeteriorum, & promotiones Clericorum, & inueſtituras præbendarum. Item iudicium Matermoniorum, & donationes pœnitentiarum, Chriſmatis, & Baptiſmi, interdictiones, & excommunicationes in populis, & omnem ordinationem in Eccleſijs, dummodò de prædictis nos, & ſucceſſores noſtros recognoſcas in aduocatiam, & defenſionem noſtram, ac dictæ noſtræ Abbatiolæ, & Eccleſiarum eius, quam tibi, & ſucceſſoribus tuis tradimus, & commendamus, & ſpecialiter conſignamus, imponentes propter eà tibi VVidoni, & ſucceſſoribus tuis annuam penſionem nomine recognitionis tàm præfatæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, quàm Conuentui noſtro, ſcilicet dictæ Eccleſiæ in feſto Aſſumptionis Sanctæ Mariæ omni anno marcam vnam argenteam, & dimidiam, & in Conuentu noſtro, ſeù Abbatia Sancti Galli conſignabis, ſaltem per nuncios tuos, ſeù ſucceſſorum tuorum libras decem piperis, & totidem cucheris, & ſextaria quatuor olei, & centùm cyathos vitreos, accipiens cartam recognitionis ab Abbate per tempora. Promittimus tibi etiam inſuper omnem protectionem, & interceſſionem, vt quàm citiùs auctoritate Imperiali de prædictis, & in prædictis omnibus tu, & ſucceſſores tui confirmationem habeatis, atteſtantes de noſtra bona voluntate, ac gratuita deliberatione. Actum in Kalendis Maij in Curte Maxini in Eccleſia Sancti Michaelis eiuſdem Curtis in Chriſti nomine fęliciter. Amen.

Subſcript. cum Cruce antepoſita. Ego VVerticrius Abbas Sancti Galli Conſtantienſis præſentem donationem à me factam mea propria manu ſubſcripſi, & confirmaui de conſenſu, & voluntate totius Capituli Monachorum Abbatiæ Sancti Galli Conſtantienſis. Amen.

Ego Fridelricus Præpoſitus præfati D. Abbatis ſubſcripſi, & confirmaui.

Ego Hidelbertus Decanus Monaſterij, ſeù Abbatiæ Sancti Galli ſubſcripſi, & confirmaui, & ſigillo Abbatiæ muniui.

Ego Vldelfricus Procurator Monacorum nomine totius Capituli ſubſcripſi, confirmaui, & roboraui mea propria manu, & ſigillari vidi.

Ego Magiſter Rogerius rogatus interfui, ſcripſi, & ſubſcripſi. Interfuerunt ibi teſtes Anſelmus, Conradus, & VVernerius Conſtantienſes Sacerdotes, Ortho Nouarienſis Eccleſiæ, & Lazarus Vercellenſis Eccleſiæ Sacerdotes, & Lauegionus, & Gabriolus habitantes dictæ Curtis Maxini. Amen.

Anno 1142. In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis. Ego Conradus Diuina fauente clementia Romanorum Rex ſecundus. Notum ſit tàm præſentibus, quàm fu-

futuris, quod VVernerius Abbas Sancti Galli conſilio omnium Fratrum eiuſdem Monaſterij Aduocati, & omnium Miniſterialium imbeneficiauit VVidonem Vicecomitem Mediolanenſis Ciuitatis, & filios eius, & filias, vel cuicunq; ipſi donauerint. Nominatiuè de omnibus caſis, & rebus territorijs iuris prædicti Monaſterij Sancti Galli, quæ poſitæ ſunt in Curte Maxini, vbicunque inueniri potuerint ad ipſam Curtem pertinen. in Longobardiæ partibus, cum omnibus fictis, redditionibus, vſibus, honoribus, conditionibus, diſtrictis, albergarijs, ſeruis, & ancillis, alduis, foro, piſcationibus, cum Caſtro, & Villis Eccleſiaſticis ad ipſam Curtem pertinentibus in integrum, ea conditione, vt prædictus VVido, & hæredes maſculi, & fœminæ, aut cui ipſi donauerint, permanere ſub omni iuriſdictione mea, aut meorum ſucceſſorum in perpetuum habeant. Et prædictus VVido, aut ſui ſucceſſores, vel cui ipſi dederint per ſingulos annos in Aſſumptione S. Mariæ inde perſoluant marcam vnam argenti, & dimidiam, & duodecim libras piperis, atq; cucheris duodecim, & quatuor ſextaria olei ad iuſtam menſuram Maxini, & vnà cũ cyathos vitreos. Quæ omnia prædictus VVido, aut ſui hæredes conſignata debeant perſoluere in Diſeranenſi Abbatia, & Abbas S. Galli illic per ſuos legatos debeat tollere, & ad prædictum Monaſterium S. Galli deferre, & legatus VVidonis cum ipſis veniat.

Ne ergo amplius alia conditio de hoc inter eos fiat, ſed, ſicut dictum eſt, immutabiliter permaneat, rogauit me idem Abbas S. Galli, vt Regio, & ſigillo meo confirmarem. Præcipimus ergo ex noſtra poteſtate, ne vnquam immutetur, ſed, ſicut dictum eſt, firmum permanet. Si quis autem (quod abſit) hoc immutare voluerit, pro pœna mille marcas argenti ſoluat. Ex noſtra ergo poteſtate confirmamus ei pacem in prædictis rebus.

Si quis autem ipſum offenderit, aut vllam violentiam ei intulerit, ſciat ſe mea gratia cariturum. Hæc omnia eidem VVidoni, eiuſq; hæredibus, vt dictum eſt, confirmauimus, ſaluo tamen honore noſtro, & . . . . . . & iure per omnia.

Cum ſigno D. Conradi Romanorum Regis Secundi.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quadrageſimo ſecundo Indictione quarta. Dat. Vlmæ in Chriſto fœliciter Amen.

Anno 1142. In nomine Domini, & Indiuiduæ Trinitatis Conradus Dei gratia Romanorum Rex Secundus. Auctoritas Regiæ dignitatis nos admonet, eos gratis beneficijs retinere, & lætificare, quos in pace, & bello cognoſcimus ſtabiliter in noſtra fidelitate permanere. Eapropter omnibus Chriſti, noſtriſq; fidelibus tàm futuris, quàm præſentibus notum eſſe volumus, qualiter nos fideli noſtro Othoni filio VVidonis Vicecomitis Mediolanen. Ciuis, cuius Auus pro fidelitate Regni à Romanis fuit interfectus, Curtem Maxini, cum omnibus eius pertinentijs, vbicunq; ſita ſint, tam in Mediolanenſi Archiepiſcopatu, quàm in Nouarienſi Epiſcopatu, vel alibi; ſcilicet fodro, terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſyluis, venationibus, piſcationibus, aquis, aquarumue decurſibus, molendinis, diſtrictis, albergarijs, honoribus, conditionibus, exitibus, & redditibus per hanc præceptalem paginam in beneficium dedimus. Et inſuper forum de Albuciago, & Beſnate præſenti auctoritate eidem Othoni, ſuiſq; hæredibus confirmamus, & corroboramus. Decernimus ergo, vt nullus Succeſſorum noſtrorum Regum, ſeu Imperatorum, Dux, Marchio, Comes ſub Vicecomes, aut alia quælibet perſona magna, ſeu parua huius præcepti noſtri paginam infringat, & præfatus Otho beneficia ſibi conceſſa omni deinceps tempore libera poſſeſſione obtineat. Si quis verò (quod abſit) hoc

no-

Digitized by Google

noſtrum præceptum violare tentauerit, mille libras auri componat, quarum partem dimidiam Cameræ noſtræ, reliquam verò prædicto Othoni, ſuiſque hæredibus perſoluat. Ad confirmandam verò hanc noſtram conceſſionem præſentem cartam inde ſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus, manuque propria, vt infra videtur, corroborauimus, & vt pleniùs exponamus quidquid pertinet ad Curtem Maxini in Longobardiæ partibus Nos prædicto Othoni confirmamus.

Cum ſigno Domini Conradi Romanorum Regis ſecundi.

Subſcr. Ego Arnoldus Cancellarius vice Marcolfi Magontini Archiepiſcopi, & Archicancellarij recognoui Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quadrageſimo ſecundo Indictione quarta, Regnante Conrado Rom. Rege Secundo, Anno verò Regni eius quarto. Dat. Vlmæ in Chriſto fęliciter Amen. Cum appenſione ſigilli in cordula ſericea coloris viridis, & rubei.

Anno 1288. In nomine Domini anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo ducenteſimo octuageſimo octauo, Indictione prima, die Dominico quarto decimo die menſis Martij. Diuiſionem concorditer fecerunt D. Petrus Vicecomes ex vna parte, & DD. Maffeus, & Vbertus fratres nepotes eius ex alia, in qua diuiſione obuenerunt in parte dicto D. Petro omnia ſedimina terrę, & poſſeſſiones, & res territoriæ, & honor, & diſtrictus, & ficta, & vaſſalli, & decimæ, quæ, & quas habent, & tenent, & poſſident quaſi in loco, & territorio de Beſnate cum omni ſua integritate, & item in loco, & territorio de Aliarago de monte, & de plano cum omni integritate, & item in loco, & territorio de Albizate, & item in loco, & territorio de Menzago, & in loco, & territorio de Albizago, & in loco, & territorio de Crena, & in loco, & territorio de Rouate, in loco, & territorio de Solario, & in loco, & territorio de Brunello, & in loco, & territorio de Maxino, & in alijs locis, & villis, quæ ſunt vltra lacum. Item Curaria, vtilitas, & iura curariæ, quas habent in mercato Burgi de Gallarate. Viceuerſa obuenerunt in partem ſupraſcriptis DD. Maffeo, & Vberto omnia ſedimina terræ, & poſſeſſiones, & res territoriæ, & honor, & diſtrictus, & ficta, & vaſſalli, & decimæ, quæ, & quas habent, tenent, & poſſident, vel quaſi in loco, & territorio de Soma, & in loco, & territorio de Varigate, & loco, & territorio de Gulaſica, & in Burgo, & territorio de Lonate puteoalto, & in loco, & territorio de Ferno. Item Hoſpitium magnum cum ædificijs, & curte, & puteis iacens in Parochia S. Ioannis ad Fontes, & in Parochia S. Teclæ P. R. cui cohęret à parte via, à meridie hæredum qu. D. Ottonis Vicecomitis, & in parte illorum de Aliate, à ſero ſtrata, à monte hoſpitium credentiæ, & in parte de Toſcanis, & in parte de Nadinis, & in parte multorum aliorum; vlz. ſunt circumquaque prædictorum cohęrentiæ; quod hoſpitium fuit æſtimatum in libris mille quadringentis, ſiuè quatuor centum tertiolorum, vt dixerunt illæ partes, & quia pars hæc obuenta ſupraſcriptis DD. Maffeo, & Vberto, melior eſt alia parte ſuperiùs obuenta ſupraſcripto D. Petro, ipſe Vbertus remiſit dicto D. Petro Patruo ſuo libras quinquecentum tertiolorum, & ius eorum, quæ ſunt medietas librarum mille tertiolorũ, quos habuit ipſe Vbertus de dote, & occaſione dotis D. Alduxiæ vxoris ſuæ, quæ proceſſerunt in communem vtilitatem; demum, & de ipſa medietate fecit, & facit finem, & pactum de non petendo, & de non agendo vlteriùs, & totius ſui iuris remiſſionem ſupraſcripto D. Petro, & promiſit, & guadiam dedit ſe, & omnia ſua bona pignori obligauit ipſe D. Vbertus ſupraſcripto D. Petro, qui præſtabit indemnem D. Petrum ab ipſa D. Alduxia, & eius hæredibus de prædictis libris quinque centum tertiolorum omni tempore omnibus ſuis damnis, & expenſis, & ſine damnis, & expenſis

ſupra-

ſupraſcripti D. Petri. Vltrà hæc ipſi DD. Maffeus, & Vbertus debent, & tenentur, & promiſerunt, obligando omnia ſua bona pignori ſupraſcripto D. Petro, quòd dabunt, & ſoluent, & iungent ipſi D. Petro libras ducentas tertiolorum pro eo, quod pars eorum melior erat parte ſupraſcripti D. Petri de libris ſeptingentis tertiolorum, & hæc cum omnibus expenſis, & damnis, quæ fient, vlz. paſſus fuerit pro prædictis den. petendis, & exigendis. Item retinuerunt, & retinent in communi caſinam, & poſſeſſiones de Caſorate quon. D. de Montecucho, & pratum quod habent in contratis de Monte Louario, & alias domos, quas habent in Ciuitate Mediolani, & alia bona immobilia, quæ non ſunt ſuperiùs determinata in inſtrumento, & nomina ſuorum debitorum. Item actum eſt, & agitur inter eas partes, quòd dictus D. Petrus pro medietate, & dicti DD. Maffeus, & Vbertus fratres pro alia medietate debent, & tenentur ſoluere, & ſuſtinere fodras, & omnia eius Communis Mediolani impoſita, & imponenda, quouſq; inuentaria denuò facta fuerint, & publicata erunt per Commune Mediolani. Eo tenore, quod vtraq; pars cum ſuis hæredibus, & cui dederint habeat, & teneat, & poſſideat ea omnia, quæ ei in parte obuenerunt, & de eis omnibus faciat quidquid voluerit, ſine alicuius contradictione; & ceſſerunt, dederunt, & mandauerunt ipſæ partes viciſſim vna alteri, & altera alteri omnia iura, & omnes actiones, & rationes eis viciſſim competentia, & competentes modis omnibus in prædictis, & ſuper prædictis bonis, & rebus alteri parti in diuiſionem obuentis, & contra quaſcunq; perſonas, & res pro prædictis, vel eorum occaſione. Et volentes dictæ partes viciſſim dominium, & poſſeſſionem ſupraſcriptarum rerum alteri parti obuentarũ ſuperius in ipſam alteram partem transferre, dare, & relinquere, conſtituere, ſe tenere, & poſſidere, vel prædictas res alteri parti obuentas nomine alterius partis, & pro ea volentes miniſterio ſuo ipſam alteram partem ſuum conſtituere, & facere poſſeſſorem, vel quaſi, cui poſſeſſioni, vel quaſi dominio confeſtim renunciauerunt, & ſe abſentes exinde fecerunt, vt alteram partem ſuum miſſum, & procuratorem in rem ſuam fecerunt, & conſtituerunt, & eam per omnia in ſuum locum poſuerunt, & promiſerunt, & guadiam dederunt, & ſe, & omnia ſua bona pignori obligauerunt viciſſim vna pars alteri, & altera alteri, dictus D. Petrus ex vna parte, & prædicti DD. Maffeus, & Vbertus ex alia, quòd defendent, & guarentabunt, & viciſſim, & ſuis hæredibus, & cui dederint, prædictas omnes res, & iura diuiſas, & diuiſa omni tempore, ab omni perſona, Collegio, & Vniuerſitate communibus expenſis, & damnis, & quòd ſoluent, & ſuſtinebunt fodra, & onera Communis Mediolani. Secundùm, quod ſuperius dictum eſt, & illa pars, quæ non attenderet, & non obſeruaret vt ſupra, reſtituet alteri parti omne damnum, & diſpendium, quæ proinde fecerit, aut paſſa fuerit. Prætereà vtraq; pars recipiunt in ſe dominium, & poſſeſſionem ſupraſcriptarum rerum alteri parti obuentarum in defenſione, & ad defenſionem rerum ſibi obuentarum; ita quod ſi res ſibi obuentæ euincerentur in toto, vel in parte, quòd habeat regreſſum ad alias res alteri parti obuentas, pro vt natura diuiſionis requirit. Etſi agi contigerit de prædictis renunciauerunt ambæ partes omnibus ferijs viciſſim, & dilationibus cauſarum, & cuilibet interdicto earum, & quod dare non poſſint ſibi viciſſim in ſolutum cartas, vel notas debiti Communis Mediolani. Renunciando omnibus ſtatutis, conſilijs, & ordinamentis factis, vel faciendis per Commune Mediolani, ſeu per aliam perſonam in contrarium, & ſtatuto paraticorum, & beneficio eiuſdem. Item prædicti DD. Petrus, & Maffeus, & Vbertus Dei amore, & in remedio animarum ſuarum manumiſerunt, & francam fecerunt Ca-

ſtellinam

Digitized by Google

Rellinam ſeruam ſuam, & filiam Amici Todeſchi, & Benuenutæ Vxoris ſupraſcripti Amici, omni modo, & iure, quo melius poſſunt. Actum in Hoſpitio Mediolani obuento ſupraſcriptis DD. Maffeo, & Vberto, præſente Deceſalue de Fera, & Galuaneus fil. qu. Vberti Stampæ Not., & inde plura inſtrumenta vno tenore fieri rogata ſunt. Interfuerunt ibi teſtes D. Comes Ottorinus de Curtenoua fil. qu. Comitis Ægidij, & D. Guarnerius fil. qu. Roglerij de Solbiate de loco Solbiate, & Baldus fil. qu. Boxij de Solbiate de ipſo loco, & Aicardus filius eius.

Subſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Bonaicreus fil. q. Ioannis Pagnani Ciuis Mediolani Contratæ Verzarij Not. tradidi, & ſubſcripſi.

Subſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Stephanus Zonora fil. q. Ottobelli Ciuis Mediolani Contratæ Verzarij Not. iuſſu ſupraſcripti Not. ſubſcripſi.

Anno 1335. Nos Azo Vicecomes Mediolani, Cumarum, Pergami, Cremonæ, Laudæ, Vercellarum, Dominus Genuę, &, omni modo, & iure, quibus meliùs poſſumus expreſsè, & ex certa ſcientia ratificamus, approbamus, & præſentium tenore confirmamus infraſcriptam noſtram abſolutionem, mandatum, & gratiam ſigillatam, & ſubſcriptam ſicut inferiùs declaratur. Mandantes vniuerſis Executoribus, Iuſdicentibus, Exactoribus, Datiarijs, & cæteris Officialibus Communis noſtri Mediolani præſentibus, & futuris, quatenus ipſam noſtram abſolutionem, immunitatem, & gratiam inuiolabiliter obſeruent in omnibus, ſicut iacet, relaxando Captiuos, & pignora detentos, & robata infra dictis, vel aliquibus eorum, occaſionibus aliquorum ex illis omnibus, quæ in infraſcripta immunitate continentur, & à quibus per eam ſunt exempti, & hæc non obſtante aliquo ſtatuto, prouiſione, dato, vel aliquo alio in contrarium facto, vel fiendo &c. cuius quidem immunitatis, & gratiæ tenor ſequitur in hæc verba.

Nos Azo Vicecomes Ciuitatum, & Diſtrictuum Mediolani, Pergami, Cremonæ, Vercellarum, & Dominus Genuæ. Viſis, & examinatis per Bonicontium Officialem noſtrum, & Ottinum de Octabellis Cancellarium noſtrum certis priuilegijs olim factis, & conceſſis per bonæ memoriæ D. Conradum Dei gratia Romanorum Regem Secundum, cuidam Othono fil. VVidonis Vicecomitis de curte, ac iuribus, & iuriſdictionibus pertinentibus ipſi Curiæ, tam in Mediolanenſi Archiepiſcopatu, quam in Nouarienſi Epiſcopatu de Curte Maxini, & eius pertinentijs, & quadam ſententia lata per D. Petrum de Roxerijs olim Iudicem, & Vicarium Dñi Mediolani, ac etiam quòd Cõmunia, & homines de Albuzago, & Monzago tam nobiles, quàm vicini de ipſa Curte conſueti non ſunt ſoluere, nec ſuſtinere onera, ſeu factiones, realia, vel perſonalia cum Communi Mediolani. Ipſa Communia, & homines, auctoritate, & bailia, quibus fungimur, abſoluimus, & pro abſolutis eſſe volumus à præſenti talea nuper impoſita per Commune Mediolani, & ab omnibus alijs oneribus impoſitis, & imponendis de cætero, ſicut, & quemadmodum in ipſo priuilegio, & ſententia pleniùs videtur contineri. Mandantes vniuerſis Officialibus Communis Mediolani præſentibus, & futuris, quatenus ſupradictos pro præfata præſenti talea, alijſq; oneribus ſupraſcriptis, non moleſtantes eiſdem præſentem conceſſionem noſtram, debeant in omnibus inuiolabiliter obſeruare ablata quælibet, & detenta, propterea liberè relaxando, non obſtantibus aliquibus ſtatutis, prouiſionibus, vel ordinamentis loquentibus in contrarium, quibus in quantum præmiſſis obuiarent expreſsè, & ex certa ſcientia volumus eſſe derogatum. In cuius rei teſtimonium has præſentes conſcribi iuſſimus, no-

Digitized by Google

ſtrique ſigilli munimine roborari. Dat. Mediol. die Martis vndecimo Aprilis, milleſimo trecenteſimo trigeſimo quinto, tertia Indictione.

Ego Otho de Oſtabellis Cancellarius Domini prædicti eius mandato ſubſcripſi, in cuius noſtræ ratificationis teſtimonium has præſentes litteras conſcribi iuſſimus, noſtriq; ſigilli munimine roborari. Dat. Mediolani die vigeſima tertia Iannarij, milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſexto, quarta Indictione.

Subſcript. Ego Ioannes de Valderario Notarius prædicti D. Azonis eius mandato me ſubſcripſi, & ſigill.

22.

Vnno 1206. ANno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſexto die primo Iunij Indictione decima in Curte Maxini, ſcilicet in Eccleſia S. Michaëlis, coram Laurentio de Cartarijs, & Arditio de Caſſola, & Raynerio Nigro teſtibus r..is, & vocatis &c.

Raynerius Vicecomes, & Galdinus fil. qu. Petri, & Aldericus Vicecomes frater dicti Petri, & fil. qu. Vberti de Mazza, Lantelmus Vicecomes, Azo, & Vgo fratres Lantelmi fil. qu. Ruglerij, & DD. Ottho, Vbertus, & Eriprandus, & Ioannes fratres Vicecomites fil. qu. D. Otthonis vti maior pars Dominorum Curtis Maxini, ac Deſcendentium qu. Otthonis Militis confirmauerunt, & rata habuerunt omnia, quæ continentur in Inſtrumento facto Mediolani in Eccleſia S. Teclæ rog. per Carolum de Oxio anno præſente, die 3. Maij, tamquam ſi de verbo ad verbum in præſenti pagina legeretur, ſicuti cum iuramento promiſerunt in cartam procurationis factæ ſimiliter præſente anno, die vndecima Aprilis in Venerabiles Dominos Otthonem de Mandello, Vbertum Pirouanum, Miroaldum Vicecomitem ſuperſtes ſubſtantiæ S. Mariæ Maioris, & Ordinarios traditam Maxini per me infraſcriptum Notarium, declarantes, & proteſtantes omnia per præfatos eorum Miſſos, ſeu Nuntios, vel Procuratores, eſſe benefacta, & nihil eſſe in dicto Inſtrumento immutandum, tàm de permutatione bonorum Lexiæ, quàm de ceſſione Iurium Venzagalli ſuperioris, & eorum Eccleſijs pro completa ſolutione, ac liberatione annuæ penſionis, ſeù libelli impoſiti anno præterito, anno milleſimo octuageſimo, Indictione tertia per qu. D. Otthonem Vicecomitem ſoluendæ per ſuos Deſcendentes Eccleſiæ S. Teclæ Mediolani, ſicuti in dicto Inſtrumento inde facto clarius continetur. Et cum ſit, ſicut per dictos Dominos Vicecomites conuentum, & deliberatum fuit, rogatus, præſens Inſtrumentum feci, & ſubſcripſi &c.

Subſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Bernardus de Angera Notarius filius Henrici, habitator Lexiæ, hoc Inſtrumentum feci, ſcripſi, & rogatus tradidi &c.

Subſcriptum cum alio ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Lanzarolus de Dexio Notarius prædictis interfui, & iuſſu præfati Notarij ſubſcripſi, & roborari &c.

In

Digitized by Google

22.

Anno 1223. IN nomine Domini, Anno Incarnationis eius milleſimo ducenteſimo vigeſimo tertio die Mercurij tertio menſis Auguſti, Indictione vndecima. In loco Gulaſiccæ. Nobilis D. Martinus de Capitaneis de Arexio filius quon. Domini Alexij P.V.P. S. Ioannis ſupra Murum Mediolani fuit contentus, & confeſſus, & confitetur habuiſſe, & recepiſſe, & quòd ibi præſentialiter habuit, & recepit à Ser Vgone Guazano filio emancipato Ser Azonis de Gulaſicca, qui modò habitat in Monte Surdo, ibi præſente, & ſtipulante, ac dante, & ſoluente libras quindecim, ſoldos quinque, & Imperiales, ſeu denarios nouem tertiolorum pro plena, & completa ſolutione, & integra ſatisfactione totius ficti ſimplicis hinc inde curſi, & maturati tertiæ partis Decimæ loci Gulaſiccæ, de qua decima dictus Ser Azo fuerat inueſtitus à Nobile, & Generoſo Domino Vberto Vicecomite Ciue Mediolani per publicum Inſtrumentum Inueſtituræ nouennalis traditum, & ſcriptum per Iacobum Oliuerium Notarium de loco Somæ Anno milleſimo ducenteſimo ſeptimo, die vltimo Decẽbris, Indictione decima. Quas quidem pecunias, ſeu libras quindecim, ſoldos quinque, & Imperiales, ſeu denarios nouem tertiolorum præfatus Dominus Martinus Arexius dixit recepiſſe procuratorio nomine, & vice Nobilis, & Ingenuæ Dominæ Anaſtaſiæ dictæ Bertæ de Pirouano relictæ prædicti quondam Domini Berti Vicecomitis, vti vſufructuaria redditūum, & fructuum percipiendorum ex locis Gulaſiccæ, & Courezæ, quæ fuerant per eum poſſeſſis. Renunciando ipſe Dominus Martinus nomine dictæ Dominæ Bertæ, & ipſe Hugo nomine proprio, exceptioni non numeratæ, datæ, & acceptæ dictæ pecuniæ dictã de cauſa, & non factæ huius confeſſionis, omnique probationi, & defenſioni in contrarium. Actum in prædicto loco Gulaſiccæ, præſente Ser Iacobo Iudice Notario loci Somæ Pronotario. Interfuerunt ibi teſtes Ser Guigo Guazzonus filius quon. Ser Bonomi, Antonolus filius quondam Ioannis, & Laurentius filius Ser Oliuerij, omnes de ipſo loco Gulaſiccę, idonei vocati, & rogati &c.

Subſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Miranus, qui dicor Bogia, Notarius Imperialis Ciuitatis Mediolani filius quondam Rufini contratæ S. Sixti Portæ Ticinenſis rogatus ſcripſi, tradidi, & ſubſcripſi &c.

23.

Anno 1115. ANno ab Incarnatione Domini Noſtri Ieſu Chriſti milleſimo centeſimo decimo quinto, vltimo menſis Ianuarij, Indictione nona. Conſtat nos Amabilia, & Manfredus Iugales, & f. q. Paſſamontis dicti de Settara, atq; Lanfrancus eius filius, & Mitilda Iugales eius, qui profeſſi ſumus legi viuere Salicæ, conſentiente nobis, qui ſupra Lanfranco, ipſo Manfredo genitore meo, & mihi, qui ſupra Mabilia, Guidone, qui dicitur Stampa, patre meo legi viuente Salicæ, & mihi item, qui ſupra Mitildæ, Lucretia, quæ fuit filia bonæ memoriæ Vgonis Comitis, qui dicebatur de Stampa, ex natione propria legi viuente Salicæ, ſed pro quon. Comite Othone, qui dicebatur Vicecomite, patre meo, marito ſuo, legem profiteri videtur Longobardorum matre mea, & etiam Eliprando fratre meo lege ſua viuente Longobarda, laudantibus etiam ipſis Iugalibus noſtris, à quibus nullam patimur violentiam, accepiſſe ſicud & in præſentia teſtium manifeſti ſumus, quòd accepimus à vobis Frogerio, & Petro,

tro, ſeu Lutprando Germanis, & filijs qu. Aſtulfi, qui dicebatur Iſimbardus, legi viuentibus Longobardicæ, omnes de iſta Ciuitate Mediolani, argenti puri denariorum bonorum libras centum tredecim, ſoldos decem finito pretio, ſicut inter nos conuenit pro noſtra portione de Caſtro Romanore, & pro omnibus alijs, & rebus territorijs iuris noſtri, quas habere viſi ſumus in iſto loco, & fundo Romanore, & in Aroſio, atq; in eorum territorijs tàm diuiſis, quàm indiuiſis, & paſcuis, cum omni ficto, & diſtrictu, atq; amiſcere, & vſu, honore, omnia in integrum, & quidquid nobis pertinet in ipſis locis, tàm in Caſtro, quàm de foris in eorum territorijs in integrum. Quas autem omnes res ſuperius dictas, cum ſuperioribus, & inferioribus, ſeu confinibus, & acceſſionibus ſuis in integrum ab hoc die vobis, qui ſupra Frogerio, & Petro, atq; Lutprando pro iſto pretio, & per hanc cartulam vendimus, tradimus, & mancipamus, & nulli alij venditis, donatis, obnoxiatis, vel traditis, niſi vobis, & iuxta legem noſtram per cultellum, feſtucum nodatum, ſeu vuantonem, atque vuaſonem terræ, ſeu frundam arborum vobis qui ſupra, emptoribus noſtris de prædictis rebus facimus legitimam traditionem, & inueſtituram, & nos exindè foris vuarpimus de noſtro iure, & in veſtro iure transferimus poteſtatem, & vos inde inueſtitos relinquimus habendum, & tenendum, atq; faciendum exindè à præſenti die vos, & cui vos dederitis, veſtriq; hæredes iure proprietario nomine quidquid volueritis ſine omni noſtra, & hæredum, ac prohæredum noſtrorum contradictione, ea libertate, qua per quon. Eritprandum fuerunt tradita Monaſterio S. Mariæ Maioris iſtæ Ciuitatis pro renouanda eius Eccleſia, & ſicut Venerabilis Gierichilda, ſeu Giſla Abbatiſſa prædicti Monaſterij iam dicto Paſſamonti Patri, & Auo noſtrorum, qui ſupra, vendidit; ſi quis verò, quod futurum eſſe non credimus, ſi nos ipſi Iugales, quod abſit, aut vllus de hæredibus, ac prohæredibus noſtris, ſeu quælibet noſtra perſona quandocunq; contra hanc cartulam venditionis ire, aut eam infrangere, quod ſcierimus, vel ſi ab omni contradicente non defenſauerimus, tunc in duplum vobis iſtas omnes res qualiter ſuperiùs leguntur reſtituamus ſicut pro tempore melioratæ fuerint ſub extimatione in conſimilibus locis, & inſuper inferamus vobis qui ſupra emptoribus noſtris, componere mulctam auri optimi vncias decem argenti pondera viginti, & quod repetierimus vindicare non valeamus, ſed præſens hanc cartulam venditionis omnibus temporibus firma, & inconuulſa permaneat cum ſtipulatione ſubnixa, & pergamena cum atramentario de terra leuauimus, & Aldonem Notarium ſcribere rogauimus, in qua ſubtus confirmans teſtibus obtulit roborandum. Actum in iſta Ciuitate Mediolani.

Cum ſignis manuum iſtorum Manfredi, & Lanfranci patris, & filij, ſeu Mabiliæ Coniugis ipſius Manfredi, & Mitildis Coniugis dicti Lanfranci, qui hanc cartulam venditionis fieri rogauerunt, & ipſis Iugalibus eorum conſenſerunt, atq; Lucretiæ, quæ Mitildæ filiæ ſuæ, aſſenſum ad hanc cartulam venditionis conſentiendi auctoritatem dedit, atq; Elitprandi, qui item aſſenſit.

Cum ſignis manuum Luitardi dicti Moroni, Lenonis de Arconate, Attonis de Rode, Pelegrini de Aroxio, atq; Gillij de Romanore legi viuentium Salicæ, & Longoni Burri Teſtium.

Cum ſigno manus Guidonis dicti de Stampæ, qui Mabiliæ filiæ ſuæ conſenſit.

Subſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Aldo Notarius Sacri Palatij ſcripſi, poſt traditam compleui, & dedi.

Iterum ſubſcriptum vt ſupra. Ego Dodo Iudex interfui, & laudaui, ac confirmaui, & ſubſcripſi.

In

Anno 1115. In Dei nomine Amen, Anno à Natiuitate Ieſu Chriſti milleſimo centeſimo decimo quinto, die vltimo Ianuarij, Imperante D. Henrico Auguſto, eius Imperij anno quarto, Indictione nona. Cum nos Frogerius, & Petrus, atq; Luitprandus, qui dicimur Iſimbardi, habuerimus notitiam donationis iam factæ à qu Comite Eriprando dicto Vicecomite iſtius Ciuitatis Mediolani Venerabili Monaſterio Sanctæ Dei Genitricis Mariæ ædificato in iſta Ciuitate, vbi dicitur ad Palatium intus Vineam, in remedium animæ eius de medietate Caſtri de Romanore, & de bonis ſibi ſpectantibus, tàm in territorio dicti loci, quàm in diſtrictu Curtis Aroſij, ei prouenta ex hæreditate D. Mitildæ olim vxoris bonæ memoriæ qu. Comitis Amizonis Aui ſui, cum omni iuriſdictione, qua ipſa Comitiſſa eà poſſidebat per conceſſionem Inuictiſſimi Imperatoris Othonis Auguſti eius conſanguinei, vt de eorum fundo, ſiue pretio reædificaretur labentem Eccleſiam dicti Monaſterij. Scientes etiam dicta bona certo pretio fuiſſe vendita per D. Giſlam qu. Abbatiſſam Paſſamonti dicti de Settara, reſeruata tantùm ſibi ſuperioritate. Scientes etiam dictum Monaſterium plenam habere iuriſdictionem, ac liberum dominium dictæ Curtis Aroſij, & in eius territorio ex donationibus per eundem Comitem Eritprandum, & eius Maiores dicto Monaſterio factis; conſiderantes etiam ineffabilem Dei miſericordiam promiſiſſe benefactoribus ſuis centuplicam retributionem, & inſuper æternæ vitæ poſſeſſionem perfrui. Ideo nos, qui ſupra, Frogerius, Petrus, & Luitprandus f. qu. bonæ memoriæ Nobilis Viri Aſtulfi, qui dicebatur Iſimbardus, Ciues iſtius Ciuitatis Mediolani ex natione noſtra lege viuentes Longobarda, manifeſti ſumus, quòd hodie redemimus pretio librarum centum tredecim, & ſolidorum decem denariorum argenti puri de manibus Manfredi, & Lanfranci eius filij dicti de Settara, conſentientibus Dominabus eorum Iugalibus, omnia prædicta bona per dictam Abbatiſſam dicto Paſſamonti Patri, & Auo iſtorum venditorum vendita, apparente cartula venditionis factæ coram Dodone Iudice, & traditæ per Aldonem Sacri Palatij Notarium, qui eam ſubſcripſerunt. Eaq; ſic liberata, & in ius noſtrum redacta per hanc cartulam, quam ſuper Altare Beati Martyris Mauritij Patroni noſtri offerimus tibi Venerabili D. Victoriæ dicti Sacri Monaſterij, nunc S. Mauritij, & Maioris nuncupati ad beneficium omnium Monialium in eo Deo caſtè inſeruientium, donamus, & irreuocabiliter, ac liberaliter largimur, vnà cum ipſa venditionis cartula, ità vt perpetuò prædicta omnia, ſicut ſupra donata, permaneant in poteſtate dicti Monaſterij, quam donationem liberam fecimus, & facimus abſq; alio onere, niſi vt quotidie in Choro, poſt Completorium, cantetur Salutatio Angelica pro ſalute animarum noſtrarum, & ſanitate Petri Mauritij Infantuli filij mei, qui ſupra, Petri. Et quia Aliſia filia mea qui ſupra Frogerij Sancto Spiritu inflammata vult in dicto Monaſterio perpetuò Deo inſeruire, vt tam piam ſuam voluntatem commodiùs adimplere poſſit, per præſentem cartam tibi, quæ ſupra, Abbatiſſa, & Monaſterio prædicto donamus, concedimus, & ad perpetuò habendum tradimus, ac benigniter largimur manſa duo terræ, quæ fuerunt qu. D. Luitgardæ filiæ bonæ memoriæ iam dicti Comitis Eliprandi, ac matris noſtrorum, qui ſupra donatorum, & ſunt in territorio Buguntij, ibi vbi dicitur Campo laſſo, & ad Campum lungum, cum omnibus eorum iuribus in integrum; ità tamen, vt ad vtilitatem tantùm dictæ D. Aliſiæ in eodem Monaſterio ſacratæ, donec vixerit, permaneant, volentes inſuper, quòd poſt mortem eius liberè remaneant ſub poteſtate Abbatiſſæ, quæ pro tempore præerit dicto Monaſterio ad beneficium omnium Monialium eius, abſq; vlla contradictione in remedium animarum

no-

noſtrarum,& parentum noſtrorum. Et hæc omnia cum ſtipulatione ſubnixa, quòd prædicta omnia perpetuò ſint, & permaneant in prædicto Monaſterio; ità vt nulla perſona cuiuſuis conditionis magna, vel parua poſſideat bona in prædicto territorio Aroſij, in cuius iuriſdictione comprehenduntur Caſtrum prædictum de Romanore, ac medietas territorij de Bugonzo; quapropter omnem alienationem prohibemus, quæ ſi facta fuerit, irrita, & caſſa, ac nullius valoris, ità vt irrita, & nulla perpetuò permaneat. Mandantes omnia, quæ ſupra, inuiolabiliter obſeruari, quia ſic decreuit noſtra bona voluntas. Actum ante Altare Glorioſi Martyris S. Mauritij in Eccleſia dicti Monaſterij, cuius Aduocati ſumus, Amen.

Cum ſignis manuum iſtorum Frogerij, & Petri, ſeu Luitprandi fratrum filiorum bonæ memoriæ D. Aſtulſi, dicti Iſimbardi, qui hanc donationem fecerunt, & hanc cartulam fieri rogauerunt.

Cum ſignis manuum Manfredi, & Lanfranci patris, & filij dicti de Settara, qui præſenti donationi adfuerunt, ac laudauerunt.

Cum ſignis manuum Luitardi dicti Moroni, Lezonis de Arconate, Attonis de Rode, Plegri de Aroxio, atq; Gilij de Romanore, & Longoni Burri Teſtium.

Subſcr. cum ſigno antepoſito. Ego Dodo Iudex, & Miſſus D. Henrici Imperatoris interfui, laudaui, & ſubſcripſi.

Iterum ſubſcriptum vt ſupra. Ego Aldo Notarius Sacri Palatij ſcripſi, poſt traditam compleui, & dedi.

Anno 1149. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quadrageſimo nono, pridie Calendarum Nouembris, Indictione tertiadecima. Eccleſiæ, & Monaſterio, qui dicitur Maiori conſtructo in iſta Ciuitate, vbi dicitur intus Vineam. Ego in Dei nomine Alaſia relicta quon. VVidonis Comitis, qui dicebatur Vicecomes de iſta Ciuitate Mediolani, quæ profeſſa ſum lege viuere Longobardorum, præſentibus dixi, Quiſquis Inſign., atque Venerabilibus Locis ex ſuis aliquid contulerit rebus iuxta Saluatoris vocem in hoc ſæculo, Centuplum accipiet. Et inſuper, quod melius eſt, etiam vitam poſſidebit æternam. Et ideo Ego, quæ ſuprà Alaſia, de conſenſu Rogerij, & Otthonis filiorum meorum, & coram Vberto Comite Iudice, & Miſſo D. Regis dono, confero, & trado in perpetuum in prænominato Monaſterio Maiori præſenti die, & hora ad habendum, & tenendum; ideſt totam terram iuris mei, quam viſa ſum habere in loco, & fundo Cerclati, & in eius territorio omnia in omnibus in integrum; faciendum exinde Abbatiſſa, & Officialis iſtius Monaſterij, qui pro tempore fuerint, ad vtilitatem ipſius Monaſterij quidquid voluerint, pro remedio, & mercede animæ meæ, & quon. Comitum patris, fratris, & mariti, ac matris meorum, quia ſic decreuit mea bona voluntas. Actum in Eccleſia ipſius Monaſterij. Amen.

Cum ſigno manuum iſtius Alaſiæ, quæ hanc cartam vtſupra fieri rogauit, & in eam manum poſuit.

Cum ſignis manuum Rogerij, & Otthonis fratrum dicti Vicecomitis, qui prædictæ Dominæ Alaſiæ Matri eorum conſenſerunt.

Ego Vbertus, qui dicor de Settara, Comes Sacri Palatij, Iudex, & Miſſus D Conradi Regis laudaui, & ſubſcripſi.

Cum ſignis manuum Alberti Cottæ, Oſſæ de Oſſis, Anfoldi filij Petri da S. Martino, & Ambroſij da Concoretio Teſtium vocatorum.

Subſcr. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Otto Iudex, ac Miſſus D. Regis hanc donationis cartam ſcripſi, poſt traditam expleui, & dedi.

Iterum ſubſcript. vt ſupra. Ego Milo Iudex Sacri Palatij interfui, & ſubſcripſi

Die.

Digitized by Google

24.

Anno 1182. DIe Sabbati ſexto die menſis Nouembris in Broileto Conſulario Mediolani. Sententiam protulit Stephanus Mendotius Conſul Mediolani, & cum eo Otto Vicecomes ſimiliter Conſul ſocius eius, conſilio quoque aliornm ſociorum ſuorum de lite, quæ vertebatur inter Muſſonem, qui dicitur Cagainſtario de Ciuitate Mediolani, & ex altera parte Arnaldum de Terzago, & filios eius de iſta Ciuitate, lis talis erat. Poſtulabat ipſe Muſſo, quatenus iam dictus Arnaldus de Terzago, & filij eius dent ſibi ſub Sacramento totam blauam, quam habuerunt occaſione decimationis de infraſcripta terra Oſtachi de Cruce, quæ iacet in territorio de Beſate, & dicitur in Riuaria, & fuit quon. Ogerij. Prima petia dicitur ad Riuaziam à mane Iacobi de Terzago, à meridie Frogerij de Furno, à ſero Monaſterij de Beſate, à monte Guelfi de Beſate; Alia petia eſt ibi propè, à mane, & à meridie iſtius Monaſterij, à ſero Girardi Arduini, à monte iſtius Guelfi; Tertia petia eſt ibidem à mane, & à meridie, & à ſero Ioannoni filij q. Pauari, à monte illorum de Marciano. Quarta petia eſt ibi propè à mane Dunioſi de Bubiano, à meridie, & à ſero iſtius Guelfi, à mōte iſtius Monaſterij, & in parte Gulielmi, & Morſi Alcarde de Beſate, & in parte Ruſtici de Eccleſia de Bubiano. Quinta eſt Cāpus de Goreta, à mane, & à ſero Beroldi filij Frogerij de Furno, à meridie, & à monte iſtius Monaſterij. Sextæ petiæ cohęret à mane iſtius Dunioſi, à meridie iſtius Ioannoni, à ſero iſtius Iacobi, & in parte iſtius Beroldi, à monte S. Ambroſij de Bubiano. Septimæ petiæ à mane iſtius Monaſterij, à meridie via, à ſero hæredum Petri Marcelli, à monte iſtius Beroldi. Octauæ petiæ à mane Icuſſiroli, à ſero iſtius Iacobi, à monte via, quia decimam prædictarum terrarum ſuam fore proponebat. E contra præfatus Arnaldus prædictam decimam non ad iam dictum Muſſonem pertinere, quia non de Territorio Beſate, ſed de Territorio loci, qui fuit antiquitus Oronno, cuius Territorij vniuerſitas decimationis ad ſe pertinebat fore reſpondebat, quod Territorium Oronno ſuum eſſe per decimationem nitebatur oſtendere per quoddam publicum inſtrumentum notitiæ factum ſuper diſcordia, quæ vertebatur inter Presbyterum Brunolium de Caſonate, & ipſum Arnoldum, deciſa per Presbyterum Ioannem Vegium, & Buſcum de Terzago, & etiam ſuper iure Territorij, & ſuper eo, quod prænominatæ petiæ ſint de Territorio Oronno, multos produxit teſtes, qui viſi ſunt Conſulibus ſuffici minùs ſufficientes. Muſſo verò, quòd decimatio Territorij de Oronno ſit prædicti Arnaldi non confitebatur, & etiam dicebat quòd prænominata ſententia non non debebat ei nocere, quia res inter alios acta fuerat, & maximè cum plures campi, iuxta Eccleſiam de Oronno conſtituti inuenti ſint à Conſulibus, qui ipſam diſcordiam viderunt de decimatione præfati Muſſonis, pro vt etiam ipſe Arnaldus fuit ipſe profeſſus. Allegabat inſuper Muſſo, quòd etſi iam dicti campi deuenti in Territorio iam dicti fuiſſent inuenti, tamen de ſua decimatione ſunt, quia per longiſſimum tempus ſuo nomine, & nomine ſuorum Anteceſſorum fuerat collecta, quod multis teſtibus probauit idoneis. His ita peractis tunc prædictus Stephanus iuſiurandum detulit prædicto Muſſoni, vt iuret decimam prænominatarum terrarum petiarum terræ ſuam fore, nec ad iam dictum Arnaldum in toto, vel in parte pertinere, qui ſtatim ſic iurauit, & illico Stephanus iurare fecit Arnaldum, vt totam illam, quam collegerat huius anni groſſi, & minuti de prædictis petijs blauam, nomine decimæ det, & conſignet prædicto Muſſoni, vel ſuo Miſſo infra quindecim dies in loco Beſate, & iuſſit eidem Arnaldo, vt de ipſa decimatione prædictorum camporum amplius

Digitized by Google

pliùs ſe non intromittat, ſed Muſſonem quietè ipſam colligere permittat; & ſic finita eſt cauſa, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo octuageſimo ſecundo, iſto die, Indictione prima.

Interfuerunt Manfredus Vicecomes, Analdus de Puteobonello, Malconadus Barbararius, Albertus Longus, Amizo de Modoetia, Arnaldus Gallarate, Ariprandus Murigia, Petracius de Buſſolo, Gulielmo de Gallarate. De ſeruitoribus Truſauacca, Stephanus Liprandi.

Subſcripta cum aliquibus ſignis antepoſitis.

Ego Stephanus Mendotius Conſul iudicaui vt ſupra, & ſubſcripſi.

Ego Gulielmus Iudex, & Conſul ſubſcripſi.

Ego Mediolani Conſul ſubſcripſi.

Ego Rogerius Bonafides Iudex ſubſcripſi.

Ego Petratius Iudex, qui dicor de S. Calocero, vice Ottonis Zeudodarij Conſulis qui Reip. cauſa abeſt, & eius mandato ſubſcripſi.

Ego Vgo, qui dicor de Caſtagnianega, Sacri Palatij Notarius ſubſcripſi &c.

25.

Anno 1320. ANno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo tertio, die Sabbati, qui eſt quartus decimus ante Kal. Nouembris, Indictione ſeptima. Inueſtiuit per maſſaritiam ad benefaciendum, & ad benè colendum Presbyter Petrus Miniſter, & Officialis Eccleſiæ S. Mariæ de Maxino ſit. in Caſtro de Maxino nomine eiuſdem Eccleſiæ, ibiq; adſtante, & laudante, & confirmante D. Othone Vicecomite filio qu. Ser Guilielmi Vicecomitis Aduocato ipſius Eccleſiæ, Ardicionem Teſtam de loco Lexiæ, & Martinum della Fracta de Solcio. Nominatiuè de omnibus illis Territorijs, vlz. campis, pratis, ſyluis, vineis, nemoribus, ſediminibus cum omnibus ędificijs, & leuamentis eorum, zerbis, guaſtis, cultis, & incultis, diuiſis, & indiuiſis, vſibus, aquis, aquarumque ductibus, paſculis, & vicanalibus omnibus, & ex omnibus ad ipſas res pertinentibus, ſiuè deſuper ſe habentibus, quas Milanus de Volucribus, de Cuiui, & Maria vxor eius habuerunt, & tenuerunt per ipſam Eccleſiam in locis de Cuiui, & de Solcio, & de Lexia, & in eorum Territorijs, ſiuè pertinentijs, & etiam in toto monte Vergantis, quæ verò res Territorij fuerunt Dominorum de Colonia de loco Stationæ, quas Clerici, & Canonici eiuſdem Eccleſiæ acquiſiuerunt à prædictis Dominis de Colonia, ita, vt de cætero perpetualiter habeant, & teneant iam dicti Ardicio, & Maxinus cum ſuis hæredibus prædictas res omnes, Territoria, & faciant ex eis iure maſſaritij, quidquid voluerint faciendo, & dando eidem Presbytero, & ſuis ſucceſſoribus, nomine eiuſdem Eccleſiæ annuatim, medietatem muſti de prædictis vineis, & omni anno fictum de alijs Terris viginti, & duos Imperiales, & dimidium, & paſtum vnum octo hominibus de pane, & vino, & duobus ferculis carnium. Inſuper prædicti Ardicio, & Martinus conuenienter, vt promiſerant eidem Presbytero, nomine prædictæ Eccleſiæ, aſſignare de hinc in antea vineas de vitibus bona fide de hinc ad annos quinque proximè, & ab illis annis quinque in antea, non habuerint eas aſſignatas cōuenienter, ei dare ab illo termino in antea medietatē omnium fructuum, quos habuerint in ipſis vineis, ſcilicet de blaua, & vino, & fæno, alia ſuper impoſita inter eos exindè non fiant, & hanc inueſtituram recepit ipſe Presbyter Petrus nomine ipſius Eccleſiæ ab ipſis Ardicione, & Martino ſoldos triginta, & quinque Imper., ſicut ibi confitebatur, renunciando exceptioni

Digitized by Google

ceptioni non numeratæ pecuniæ, videlicet duo inſtrumenta vnius tenoris fieri rogauerunt, quia ſic inter eos conuenerunt. Actum Lexiæ, interfuerunt teſtes Bouus de Maxino, Ioannes Bellus fil. qu. Locarni, Ballionus de Giſlacolla, & Bernardus de Bixardo de Lexia. Ego Girardus de Buſco Notarius hanc cartam rogatus tradidi, & ſcripſi.

Signat. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Ioannes Iudex de Yſpida Authenticum huius exempli vidi, legi, & ſicut in eo continebatur, ſic & in ipſo legitur exemplo, præter literas plùs, minùſuè.

Subſcript. Ego Vbertus Notarius de Peſſana Authenticum huius exempli vidi, & legi, & exemplaui, & ſicut in eo continebatur, ſic & in ipſo legitur exemplo, præter literas plùs, minùſuè.

Subſcript. Ego Burgus de Rogerio Notarius Authenticum huius exempli vidi, & legi, & exemplaui, & ſicut in eo continebatur, ſic in iſto legitur exemplo, præter literas plùs, minùſuè.

Anno 1203. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo tertio die Martis, qui eſt vndecimus ante Kal. Nouembris, Indictione ſeptima in foro Angieriæ coram Guifredóto, Ardicio, & Frederico fratribus filij qu. Ser Girardi Traturni de Carcano teſtibus. Guiſcadus Vicecomes, Guido Vicecomes, Rainerius, & Caſtellanus, & Galdinus fratres ſupraſcripti Guidonis, Aldericus Vicecomes, Philippus filius qu. Onrici Vicecomitis, & Vbertus filius qu. Domini Ottonis Vicecomitis confirmauerunt, ratam, & firmam habuerunt inueſtituram, quam Presbyter Petrus Miniſter, & Officialis Eccleſiæ S. Mariæ de Maxino nomine dictæ Eccleſiæ fecerat per Maſſaritium ad benefaciendum in manu Ardicionis Teſtæ, & Martini della Fracta fratribus de omnibus illis rebus, quas Milanus de Volucribus de Cuiui, & Maria vxor eius habuerunt, & tenuerunt per ipſam Eccleſiam in locis de Cuiui, & de Solico, & de Lexia, & in eorum Territorijs, ſiue pertinentijs, & etiam in toto Vergantis, ſicut in Inſtrumento Inueſtituræ inde facto continetur, quia ſic inter eos conuenerunt. Ego Girardus de Buſco Notarius hanc cartam rogatus tradidi, & ſcripſi.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Ioannes Iudex de Yſpira Authenticum huius exempli vidi, & legi, & ſicut in eo continetur, ſic & in iſto legitur exemplo, præter literas plùs, minùſuè.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Vbertus Notarius de Peſſano Authenticum huius exempli vidi, legi, & exemplaui, & ſicut in eo continebatur, ſic in iſto legitur exemplo, præter literas plùs, minùſuè.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Burgius de Rogeio Notarius Authenticum huius exempli vidi, & legi, & exemplaui, & ſicut in eo continebatur, ſic & in iſto legitur exemplo, præter literas plùs, minùſuè &c.

26.

Anno 1184. IN nomine Domini. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo octuageſimo quarto, quinto Kalendas Nouembris, Indictione tertia. Cum Dominus Deus noſter moneat omnes dicens, Eſtote parati, quia neſcitis diem, neque horam quando Dominus veniet, cuius vox tanto magis reſonare debet in auribus eorum, qui in bona ſenectute ducti etiam valetudine laborant. Quapropter obediendo mandatis euangelicis iubentibus theſaurizate vobis theſauros in Cælo, vt etiam pro vobis dictum ſit venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Ideo ego Aldegunda filia

quondam bonæ memoriæ Domini Anſelmi Marchionis, & relicta bonæ memoriæ Domini Othonis dicti Vicecomitis Ciuitatis Mediolani lege viuen. Longobarda, conſentientibus nobilibus viris Dominis Vberto, & Ioannolo fratribus, qui dicuntur Vicecomites, filijs, ac Mundualdis meis, adſtante mihi, quæ ſupra Aldegundæ, etiã Ledaldo, qui dicitur de Senago, Notario, & Miſſo Domini Henrici Imperatoris, præſenti die, & hora iudico, trado, & lego in remedium, & pro mercede animarum patris, & matris, ac iugalis, omniumque deſcendentium meorum Eccleſiæ, ſeu Monaſterio S. Simpliciani poſito propè Ciuitatem Mediolani, vbi iubeo humari cadauer meum; ſcilicet omnes terras iuris mei tam campos, quam prata, & vineas, quas habere viſa ſum ibi, vbi dicitur ad prata de Centenario non longè ab hac Ciuitate Mediolani, cum omnibus eius iuribus, & pertinentijs qualicunque ſint in integrum; ita vt Abbas, ſeu Rector, qui pro tempore præerit dictæ Eccleſiæ, ſeu Monaſterio, poſſit, vel poſſint de prædictis bonis, & eorum fructibus liberè diſponere in, & ad vtilitatem dictæ Eccleſiæ, & Monaſterij. Cum hac tamen conditione, quòd omni die ſacrum Miſſæ celebrare faciant in remedium animæ meæ, omniumque qui ſupra defunctorum meorum; quod ſi non fecerint, prædicta omnia reuertantur in poteſtatem hæredum meorum, qui tamen dictum onus adimplere teneatur in perpetuum, quia ſic decreuit, & ſtatuit mea bona voluntas. Et vt præſens meum iudicatum perpetuis temporibus firmitatem habeat, antedictis filijs meis ad roborandum, & eorum manu confirmandum tradidi coram teſtibus, qui ſubtus manum ſuam ponent, & inde duo cartulæ eiuſdem tenoris eodem tempore rogatæ ſunt de mandato meo. Acta ſunt hæc omnia in iſta Ciuitate Mediolani.

Cum ſigno manus Dominæ Aldegundæ, quæ hoc iudicatum fecit, & ad firmandum in hanc cartam manum poſuit, ac iurando eam roborauit.

Cum ſignis manuum Dominorum Vberti, & Ioannoli fratrum Vicecomitum, qui ſupraſcriptæ Dominæ Aldegundæ eorum matri aſſenſerunt, & præſens iudicatum laudauerunt, & confirmauerunt, ac in præſentem cartam manum poſuerunt.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus præpoſito. Ego Ioannes dictus de Prata Comes Sacri Palatij, Iudex, ac Miſſus Domini Henrici Imperatoris præſentem donationem laudaui, & ſubſcripſi mea manu de mandato dictæ Dominæ Aldegundæ.

Cum ſignis manuum Mainfredi quondam Ricardi dicti de Caſtiliono, Conradi dicti de Settara f. qu. Paſſaguadi, atque Celſi quon. Simonis dicti de Rode, & Lotharij quon. Cunonis lege viuentium Longobarda teſtium.

Iterum ſubſcript. cum ſigno tabellionatus antepoſito. Ego Tedaldus, qui dicor de Senago, Notarius Sacri Palatij, ac Miſſus Domini Imperatoris hanc cartam iudicatus, ſiue donationis rogatus tradidi, duoq; exempla confeci, & ſcripſi.

Inferiùs verò alia manu, quàm ſupraſcripta, ſic ſcriptum eſt. Obijt præfata Domina die 23. Decembris hora tertia noctis, & ſepulta eſt ſolemniter die ſequenti. Poſſeſſio dictorum bonorum data eſt Monaſterio die ſecunda Ianuarij, & eius nomine mihi Fratri Benedicto Syndico, & Celerario dicti Monaſterij de mandato ſupraſcriptorum Dominorum Vberti, & Ioannoli filiorum eius, factaq; eſt cartula per ſupraſcriptum Tedaldum eadem die.

In

27.

Anno 1216. IN nomine Domini, anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ducenteſimo ſexto decimo, die Veneris octauo die ante Kalendas Aprilis, Indictione quarta, coram Dominis Vicecomite de Vicecomitis, & Rolando de Erba Conſulibus Mediolani, vt in quodam Inſtrumento à me infraſcripto Notario facto, ad cauſam, quæ vertitur inter Presbyterum Nouellum Officialem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ ad Circulum, nomine illius Eccleſiæ, ex vna parte, & Petrum Baratiam Ciuitatis Mediolani ex altera, qui Petrus nominatus eſt Dominus in iuditio à fratre Guizzardo, vt coram prædictis Delegatis confeſſus fuit prædictus Petrus, item coram prædictis Delegatis ibi dixerunt prædicti Presbyter, & Petrus, quòd prædicta delegatio facta fuit in prædictis Delegatis ſine remedio appellationis, de conſenſu partium, & inſuper ad inuicem prædicti Presbyter, & Petrus promiſerunt, & guadiam inter ſe dederunt, quòd exindè illam cauſam non appellabunt ad Conſules Mediolani, vel alibi Romæ; Ius appellandi ad inuicem renunciauerunt. Actum Mediolani, & inde plures cartæ vno tenore fieri rogatæ ſunt. Interfuerunt teſtes Muſſo Salarius, & Fraſſo Magiadus, & Martinus della Turre de Buxore, qui modò habitat ad Portam Orientalem.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito.

Ego Guifredus della Turre de Buguirago Notarius Sacri Palatij tradidi, & ſcripſi.

28.

Anno 1221. IN nomine Domini, Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ducenteſimo vigeſimoprimo, pridie Kal. Iunij, Indictione nona. Cum variæ lites verterentur inter Dominum Lanterium de Rode beneficialem Eccleſiæ Sanctarum Protomartyris Teclæ, & Pelagiæ Virginum nomine ipſius Eccleſiæ parte vna, & Dominum Vbertum Vicecomitem Ciuem Mediolani, & Placentinum parte altera, cauſa legati quon. Domini Ioannoli patris dicti D. Vberti, eo quòd volebat ipſe beneficialis decimare triticum, & vinum percipien. ex bonis relictis per dictum D. Ioannolum tam in Comitatu Seprij, quàm in Territorio Placentino, iuxta diſpoſitionem legati eiuſdem Domini Ioannoli; & è contra Dominus Vbertus oſtenderet ex publicis cartulis non poſſe dicta bona ſubiacere dictæ decimæ, eo quòd antiquitus fructus bonorum Comitatus Seprij ſubiecti ſint decimæ, quæ percipitur per beneficialem Eccleſiæ S. Ioannis dicti loci, & bona ſita in Territorio Placentino fuiſſe aquiſita anno 1166. per Dominum Vbertum Vicecomitem fratrem dicti D. Ioannoli à beneficialibus Eccleſiæ Sancti Antonini dictæ Ciuitatis, cum reſeruatione decimandi fructus eorum ad vtilitatem ipſius Eccleſiæ, & ideo non debere, nec poſſe ipſa bona ſubiacere duabus decimis, eundemq; legatum eſſe nullum, nec debere ſuum ſortiri effectum vti incompatibilem; quare hinc inde varia producebantur iura. Tandem per interpoſitionem Amicorum communium deuentum eſt ad præſens Inſtrumentum, in quo ipſe Dominus Vbertus Vicecomes, etiam nomine infraſcriptorum filiorum ſuorum, promiſit, & promittit obligando ſe, & omnia bona ſua, & filiorum ſuorum præſentia, & futura, quòd dabit, & titulo venditionis, ſeu cambij dicto D. Lanterio, qui recipiet nomine

proprio

proprio, & nomine ipſius Eccleſiæ, ſeu eius beneficij tantam partem bonorum ſuorum Calepij, aut Arconati emptorum anno 1151. à Dominis Rogerio, & Aliprando patre, & filio Dominis de Arconate, ex quibus colligere poſſit tot triticum, & vinum, quantum percipi poſſet ex duabus partibus præfatarum decimarum in Seprio, & Placentina, pro requie animarum dicti eius patris, & parentum eius, iuxta eius mentem, & hoc hinc ad menſes duos incipiendos à præſenti die, vt in dicto termino poſſit per communes Confidentes fieri iuſtam extimationem dictarum decimarum, & terrarum, quo tempore etiam faciet, quòd Domini Vicecomes, Thebaldus, & Petrolus fratres Vicecomites eius filij nunc abſentes ratificent præſens Inſtrumentum, & omnia Inſtrumenta fienda in hac cauſa. Et vice verſa ipſe Dominus Lanterius renunciabit, & refutabit nomine proprio, & nomine ſui beneficij, ac ipſius Eccleſiæ omnibus iuribus, & actionibus, quæ, vel quas prætendere poſſet, & poteſt in dictis bonis, ſeu decimis cauſa teſtamenti dicti Domini Ioannoli, promittens in termino prædictorũ duorum menſium obtinere debitam facultatem celebrandi dictum cambium, & ratificandi præſentem concordiam, ſeu conuentionem, iurantes ipſæ partes non contrauenire ſub pœna centum librarum bonæ monetæ groſſæ Mediolani Altari S. Teclæ applicandorum. Actum in ipſa Eccleſia præſentibus Tomaſolo Lignatio filio qu. Ioannoli Notario P. R. P. S. Ioannis ad Fontes, & Dominis Galdino Mantello, ac Boſchino Mantegatio beneficialibus ipſius Eccleſiæ, & Domino Cæſare Ruidio filio qu. D. Angeli P. R. P. S. Satyri, ac Bernardo Belabuca filio Santini omnibus teſtibus notis, & vocatis &c.

Subſcriptum cum tabellionatu antepoſito.

Ego Guifredus della Turre de Buguirago Notarius Sacri Palatij rogatus tradidi, & ſubſcripſi, & ad ſcribendum dedi &c.

Ego Tomaſolus Lignatius filius qu. Ioannoli Ciuitatis Mediolani Notarius P. R. P. S. Ioannis ad Fontes interfui, & de mandato ſupraſcripti Notarij ſcripſi, & ſubſcripſi &c.

28.

Anno 1216.

IN nomine Domini, Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ducenteſimo ſextodecimo, die Lunæ quarto die ante Kal. Aprilis, Indictione quarta. Coram Domino Rolando de Erba, Guifredo Caluo, Angelo Rouidio, & Zanino Mirabilia Conſulibus Mediolani. Comparuit Lanterius de Rode beneficialis Eccleſię S. Teclæ Mediolani nomine proprio, & nomine ipſius Eccleſiæ, & Officialium eius, & petijt confirmari ſententiam per eorundem Dominorum Conſulum pręceſſores latam contra D. Vbertum Vicecomitem ibi præſentem, in cauſa teſtamenti, ſeu legati qu. Domini Ioannoli Vicecomitis eiuſdem Domini Vberti patris fauore dictæ Eccleſiæ, cui contradicendo ipſe Dominus Vbertus dixit non poſſe de iure, nec deberi de facto dictam ſententiam confirmari ſtantibus rebus, prout ſtant, & petijt tempus congruum ſibi aſſignari ad prodncendum iura ſua: quibus auditis per ipſos Conſules ſtatutum eſt terminum dicto Domino Vberto dierum viginti ad producendum iura ſua in forma legali, & deducendum coram eis quicquid habet in contrarium, alioquin dicto termino elapſo abſq; legitima productione habendam eſſe ipſam ſententiam pro confirmata. Quibus auditis ipſæ partes renunciauerunt omni remedio appellationum, & iurauerunt habere ratum, & non contrauenire ſub pœna

pœna dupli. Actum in camera Conſulariæ, & inde plures cartulæ fieri rogati ſunt. Interfuerunt ibi teſtes Carneuarius Merenda, Algislus de Pirouano, Petrus Trulla omnes noti, & vocati, & de Tubatoribus Boſolus de intus Turre, ac de ſeruitoribus Tonolus Pelaratus.

Subſcriptum vt infra.

Ego Guifredus della Turre de Buguirago Notarius Sacri Palatij rogatus tradidi, & ſcripſi.

29.

Anno 1199. IN nomine Domini. Die Veneris primo die menſis Ianuarij. In Conſulatu Mediolani. Sententiam protulit Ariprandus Bonafides Conſul Mediolani, & cum eo Rainerius Cotta ſimiliter Conſul, & Socij eius de lite, quæ vertebatur inter Dominam Columbam Abbatiſſam Monaſterij Maioris ex vna parte, & ex altera Rogerium filium Suzonis de Canturio, qui habitat in loco Aroxio. Petebat quidem iſta Domina Abbatiſſa nomine iam dicti Monaſterij, quatenus prædictus Rogerius daret ei ad partem iſti Monaſterij fictum terræ, quam tenet ad ſuas manus in territorio de Aroxio, quod fictum dabant Maſſarij, qui tenebant ipſam terram; ſcilicet denarios quadraginta quinque omni anno, & ſtaria tria frumenti, & conzia duo, & ſtaria tria vini, & hoc petebat ſimiliter pro vnoquoque anno de tribus annis præteritis, ſaluo iure, quod habet ipſum Monaſterium in iſta terra, ſcilicet couam, & mannam, & ouum, & pullum, & amiſcere, & operas donicas, & carrizium, & quareſimale, ſi Ruſtici tenerent ipſam terram. Et dicitur iſtum fictum, fictum S. Damiani. E contra prædictus Rogerius iſtum fictum Sancti Damiani ſe debere dare, vel ſe, aut maſſarios ſuos, dare conſueuiſſe diffitebatur. Præfata verò Domina Abbatiſſa ſuper hoc, quòd Suzzo pater iſtius Rogerij, & maſſarij eius dederunt iſtum fictum S. Damiani præfato Monaſterio per annos triginta, & plùs, teſtes quàmplures induxit, & ſe legitimè probaſſe allegabat. His, & alijs viſis, & auditis, & teſtibus diligenter inſpectis, prænominatus Conſul habito ſociorum ſuorum Conſilio ſacramentum detulit iſtæ Dominæ Abbatiſſæ, vt iuraret, quòd prædictus Rogerius iure, vel vſu debet dare iſto Monaſterio fictum S. Damiani pro terra, quam laborat ad ſuas manus. Quod ſacramentum ipſe Rogerius ei remiſit, & ſic præfatus Ariprandus Conſul iſtum Rogerium, vt prædictum fictum S. Damiani pro rata terrarum, quas ad ſuas manus tenet, iam dicto Monaſterio ſoluat, condemnauit, & ſic finita eſt cauſa. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo nono, iſta die Indictione ſecunda.

Interfuerunt Otto de Gluxiano, Albertus de Lampuniano, Vbertus Villanus, Rogerius de Lampuniano, Senzamale Gazulæ, Eriprandus Iudex, Arnardus de Canturio, Carneleuarius de Vicomercato, Conradus de Caſtello. De ſeruitoribus Rodulphus Cagamilium, Iacobus de Cixerano.

Subſcriptum per quatuor Conſules cum ſignis antepoſitis inſtar tabellionatuum vt infra, cum duobus Notarijs vt ſupra.

Ego Ariprandus Bonafides Conſul protuli, & ſubſcripſi.

Ego Vbertus Vicecomes Conſul laudaui, & ſubſcripſi &c.

Ego Otto Zendadarius Conſul ſubſcripſi.

Alcherius de Vicomercato Conſul interfui, & ſubſcripſi.

Ego Guilielmus qui dicor de Incino Notarius Sacri Palatij ſubſcripſi.

Ego Iacobus Coalia Notarius, & Miſſus Domini Henrici Imperatoris ſcripſi.

Digitized by Google

30.

Anno 1228. ANno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo vigeſimo octauo, die Sabbati ſecundo die menſis Decembris, Indictione ſecunda. Inueſtiuerunt nomine maſſaritij ad fictum faciendum, ita quòd apud conductorem non peioretur, Gaſparolus, & Andreotus fratres Vicecomites filij qu. Domini Vberti Vicecomitis Ciuitatis Mediolani P. R. P. S. Ioannis ad Fontes, etiam nomine aliorum fratrum ſuorum, Petrum de Oſſis Syndicum, & Miſſum Dominæ Abbatiſſæ, & Monialium Monaſterij Maioris Portæ Vercellinæ Ciuitatis Mediolani ſe inueſtientem nomine, & ad vtilitatem ipſius Monaſterij, ita tamen quòd conueniri poſſit cum effectu coram quouis Iudice vice dictæ Dominæ Abbatiſſæ. Nominatiuè de prato vno in territorio Quinti de Stampis, quod dicitur Pratum Domini Ottonis, cui cohęret à mane, & à meridie via, à ſero dicti Monaſterij, & à monte infraſcripta vinea, tali tenore, quòd habeat vim, & licentiam tollendi, & habendi aquam, & ponendi eam in dicto prato per tres rozales, & non plùs per vnam ſetemanam in menſe, & non vltra. Item de petia vineæ ibi propè, quæ dicitur ſimiliter vinea Domini Ottonis, cohęret ei à mane via, à ſero dicti Monaſterij, à meridie antedictum pratum, & à monte hæredum Acurſij Stampæ, qualis, & quanti perticatus ſint intra dictas cohęrentias. Item de domo cum columbario in eodem loco Quinti, cui cohęret à tribus partibus via, & ab alia Eccleſia dirupata, quæ bona ipſe Petrus nomine quo ſupra habere, tenere, & vſufructuare poſſit de hinc ad annos quindecim proximè futuros, & facere de eis quidquid facere voluerit ſine aliqua contradictione; dando ipſe Petrus ipſis fratribus, vel eorum hæredibus pro ficto libras ſexdecim denariorum bonorum tertiolorum monetæ Mediolani in bonis denarijs argenteis, ſcilicet medietatem in Sancto Petro, & aliam medietatem in Sancto Martino cuiuslibet anni, vnà cum medietate vini dictæ vineæ pariter in S. Martino cum omni diſpendio, & damno, quod erit pro iſtis denarijs, ſeù pro dicto ficto exigendo, vel recipiendo, & ab alio mutuando poſt quolibet termino datum, vel factum; & ſi dictus conductor, vel eius principales ſteterint per menſem vnum poſt prædictos terminos quòd non ſoluerit prædictum fictum, quòd dicti fratres locatores habeant vim, & licentiam tollendi, & remouendi ipſum Conductorem, ſeù degentes pro eo in dictis bonis ab illo maſſaritio, & facere poſſint ipſi fratres Vicecomites de dictis bonis quidquid facere voluerint ſine contradictione dicti Conductoris, vel ſubconductorum eius. Et pro omnibus præmiſſis attendendis, & obſeruandis vt ſupra legitur, & pro prædicto ficto ſoluendo promiſit, & guadiam dedit obligando omnia bona dicti Monaſterij pignori prædictis locatoribus, eorumque hæredibus vſque ad completam ſolutionem. Actum in Hoſpitio magno prædictorum fratrum Vicecomitum in P. R., ſcilicet in ea parte, quæ eſt in Parochia S. Ioannis ad Fontes. Coram Guarnerio de intus Turre Notario credentiæ Mediolani. Interfuerunt teſtes Martinus de Cauenago fil. Ioannis, ac Porrolus fil. q. Ruglerij Tuſcani ambo P. R. P. S. Teclæ, & Hugo Alliatus filius Gulielmi dictæ Portæ, & Parochiæ S. Ioannis ad Fontes Mediolani omnes noti, idonei, vocati, & rogati.

Subſcriptum cum tabellionatus ſigno antepoſito.

Ego Guarnerius fil. qu. Ser Soldani de intus Turre de Sancto Petro intus vineam Imperialis Aulæ Notarius tradidi, & ſcripſi, & ſubſcripſi.

In

Digitized by Google

31.

Anno 1230. IN Chriſti nómine, eiuſque Natiuitatis Annó milleſimo ducenteſimo trigeſimo, die Lunæ tertia Iulij, Indictione tertia, ſuper Palatium Communis Mediolani coram teſtibus inferius deſcriptis. Dominus Andreotus Vicecomes Mediolani confeſſus eſt receipiſſe, & realiter habuiſſe à Domina Ruffina vxore Domini Iacobi de Gallarate, & filia Domini Ruffini de Mandello libras centum quinquaginta tertiolórum pro completa ſolutione reſidui dotis Dominæ Florinæ vxoris ſuæ, & ſororis dictæ Dominæ Ruffinæ, quas pecunias dicta Domina tenebatur tradere Dominæ Florinæ in extinctionem legati Dominæ Aldeſiæ fil. Guarnerij de Petraſancta earum matris, vt videndum eſt ex eius teſtamento ſcripto per Spinolum de Serazonis Notarium anno præterito milleſimo ducenteſimo vigeſimo octauo, Indictione prima. Actum vt ſupra coram Dominis Petro de Gallarate, & Ambroſio Mendotio, & Alberto Mandello, & Guarnerio Petraſancta militibus, teſtibus, & conſanguineis, nec non Laurentio Burro, & Satyro Tignolo teſtibus idoneis ad hæc vocatis.

Subſcriptum cum ſigno tabellionatus antepoſito. Ego Albertus fil. Ioannis qui dicitur de Stampa Notarius Mediolani ſcripſi, & ſubſcripſi &c.

32.

Anno 1271. IN nomine Domini Amen. Anno à Natiuitate Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo primo, die Sabbati primo Februarij, Indictione decima quarta. Cum olim Domini Gaſpar, Azo, & Vbertus fratres filij qu. Vberti Vicecomitis de Mediolano, & Ludouicus filius præfati Gaſparis, & Guido filius præfati Azonis omnes Ciues de Mediolano feciſſent ceſſionem, ſeu reſignationem de nonnullis bonis inferiùs deſcriptis Reuerendo D. Presbytero Ottoni fratri eorum, & patruo; videlicet de domo, ſiue hoſpitio iacente in Parochijs S. Ioannis ad Fontes, & S. Teclæ Mediolani Portæ Romanæ, cui cohęret à mane vicus magnus, à meridie Domini Ottonis filij qu. Domini Andreoti Vicecomitis, & in parte Vincentij, & Delfinoli de Alliate, à ſero ſtrata, à monte domus Credentiæ, & in parte Algiſij Toſcani, ac Leonis Malumbræ, Boſchini Mantegatij, & Alticenſis Nadini. Item de bonis exiſtentibus in loco, & territorio loci de Agnauello, videlicet de petia vna terræ aratoriæ ſit. vbi dicitur la Vegia, cui cohęrent à mane Gaſparis Biragi, à meridie Dolphini de Modoetia, à ſero Gabrini Scroſati, à monte Pinamontis qu. Caluiſij de Vicomercato, & Enrici qu. Franzij de Septara, quæ eſt perticarum 33. tabularum 3. Item de petia buſchi ſit. vbi dicitur la Louatia, cui cohęret à mane, à ſero, & à meridie buſcum Vernandi Landriani, & à monte ſtrata, & eſt perticarum 23. Item de petia vineæ iacente vbi dicitur la Nebiona cohęrentiata à mane de bonis Ioannis Carbotiæ, à meridie Comolis de Modoetia, à ſero Ambroſij de Gallarate, & eſt perticarum 24. ſuper quibus locis de Agnauello ſoluitur omni anno libellum libr. 20. tertiolorum Michaeli de Arnate, & Iacobo de Ferrarijs ſuperſtiti ſuperſtantiæ Eccleſiæ S. Mariæ Maioris Mediolani nomine ipſius ſuperſtantiæ, vt per omnia, & in omnibus continetur in publico inſtrumento ceſſionis tradito, & ſcripto per Albertum filium qu. Guaſchi Serazoni de contrata Peſcinæ Ciuitatis Mediolani Notarium anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto, die Dominico primo Augusti, Indictione decima

quarta coram Domino Petro Gallarato Proprætore Mediolani filio q. Iacobi, & Dominis Martino de Rhaude, & Guarnerio Petraſancta Conſulibus Iuſtitiæ, & Anſperto Aduno, ac Vrſio Cutica, Preueda de Annone, & Olorino de Mandello teſtibus.

Modò præfatus nunc Reu. D. Otto Archiepiſcopus Mediolani fil. qu. D. Vberti Vicecomitis meliori via, & modo, quibus melius poteſt facit puram, & meram, & irreuocabilem donationem Dominis Petro, & Teobaldo fratribus fil. quon. D. Andreoti, & præfati Donatoris Nepotibus præſentibus, recipientibus, etiam ad vtilitatem eorum deſcendentium, de bonis ſuperius recenſitis, vlz. de Hoſpitio magno ſito in Porta Romana, cuius fines tenentur vt ſupra, ſaluo quod à meridie tenentur per Gaudentem de Mandello hæredem Domini Ottonis Vicecomitis, & à monte per Alcherium de Vicomercato. Item de ſupraſcripris tribus petijs terræ ſitis in territorio loci Agnauelli, ſicuti ſupra deſcripta ſunt, cũ eorum iuribus, & pertinentijs; & hæc omnia fecit, & facit præfatus Dominus Reu. Archiepiſcopus donator renunciando dictis eius Nepotibus donatarijs omne ſuum ius, & prouentus, & vtilitates ſibi ſpectantia, obligando tamen eos ad omnia fœdera, impoſitiones, & opera communia Mediolani, & eorum exactionem omni tempore, mandans mihi Notario infraſcripto huius donationis cartam, ſeu inſtrumentum facere, & etiam plura vnius tenoris, ſi oportuerit, vt omnibus ſit nota eius bona voluntas.

Actum in Oppido Aronæ coram D. Eriprando Vicecomite Canonico Eccleſiæ Maioris Mediolani, & Cancellario, Martino de Rhaude, Gerardo de Aliprandis, Laurentio de Senio, Daneſio Cribello, Galuaneo Caimo, Araſmo de Corbis, & Zenone de Puſterla omnibus Ciuibus Mediolani teſtibus notis ad hæc vocatis, & rogatis, vt de prædictis fidem faciant. Subſcr. cum ſigno tabellionatus antepoſito. Ego Oliuerius Lignarius fil. qu. Bonoldi Mediolani Notarius hoc donationis Inſtrumentum rogatus tradidi, & ſcripſi, & ſubſcripſi &c.

Ego Viuianus fil. qu. Ioannis de Lixono Notarius iuſſu ſupraſcripti Notarij ſubſcripſi &c.

33.

Anno 1320. IN Nomine Domini Amen. Anno Natiuitatis eiuſdem milleſimo trecenteſimo vigeſimo, Indictione quarta die trigeſimo menſis Nouembris.

Cum aliàs Nobilis Vir Dominus Alcherius de Vicomercato fil. qu. Domini Pinamontis Militis Ciuis Ciuitatis Mediolani feciſſet ceſſionem titulo venditionis liberè, & abſolutè ab omni onere, cenſu, ſeù annua præſtatione de nonnullis iuribus, & bonis ſitis in territorijs Ayruni plebis Brippij, & Barenzati plebis Bolati Generoſis viris Reuerendo Domino Gaſpari, & Domino Petro fratribus Vicecomitibus ementibus, & aquirentibus etiam nomine Domini Theobaldi eorum fratris filijs qu. Domini Andreoti pretio, modo, & pactis contentis in Inſtrumento venditionis tradito per Franciſcum Scarauagium Mediolani Notarium anno milleſimo du-
1275. centeſimo ſeptuageſimo quinto menſe Maij. Cumque dicta bona perueniſſent in Dominos Mapheum, & Vbertum fratres Vicecomites filios præfati qu. Domini Theobaldi, qui virtute cuiuſdam pacti eiuſdem venditionis inueſtiuerunt libellario nomine Sapientem legum Doctorem Dominum Stephanum

num

Digitized by Google

num de Vicomercato filium qu. præfati D. Alcherij de ſupradictis bonis Ayruni, & Barenzati pro annuo ficto libellario librarum trigintanouem tertiolorum, & ſoidorum decem ſoluendorum in quolibet feſto S. Martini cuiuslibet anni, pacto ſpecialiter appoſito, quod ceſſante ſolutione dicti ficti libellarij per annos duos continuos ipſe conductor, & eius ſucceſſores ſtatim cadant à prædicta Inueſtitura, & ab omni iure in dictis bonis, & melioramentis eius ſi quæ facta erunt; ita quod ipſi locatores, eorumque ſucceſſores abſque vllo impedimento propria auctoritate poſſit, & poſſint diſponere de dictis bonis, ac ſi vnquam locata fuiſſent ſine alicuius Iudicis interuentu, vt ex ipſa Inue-
1288. ſtitura tradita per Benacortum Panianum anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo octauo, die vigeſimo Decembris. Cumque directum dominium, & ciuilem poſſeſſionem dictorum bonorum perueniſſent in partem prælibato D. Vberto Vicecomiti filio qu. Domini Theobaldi militis ex diuiſione inter eum, & Magnificum D. Maffeum eius fratrem ſub die ſexta Iulij anni milleſimi treceteſimi in actis Zongini Regiati Mediolani Notarij. Cum etiam D. Conradinus de Vicomercato Miles filius qu. præfati D. Stephani recognouerit in Dominum, & locatorem directi dominij, & ciuilis poſſeſſionis prædictorum bonorum dictum D. Vbertum Vicecomitem, mediante perſona D. Petri Delfinoni eiuſdem D. Vbertini Syndici, & viceuerſa idem D. Delfinonus nomine, quo ſupra, recognouerit eundem D. Conradinum Vicomercatum in emphiteutam dictorum bonorum pro dicto annuo ficto libellario librarum trigintanouem tertiolorum, & ſolidorum decem ſoluendorum modo, & tempore, quo ſupra, & cum pactis, & modis contentis in præcitata prima Inueſtitura emphiteotica anni milleſimi ducenteſimi octuageſimi octaui, vt patet ex
1310. ipſa reciproca recognitipne tradita die decimo Ianuarij anni milleſimi treceteſimi decimi per Ioanninum de Barenzagho Mediolani Notarium. Cumque deceſſerit idem D. Vbertinus Vicecomes relictis Spectabilibus Dominis Ioannolo, Ottorolo, & Vercellolo fratribus Vicecomitibus eius filijs hæredibus inſolidum, qui recognouerunt eundem D. Conradinum Vicomercatum filium qu. D. Stephani, & eius filios in eorum emphiteotam dictorum bonorum Ayruni, & Barenzati pro dicto annuo ficto libellario librarum triginta nouem tertiolorum, & ſolidorum decem ſoluendorum vt ſupra, & vice verſa idem D. Conradinus etiam nomine filiorum, & ſucceſſorum ſuorum recognouit præfatos Dominos Ioannolum, Ottorolum, & Vercellolum fratres Vicecomites in eius Dominos, & locatores pro dicto ficto libellario præſtando, & ſoluendo ſuper dictis bonis Ayruni, & Barenzati, cum pactis, & formis contentis in præcitata Inueſtitura emphiteotica anni milleſimi ducenteſimi octuageſimi octaui, ad quam voluerunt habere deberi bonam, & dignam relationem, vt conſtat ex ipſa recognitioue reciproca tradita per Franciſcum Scarauagium Mediolani Notarium anno milleſimo treceteſimo decimo ſexto, die decimo octauo Ianuarij. Cumque præfatus D. Conradinus de Vicomercato emphiteota ceſſaſſet ab annua ſolutione dicti ficti libellarij à feſto S. Martini anni elapſi milleſimi treceteſimi decimi ſeptimi vſque ad præſentem diem. Modò Spectabiles viri Domini Ottorolus, & Vercellolus fratres Vicecomites, etiam nomine D. Ioannoli Vicecomitis eorum fratris nunc Præturam gerentis Ciuitatis Dertonæ, & omnes filij qu. Præſtantiſſimi viri D. Vbertini P. R. P. S. Ioannis Itolani Mediolani, in præſentia mei Notarij, & teſtium infraſcriptorum ad hæc vocatorum, & ſpecialiter rogatorum, omnibus modo, iure, via, & forma, quibus melius potueruut, & poſſunt, voluntariè, ſponte, & ex certa ſcientia, & non per errorem iuris, vel facti ad de-

 clara-

clarationem animi eorum, & ad inſtantiam mei Notarij infraſcripti perſonæ publicæ requirentis, & recipientis, ac ſtipulantis nomine, & vice, & ad partem, & vtilitatem cuiuslibet perſonæ, cuius intereſt, aut intereſſe poteſt, & poterit, & quomodolibet in futurum intereſſe poterit; cum reſſeruatione tamen, & ſine præiuditio iuris petendi, conſequendi, & habendi fictum libellarium, ſeu gaudimentum dictorum bonorum temporis præteriti non ſoluti à dicto D. Conradino de Vicomercato ſuis nominibus proprijs, & nomine dicti D. Ioannoli eorum fratris abſentis, dixerunt, & proteſtati ſunt, & dicunt, & proteſtantur, quod intentionis eorũ fuit, & eſt, ac volunt, & intendunt, quòd præfatus D. Conradinus de Vicomercato Miles, & quæcunque alia perſona jus habens, vel habere præſumens in, & ſuper præfatis bonis Ayruni, & Baſenzati cadat, ſeu cadant, & cecidiſſe intelligantur à prædicta emphiteotica Inueſtitura dictorum bonorum ſuperius enunciatorum, & ab omni iure ipſorum bonorum, & ab omnibus, & ſingulis melioramentis, quæ habet, ſeu habent, & fieri feciſſe reperiatur, & reperiantur in, & ſuper dictis bonis, & etiam volunt, & intendunt ipſi Domini Ottorolus, & Vercellinus, etiam nomine dicti Domini Ioannoli fratrum Vicecomitum, quòd vtile dominium, & naturalis poſſeſſio dictorum bonorum, & melioramentorum eius, ſi quæ ſunt, conſolidata ſit, ſeu ſint cum dicto directo dominio, & ciuili poſſeſſione, pro eo, quod, vt præfertur, ceſſatum ſit in ſolutione dicti ficti libellarij per tot, & tantum tempus, quòd ſecundum formam Inſtrumentorum, & iurium ipſorum Dominorum fratrum Vicecomitum cecidit à dicta locatione emphiteotica, & alia fecerunt, quæ de iure fieri non debebant. Renunciando præfati Domini fratres Vicecomites non factæ dictæ, & præſentis proteſtationis taliter vt ſupra, & prædictorum, & infraſcriptorum omnium, & ſingulorum non ita actorum, & factorum, & omni probationi in contrarium. Et de prædictis rogatum fuit publicum debere confici Inſtrumentum, & plura vnius tenoris, vt cunctis hæc pateant. Actum in ſala inferiori domus præfatorum Dominorum fratrum Vicecomitum proteſtantium ſita in Porta Romana in Parochia Sancti Ioannis Itolani Mediolani, coram Ioanne Rogiato filio item Ioannis Portæ Orientalis Parochiæ Sancti Babilæ, & Beltramolo de Populo filio mei Notarij infraſcripti Mediolani Notarijs. Interfuerunt ibi teſtes Dominus Ioannes Simon Delfinonus filius Nobilis viri Domini Petri Portæ Romanæ Parochiæ Sancti Ioannis Itolani prædicti notus; Dominus Gabrius Cribellus fil. qu. Domini Thomæ P. C. P. S. Marcellini, Dominus Franciſcus Puſterla fil. qu. Domini Martini P. T. P. S. Sebaſtiani, & Zanottus Cagarana filius Leonis P. R. P. prædictæ S. Ioannis Itolani, omnes idonei, noti, & ad præmiſſa vocati ſpecialiter, & rogati.

Subſcr. cum duobus tabell. antepoſitis.

Ego Maffiolus de Populo Mediolani Notarius fil. qu. Domini Beltrami de Populo Ciuitatis Mediolani P. V. P. S. Mariæ ad Portam tradidi, & ſubſcripſi.

Ego Ioannes Rogiatus filius item Ioannis P. O. P. S. Babilæ Mediolani Notarius interfui, & ſcripſi, & me ſubſcripſi.

In

Digitized by Google

34.

Anno 1251. IN Chriſti Nomine Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo, Indictione nona, die Veneris vigeſimo ſecundo menſis Iunij. Coram teſtibus inferius deſcriptis venditionem liberam, & francam facit, & fecit D. Petrus Vicecomes Ciuis Mediolani de præſenti moram trahens in Oppido ſuo Somæ Capite Iuriſdictionis Comitatus Seprij Ambroſio habitatori Oppidi Brippij præſenti, ementi, & recipienti vice, & nomine, & ad vtilitatem D. Gulielmi de Brippio patris ſui abſentis tanquam præſentis, & cum eius licentia, vt patet per cartam ipſius D. Gulielmi manuſcriptam, ſubſcriptam per Lancinum de Tritio dicti Oppidi Notarium. Nominatiuè de petia vna terræ ſit. vbi dicitur la Boſcaccia, cuius coherentiæ in parte laborantur per Bertolum dictum Gaſſum, & in parte per Zanotum dictum Cortelinum filium Petri, & in parte per fratres Biciolos, & à duabus cum ſtrata, & eſt perticarum ſeptem, & dimidia. Item de petia terræ dictæ la Caneuaccia cum domo maſſariorum continente ſtallam, puteum, caſſinam, & cameras cum ſuis iuribus, acceſſibus, & receſſibus, & pertinentijs, & eſt in totum perticarum quindecim parum plùs, vel minùs, quæ bona ſunt ſita in territorio Zibidi Comitatus Mediolani, pro pretio librarum quatuor tertiolorum pro qualibet pertica, computata etiam domo, & hæc omnia aſcendunt ad ſummam librarum nonaginta tertiolorum ſoluendorum in tribus terminis æqualibus portionibus; ſcilicet prima ſolutio librarum triginta de menſe Auguſti fiat in manibus RR. Decumanorum, ſeù Canonicorum Eccleſiæ S. Teclæ, & erunt diſpenſandæ ad vtilitatem ipſius Eccleſiæ, ſecunda ſolutio fiat in manibus miniſtrorum Pauperum ad Quatuor Marias, & erit de menſe Septembris, & de libris triginta diſpenſandis Pauperibus amore Dei in feſto S. Michaelis currentis anni, quæ ſolutiones erunt in extinctionem legatorum vltimæ voluntatis, ſeu teſtamenti D. Andreoti Patris ipſius D. Petri venditoris, pro quibus dicta bona erant, & ſunt pignorata. Tertia verò fiat in manibus dicti venditoris, ſeu hæredū, ſeu Procuratoris eius exhiben. cartas ſatiſdationis dictorum legatorum, quod erit in Vigilijs Natiuitatis Domini currentis anni. Poſt quas ſolutiones dictus Ambroſius de Brippio admittatur ad poſſeſſionem dictorum bonorum; eo tamen pacto, quòd dictus emptor teneatur ea conſignare ad librum faggiarum Communis Mediolani ſub ſuo nomine, ita vt dictus D. venditor non moleſtetur pro ſolutionibus fœderum, & taxæ dicti Communis, ſeù pro eleemoſynis, quæ per Reu. D. Archiepiſcopum exigentur. Renunciando omnibus ſtatutis, conſilijs, & ordinamentis factis, & faciendis per dictum Communem Mediolani, ſeù per aliam perſonam in contrarium diſponentibus, & declarantibus. Actum in Oppido Gallarati in Camera Iuſtitiæ coram D. Ottorino Iuriſperito filio qu. Conradi Ruſchæ Iudice Gallarati, & Simone filio Paſoli de Curte, & Baptiſta, qui dicitur Ronchalia, omnibus moram trahentibus in Oppido Gallarati, & Gabriolo filio Araſmini, ac Iſnaldo Piſſina, & Federico eius filio omnibus de loco Somæ teſtibus ad hoc vocatis, & rogatis.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus.

Ego Marcellinus filius Guarnerij, qui dicor de Angleria, Notarius Gallarati iuſſu dicti D. Petri interfui ſupraſcriptæ venditioni, & præſentem cartam ſcripſi, & ſubſcripſi &c.

Ego Vbertus Stampa Notarius Ciuitatis Mediolani iuſſu ſupraſcripti Notarij ſubſcripſi &c.

In

Digitized by Google

34. ✠

Anno 1311.

IN Nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo treceнteſimo vndecimo, Indictione nona, die quinto Maij. Finem, & refutationem, & totius ſui iuris remiſſionem, & pactum de non petendo, & non agendo, & vlteriùs non requirendo fecit, & facit Dominus Gaſpar, qui modò habitat in Caſtro Aliarago, etiam nomine Domini Lodriſij Militis Poteſtatis Modoetiæ eius fratris, ambo filij qu. Nobilis Militis Domini Petri Vicecomitis in Nobilem Militem D. Vbertum Vicecomitem filium q. D. Theobaldi Militis. Nominatiuè de tota illa decima, & iure decimationis, & decimandi, quam ipſi fratres habere videntur in locis, & territorijs Maxini, & Crenæ, quæ ipſis fratribus ſpectat ex diuiſione ſequuta inter præfatum qu. D. Petrum eorum patrem parte vna, & ipſum D. Vbertum, & D. Maſeum fratres parte altera apparente Inſtrumento tradito per Benacortum Paganum anno lapſo milleſimo ducenteſimo octuageſimo octauo, menſe Martij, Indictione prima, itaut de cætero ipſi Domini Gaſpar, & Leodriſius, ac eorum filij, vel hæredes, aut eorum ſubmiſſa perſona non agent, nec cauſabunt, nec litem, ſeù quæſtionem mouebunt contra prædictum D. Vbertum, eiuſque filios, & hæredes, & ſucceſſores, nec contra quoſcunque, quibus dederit, ſeù dederint ipſas decimas, ſeù eorum partem, ſed perpetuò ipſi Domini Gaſpar, & Leodriſius cum ſuis hæredibus in hoc fine, & dato, & refectione, & pacto de non petendo, & non agendo ſint taciti, & contenti, & prædictus D. Vbertus cum ſuis hæredibus, & cui dederit, ſeù dederint, eſſe, & permanere, & ſemper ſecuri, ſoluti, quieti, & indemnes ab omni moleſtia, & inquietatione; Et vbi ipſi fratres promiſerunt, & vuadiam dederunt, omniaque eorum bona obligauerunt dicto D. Vbertino, ita quod ſemper ipſi cum ſuis hæredibus defendent, & guarentabunt prædictam decimam, & ius decimandi in ipſis locis, & territorijs Maxini, & Crenæ; Et inſuper ipſum, & ſui hæredes, ſuos miſſos, nuncios, & procuratores in rem ſuam faciunt, & conſtituunt, itaut à modò in antea poſſit, ſeu poſſint agere, & frui modis omnibus, & per omnia, ſicut ipſi fratres agere poſſent, ſeù poterant. Quam quidem refutationem, finem, datum, & ceſſionem fecit ipſe D. Gaſpar, etiam nomine D. Leodriſij fratris ſui in eundem D. Vbertum de prædictis decimis, & iure decimandi in dictis locis pro omne, & toto eo quod ipſe D. Vbertus, & eius hæredes, & ſucceſſores quacunque cauſa, & occaſione prætendere poſſet hinc retro; Et ipſe D. Vbertus promiſit, & vadiam dedit obligando omnia ſua bona præſentia, & futura pignori prædictis fratribus, quòd eos non moleſtabit, aut inquietabit quacunque de cauſa, ſeu prætenſione, quæ & quas hinc retro habuit, vel habere poſſet, quia ſic inter eos conuentum eſt, & iurauerunt omnes habere ratum, & firmum præſens Inſtrumentum, & non contrauenire ſub refectione omnium damnorum, & expenſarum, quoniam vnanimiter volunt, quòd prædicta omnia perpetuis temporibus firma, & inuiolata permaneant, & inde plura Inſtrumenta vnius tenoris fieri rogata ſunt. Actum in Caſtro Aliaraghi præſentibus Ottorino de Soina filio quon. Paſini, & Siluano de Gulaſicca filio Ser Tomini Notarij. Interfuerunt ibi teſtes Dominus Martinus Rabia filius D. Petrini habitator Modoetiæ; Ser Anſelmus Guazonns filius qu. Vberti, Simon Gauatia filius Ser Tomini ambo de loco Somæ, & Guidettus Paganus filius Guidonis de iſto loco omnes noti, idonei, & rogati.

Sub-

Digitized by Google

Subſcriptum cum ſigno tabellionatus antepoſito. Ego Oliuerius Notarius filius qu. Ser Iacobi Iudicis de loco Soma hanc cartam rogatus tradidi, & ſubſcripſi, & ad ſcribendum dedi.

Iterum ſubſcriptum vt ſupra. Ego Ottorinus de Soma Notarius Imperialis fil. qu. Paſini iuſſu ſupraſcripti Notarij interfui, ſcripſi, & ſubſcripſi.

34.

Anno 1312. IN Nomine Domini Amen. A Natiuitate eiuſdem milleſimo trigenteſimo duodecimo, die Lunæ Kal. Octobris, Indictione decima. Coram D. Petro Galarato Iudice Prætorio fil. qu. D. Iacobi, D. Ioanne Cribello Iuriſperito fil. qu. D. Georgij, & Ioannolo Lutiano fil. D. Hieronymi Conſulibus Iuſtitiæ Communis Mediolani, & teſtibus inferius deſcriptis. Ceſſionem, ſeù donationem puram, meram, & irreuocabilem, remotis vniuerſis cauſis ingratitudinis, per quas Donatarius efficitur ingratus donatori, fecit, & facit Venerabilis Vir Dominus Presbyter Ioannolus Vicecomes Ciuis Mediolani habitans in Monaſterio S. Ambroſij Mediolani Dominis Gaſparo, & Ludouico fratribus Vicecomitibus, & fratribus ſuis, vlz. omnes filij qu. Domini Petri, ex quibus Dominus Gaſpar recipit nomine ſuo, & item nomine, & vice D. Ludouici abſentis, tanquam præſentis, & hoc propter cartam procurationis per dictum D. Ludouicum ei factam Bergomi, vbi Prætoriam gerit, traditam per Spinolum Aduocatum Not. Bergomenſem anno præſente, die quarto Auguſti Indictione nona, de omni ſua contingente portione, ratione, & poteſtate poſſeſſionum, terrarum, domorum, & iurium, quæ tenentur in territorijs, & locis de Aliarago, de Beſnate, de Orago, de Crena, de Albizate, de Menzago, de Albuciago, de Noxate, de Solario, de Brunello, & de Cauriano, tam in Mediolanenſi, quàm in Nouarienſi, & Comenſi Epiſcopatu; cum pacto, & conditione, quòd dicti Domini Gaſpar, & Ludouicus fratres Donatarij teneantur ſoluere, & effectualiter de bonis monetis reſpondere omni anno dicto donatori eorum fratri lib. centum tertiolorum in feſto S. Benedicti, & Cōuentui, ſeù Monaſterio S. Ambroſij omni anno vitulum pinguem in feſto Reſurrectionis Domini, & metretas duas vini in feſto S. Martini, & modios tres farinæ boni tritici in feſto Natiuitatis Domini, donec vixerit. Item pacto, quòd toties dicti Donatarij, ſeu eorum alter non reſpondeant dict. Donatori, & Monaſterio dictas res, præſens donatio ſit nulla, & reuocata, & omnia in eo contenta vendantur, & eorum pretium medietas ſit dicti Monaſterij, & altera medietas diſtribuatur Pauperibus, & Egenis amore Dei per Venerandum Abbatem dicti Monaſterij; Et hæc omnia fecit, & facit præſentibus Iudice, & Conſulibus Iuſtitiæ vt ſupra. Dat. in Palatio Prætorio coram Domino Vberto Vicecomite fil. qu. D. Tibaldi, Dominis Protaſio Conrado, & Lampugnano fratribus Caimis filijs qu. D. Ottonis omnibus Ciuibus Mediolani, ac præfatorum Donatoris, & Donatariorum Conſanguineis habitantibus in Parochia S. Ioannis ad Fontes, & D. Leone de Prato fil. qu. Zenonis Par. S. Euſebij, & Præueda, ac Ioanne fratribus fil. qu. Aldicionis Stampæ Par. S. Michaelis omnibus teſtibus notis, vocatis, & rogatis.

Subſcr. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Baltaſſar Mendotius fil. qu. D. Rizardi pub. Mediol. Not. P. C. P. S. Marcellini ſcripſi, & ſubſcripſi &c.

Ego Ambroſius de Mainerijs natus qu. D. Laurentij publ. Mediol. Not. iuſſu ſupraſcripti Notarij ſubſcripſi &c.

35.

Anno 1278.

IN Dei Nomine Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octauo, die Veneris quarto ante Kal. Martij, Indictione ſexta. In præſentia infraſcriptorum teſtium, quorum nomina inferiùs leguntur. D. Vbertus Vicecomes dictus Picus fil. qu. D. Teobaldi facit abſolutam liberationem omni modo, iure, & forma, quibus melius potuit Nobili, & generoſæ D. Anaſtaſiæ de Pirouano venerandæ matri ſuæ relictæ dicti Domini Teobaldi patris ſui, de illis libris centum tertiolorum eidem Dominæ traditis per colonos, penſionarios Maxini, vlz. per Cugnatum dict. Blancum, & Zanebelum, qui dicitur Boui, & quæ facit ceſſionem liberam de dictis denarijs omni anno eidem ſoluendis à dictis colonibus, vel eorum ſucceſſoribus, vt decentiùs cum famulis, & ancillis viuere poſſit. Mandans prædictis Colonis, vt dictam matrem ſuam reuerenter obediant, ac diligenter temporibus ſuis ſatisfaciant. Quod actum eſt coram D. Maffeo eius fratre, & dictæ Dominæ filio, & Domina Anaſtaſia recipiente, & gratias agente, quæ rogauit me Notarium infraſcriptum præſentem facere inſtrumentum, & plura ſi contigerit. Actum in domo dictæ D. Anaſtaſiæ Pirouanæ ſita in contrata Verzarij in Parochia S. Clementis, præſentibus Iacobo de Orexio fil. qu. Vgonis, Petratio fil. qu. Arleti de S. Nazario, Conrado filio qu. Oliuerij de Olxiate, & Bonazonta filio Angeli Medicis omnibus hic ſtantibus, & moram trahentibus in præſente Ciuitate Mediolani.

Subſcr. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Gulielmotus prænominatus de Alegro de loco Cornaredo Notarius interfui, & hanc cartam tradidi, feci, & ſcripſi.

35. ✠

Anno 1290.

IN Nomine Dei. Anno Natiuitatis eius milleſimo ducenteſimo nonageſimo, Indictione quarta, quinto die Martij. Cum multæ, variæque lites, & quæſtiones oriri viderentur inter Dominos Landulfum de Burris, & Otorinum eius fratrem filios qu. Potentis Militis D. Scarſini, in dieſque oriri dubitarent, quod abſurdum communibus eorum amicis eſſe videbatur, ideo eorum opera, & precibus vnanimiter ſeſe comiſerunt amicabili compoſitioni, & ſententiæ duorum Iuriſperitorum. Hinc eſt quod præfati Domini Landulfus, & Ottorinus fratres de Burris f. qu. præfati Potentis Militis D. Scarſini ad euitanda iurgia, ſe ſe inuicem amicabiliter compromiſerunt arbitrio, facultate, declaratione, & ſententia Sapientum Doctorum DD. Simonis de Creppa, & Felicis D. Ruidi Iuriſperitorum de Collegio Iudicum Mediolani, vti arbitros, amicos, & amicabiles compoſitores, ita quòd in ſolidum, & vnitim poſſint, & videant declarare in, & ſuper omnes controuerſias, & differentias, quæ inter eoſdem fratres de præſenti vigent inter eos cauſa hæreditatis quon. Venerabilis D. Franzini Burri olim Canonici, ſeù Ordinarij Eccleſiæ Maioris Mediolani eorum Patrui Magni; declarantes, & volentes ipſi fratres quòd in caſu alicuius controuerſiæ inter præfatos DD. Compromiſſarios ipſi debeant ſtare declarationi Ven. D. Franciſci de Settara Sacræ Paginæ interpretis, ac I. V. D. & Canonici, ac Cimiliarchæ præfatæ S. M. E. & ſic per dictos tres Com-

Digitized by Google

Compromiſſarios omnia concernentia intereſſe prædictæ hæreditatis ad eorum libitum, ſecundùm eorum prudentiam liquidare, ſtabilire, declarare, & ſententiare, quorum declarationi, & ſententiæ præfati DD. Fratres promiſerunt, & promittunt, ac iurauerũt, & iurant ad Sancta Dei Euangelia M.C.T.S. in manibus mei Notarij infraſcripti perſonæ publicæ ſtipulan., ad vtilitatem cuia intereſt, aut intereſſe poterit, ſemper, & omni tempore paratos eſſe parere, & obedire in omnibus, & per omnia ſententiæ, & declarationi præfatorum DD. Arbitrorũ per eos vt ſupra electorum abſque vlla contradictione; obligando etiam ad maiorem cautelam omnia eorum bona præſentia, & futura alter alteri pro implemento ſententiæ, & prædicta per dictos Compromiſſarios proferenda, & pronuncianda, iurantes etiam vt ſupra habere ratum, gratum, & firmum omne, & totum id, quod continetur in hoc inſtrumento, & omnia dependentia ab eo; Propterea prædicti fratres declarauerunt, & declarant, quòd præſens compromiſſum ſit largum, amplum, & generale, imò ampliſſimum, & generaliſſimum, ita quod non poſſit reuocari in dubium plenariam facultatem in præmiſſis, & circa præmiſſa prædictorum DD. Arbitrorum præſentis compromiſſi duraturi ad ſex menſes, quod tamen poſſit prorogari ad alios ſex, quia ſic inter eos conuentum eſt amicabiliter. Actum in ſala inferiori domus Egregij Militis D. Vbertini Vicecomitis ſit. in Porta Romana Par. S. Ioannis Itolani, præſentibus Petro Scarauazio filio mei Notarij infraſcripti, atque Deteſalui de . . . . Mediolani Notario, & Pronotario. Interfuerunt ibi teſtes præfatus D. Vbertus Vicecomes filius qu. D. Theobaldi Militis, D. Ottorinus de Mandello fil. qu. D. Petroli, & D. Delfinolus de Briuio fil. qu. alterius D. Delfini omnes Ciues Mediolani noti, idonei, vocati, & rogati &c.

Subſcr. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Franciſcus fil. qu. Petri Scarauazij C. D. Por. Vercell. Not. rogatus tradidi, & ſcripſi, & ad ſcribendum dedi &c

Subſcr. iterum cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Petrus filius ſupraſcripti Franciſci Scarauazij Ciuitatis Mediolani Notarius Por. Vercellinæ Par. S. Nicolai interfui, & de mandato ſcripſi, & ſubſcripſi &c.

36.

Anno 1312.

IN Nomine Domini Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo treceteſimo duodecimo, quartodecimo die menſis Ianuarij, Indictione decima. Magnificus Miles D. Vbertus Vicecomes fil. qu. Generoſi Militis D. Theobaldi Ciuis Mediolani Parochiæ S. Ioannis Itolani inueſtiuit nomine venditionis, & per omnia in ſuum locum, & ius poſuit Nobilem, & Circumſpectum Virum D. Iacomolum Orrigonum ementem, & ſic inueſtientem nomine, & vice Nobilis & diſcreti viri D. Roberti Patris ſui abſentis. Nominatiuè de illis, & pro illis libris quinquaginta tres tertiolorum; & eorum omnibus damnis, expenſis, & intereſſe præſentis, & à modò futuris, quos denarios dictus D. Vbertus habere debebat à D. Gerardo Caponago ciue Mediolanenſe, vt conſtat per condemnationem vnam perceptam, & ſcriptam per Petrum Paſqualem Notarium ad condemnationes Communis Mediolani, anno Domini 1310. menſe Ianuarij, Indictione octaua, & pro qua condemnatione dictus D. Gerardus bannum recepit in contumacia, vt conſtat per exemplum illius banni exemplatum per Philippum de Piſcaria Notarium Commun

 Medio-

Mediolani, Cedendo dictus D. Vbertus eidem D. Iacomolo Orrigono nomine dicti Patris ſui omnia iura ſua, omneſque vſus, & rationes vtiles, reales, & hipotecarias ſibi contra ipſum ſupraſcriptum debitorem ſuum; & eius hæredes, eiuſque bona, & eorum ſubſtantias, quæ ſunt, fuerunt, & erunt, & contra detentores bonornm eius. Conſtituendo ipſum D. Iacobum procuratorem ſuum in rem prædictam, ita quod de cætero poſſit eodem modo, iure, quo ipſe venditor poſſet agere, & experiri retentionem, vti, petere, exigere denarios prædictos omnibus modis, & iuribus, ſicut dictus D. Vbertus hactenus poſſet, & potuit, Quam verò iuris ceſſionem fecit ipſe D. Vbertus Vicecomes eidem D. Comolo Orrigono, præſente ipſo Gerardo debitore, & eo conſentiente. Quam iuris ceſſionem fecit dictus D. Vbertus ad cautelam, videlicet ſolummodo in defenſionem illorum bonorum, quæ dictus D. Iacomolus emit à ſupraſcripto Gerardo, vt ipſi emptor, & venditor dixerunt, & ad priſtina iura, & actiones intentanda, & intentandas, & ad augendum, & petendum, & regreſſum habendum contra dictum debitorem, & eius hæredes pro modo euictionis vſque ad quantitatem ſupraſcripti debiti; videlicet ſi ipſa bona euincerentur in totum, vel in parte, & hoc hactenus quatenus euictio fuerit conſecuta. Pro qua vero iurium ceſſione contentus, & confeſſus fuit dictus D. Vbertus ſibi eſſe ſolutum, & plenè ſatisfactum à dicto D. Iacobo Orrigono ſoluente nomine dicti Roberti eius Patris fil. qu. Strenui Viri D. Thomæ de ſupraſcriptis libris quinquaginta tres tertiolorum, renunciando omni exceptioni in contrarium. Actum Mediolani in domo habitationis dicti D. Venditoris præſente Antonio de Cera Portæ Ticinenſis pro ſecundo Notario; Interfuerunt ibi teſtes D. Iacobinus Siccus f. q. D. Hieronymi, D. Pompeius de Cabiate filius Bernardini ambo Cues Mediolani noti, atque Iacobus fil. Lanterij Pulli teſtes vocati, & rogati &c.

Subſcriptum. Ego Guarnerolus f. qu. Ser Pagani Hermenulſi Ciuitatis Mediolani P. T. foris propria manu ſcripſi, tradidi, & ſubſcripſi &c.

37.

Anno 1280.

IN Nomine Domini anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo ducenteſimo octuageſimo, die Iouis vndecimo Aprilis, Indictione octaua, in Palatio nouo Communis Mediolani. Congregato Conſilio octocentum Virorum, & omnium illorum, qui ſub vocabulo Generalis Conſilij capiuntur, ad ſonos campanæ, & voces præconias more ſolito conuocato, in quo conſilio D. Guilielmus de Caſtro nouo Iudex, & Aſſeſſor, & modò Vicarius D. Cabrij de Trexeno Poteſtatis Mediolani, præſente D. Ioanne .... Mediolani, & D. Marchionis Montisferrati, Domini Ciuitatis, & Cõmunitatis .... Capitaneo partis Mediolani propoſuit, quòd placet Conſilio .... quòd placet conſilio fieri ſuper eo, quòd duodecim Sapientes .... Ciuitatis, & Communitatis Mediolani habeant auctoritatem .... balyam, & facultatem faciendi, & gerendi, prouidendi, ſtatuendi, & ordinandi, prout .... per præſens Conſilium fierent, & facta eſſent, & ſicut olim interpreti D. Loterij Ruſchæ olim Poteſtatis Mediolani, & alij duodecim, qui ad prædicta fuerunt electi habuerunt per conſilium generale celebratum, & factum pro prædictis in quolibet Capitulo, cuius tenor talis eſt. In Nomine Domini. Anno à Natiuitate eius milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo nono, die

die Martis duodecimo menſis Septembris, Indictione octaua. In Conſilio octocentnm virorum, & generali congregato ad ſonum Campanæ, & voce præconia more ſolito ſub fraſcata D. Poteſtatis Mediolani. D. Guilielmus de Guilizono Iudex, & Aſſeſſor D. Lotherij Ruſchæ Poteſtatis Mediolani præcepto, & iuſſu dictiD. Poteſtatis propoſuit in dicto Conſilio. Quid placet Conſiliarijs, quòd detur plena, & libera poteſtas, & facultas duodecim Sapientibus Viris electis, & qui de cætero eligentur per Dominos Poteſtates, & Capitaneum Communis Mediolani, faciendi, prouidendi, & ordinandi ſuper quibuſcunque negotijs imminentibus Communi Mediolani; ità quod quicquid fuerit diſpoſitum, ordinatum, & ſtatutum per prædictos duodecim ſit ratum, firmum, & inuiolabiliter obſeruetur, ac ſi per Conſilium generale Communis Mediolani foret diſpoſitum, ordinatum, & ſtatutum, & quòd prædicta omnia, & ſingula diſpoſita, ſtatuta, & ordinata, & diſponenda, & ordinanda ſint firma, & rata, & inuiolabiliter executioni mandanda. Et hoc non obſtante aliquo ſtatuto, vel ordinamento. D. Albertus Taberna conſuluit quòd omnia ea, quæ in iſta poſta continentur, ſint firma, & rata in omnibus, & per omnia, ſicut in dicta poſta continetur. D. Paulus Mantegatius conſuluit ſuper facto reſtitutionis &c. ſuper alijs verò conſuluit illud idem, quod D. Albertus. In reformatione conſilij concordatum eſt conſilium in dicto dictorum Dominorum Alberti, & Pauli, qui conſuluerunt, vt omnia ea, quæ in poſta continentur, ſint rata, & firma, D. Baldus de Cantono conſuluit quòd Sapientes duodecim, qui præſunt, & præerunt à modò prouiſioni, & defenſioni Ciuitatis, & Communitatis Mediolani, habeant auctoritate huius conſilij, & per præſens conſilium plenam fortiam, poteſtatem, facultatem, & baliam omnia prouidendi, ſtatuendi, & faciendi, ſicut olim alij duodecim Sapientees, qui fuerunt electi in tempore D. Loterij Ruſchæ Poteſtatis Mediolani, habuerunt plenius, vt in poſta continetur. In reformatione Conſilij concordatum eſt conſilium, quòd illi duodecim Sapientes, qui præſunt, & à modò præerunt prouixioni, & defenſioni Ciuitatis, & Comitatus Mediolani, auctoritate huius conſilij habeant plenam fortiam, poteſtatem, & liberam baliam omnia faciendi, & gerendi, & ſtatuendi, etiam ordinandi per Commune Mediolani, ſicut ſi per præſens conſilium fierent, & facta eſſent, prout in poſta ſuperiùs lecta continetur. Interfuerunt ibi teſtes Guido Rampinus, Mutius de Longono, & Niger Ortulia omnes Ciuitatis Mediolani.

Subſcr. &c. Ego Vicecomes de Carexana Notarius Cameræ Palatij Ciuitatis Mediolani tradidi, & ſubſcripſi &c.

Subſcr. cum ſigno Tabellionatus antepoſito &c.

Ego Manfredinus de Alliate Notarius Ciuitatis Mediol. Portæ Nouæ ſubſc. &c.

In Porta Orientali S. Ottobonus de Blautello S. Girardus Præallonùs.

In Porta Noua S. Martinus Cotta, S. Accurſius Battalia.

In Porta Cumana S. Pellizarius Mainerus, S. Iacobus de Anzano.

In Porta Vercellina S. Lantelmus Criuellus, S. Ioannes Surdus.

In Porta Ticinenſi S. Azo Stampa, S. Carneuarius della Cruce.

In Porta Romana S. Vbertus Vicecomes, S. Obizo de Oſtiolo.

38.

Anno 1293. IN Nomine Domini noſtri Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio, Indictione ſexta, die Dominico quarto die menſis Iunij, præſentibus Turcono Fontanella, Buſto Lauezario Notarijs Comenſibus, & Belino Petraſancta, Caſimiro Oldrado ambo Mediolanenſibus Iudicibus, & familiaribus D. Poteſtatis. D. Vbertinus Vicecomes Ciuis Mediolani, & Poteſtas Ciuitatis Cumanæ, nomine ipſius Reipublicæ, per præſentem cartam declarat, & inſtituit ſuos certos nuncios, & procuratores Guiſcardum Petraſanctam, & Ottonum Mandellum Ciues Mediolani, & eius Conſanguineos præſentes, & recipientes, vt adſint eius nomine, & vice inſtrumento dotis D. Beatricis ſororis ſuæ nubendæ D. Odoardo dicto Nigro de Pirouano Ciui Mediolani, ei promiſſa anno præterito milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſecundo, vt patet ex inſtrumento tradito per Belaſinum Adam; Quibus præfatus D. Vbertinus concedit facultatem promittendi, ſeu dandi, vel conſignandi dictæ D. Beatrici nomine dotis bona dicti Vbertini ſita in Oppido de Ferno, quæ ſunt medietas ipſius Oppidi ei obuenta in diuiſionibus cum Domino Maffeo eius fratre; declarando hæc ei tradere eo pacto, quòd ſi dicta D. Beatrix deceſſerit nullis relictis filijs, dicta bona reddantur in poſſeſſionem dicti D. Vbertini, ſicuti conuentum vſque de anno præterito vt ſupra, & hoc etiam obſtantibus ſtatutis paraticorum Communis Mediolani, ſeu alijs ſtatutis eius Communitatis. Datum in Palatio Communitatis Reipublicæ Cumi coram Notarijs, & teſtibus ad hoc conuocatis, & ſpecialiter vocatis &c.

Subſcr. cum ſigillis Tabellionatus.

Ego Euſebius Baraca filius Proſperis Imp. Not. tradidi, effeci, & ſubſcripſi &c.

Ego Buſtus Lauezarius fil. qu. Poli Not. Communis ſubſcripſi &c.

Ego Franciſcus de Caſtello filius Finiberti Notarius ſubſcripſi &c.

Ego Ambroſius de Curte fil. qu. Lamberti Notarius Communis interfui, & ſubſcripſi &c.

Ego Honorius Olgiatus fil. Oratij Notarius ſubſcripſi &c.

Ego Turconus Fontanella fil. Curtij Not. Comenſis ſubſcripſi &c.

39.

Anno 1642. ATteſtatio Excellentiſs. Senatus facta anno 1642. die 24. Septembris, quæ inſerta eſt in altera facta anno 1668. vt videtur pag. 25.

40.

Anno 1299. IN Nomine Domini. Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono, die Dominico nono menſis Auguſti, Indictione duodecima, in præſentia mei Notarij, & teſtium infraſcriptorum ad hoc vocatorum, & rogatorum. Frater Ambroſius de Senago, & Frater Beltramus Conuerſi Monaſterij de Morimondo eorum nomine, & nomine Capituli, & Conuentus dicti Monaſterij ex parte D. Matthęi Vicecomitis Dei gratia Sacri Imperij Vicarij in Lombardia, Capitanei Populi Mediolani &c. præſentauerunt, porrexerunt, & dederunt D. Carneuario della Cruce Poteſtati Communis Burgi de Roxate, ac Capitaneo Plebis de Roxate pro Commune Mediolani

Digitized by Google

diolani conſtituto, & Alberto Luppo, Bono de Cereto, Obizoni Crodario, Airoldo Albariſio, Roxate de S. Angelo, & Fornario Portalupo Conſiliarijs Communis dicti Burgi Nobilium, & Burgenſium eorum nomine, & nomine Communis, & Hominum dicti Burgi, ac Plebis dicti Burgi, literas infraſcripti tenoris, quarum tenor talis eſt.

Mattheus Vicecomes Dei gratia Sacri Imperij Vicarius Generalis in Lombardia, Capitaneus Populi Mediolani &c. Diſcretis Viris Capitaneo Plebis, Conſulibus, & Communi Burgi de Roxate ſalutem, & dilectionem. Intellecto quod Fratres Monaſterij Morimundi, ſeù maſſarios eorum de Granchia, de Baxiliano ſuper ipſam Granchiam, de qua pendet quæſtio, moleſtatis certa onera requirentes, diſcretioni veſtræ mandamus, & iniungimus, vt cum quæſtione pendente non ſit aliquid innouandum, prorſus ab huiuſmodi moleſtia deſiſtatis quæſtione durante. Datum Mediolani die Iouis ſexto menſis Auguſti milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono, & reddantur literæ. Actum in Burgo Roxate ſubtus coperto Communis dicti Burgi. Interfuerunt ibi teſtes D. Bruuochus de Orzono fil. qu. D. Vberti, qui modò habitat in Burgo Roxate, & Domini Bernardus, & Albertonus fratres fil. qu. Domini Beltrami Aduocati Ciuitatis Mediolani P. Vercellinæ, omnes noti. Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Maffeus fil. qu. Iacobi de Deroſtis de Burgo Roxate Notarius fieri rogatus tradidi, & ſcripſi &c.

41.

Anno 1297. IN Chriſti nomine Amen, Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo, die Sabbati vigeſimo ſeptimo Maij, Indictione decima, in Curia Communis Mediolani in Camera D. Ioannis Mariæ de Salimbenis de Placentia Comitis Palatini, & Poteſtatis Mediolani, & eius Communis. D. Guilielmus de Puſterla Imperialis Penſionarius Aſtenſis natus recolendæ memoriæ D. Bonifacij Militis, præſentibus D. Bernardo de Puteobonello filio Stephani, Manfredo Septara fil. q. Lanfranchi, Ambroſio Septara fil. q. Vberti, Ioanne, & Petro fil. q. Gaſparis Vicecomitis ambobus teſtibus Ciuitatis Mediolani ad hæc requiſitis, & vocatis, fecit irreuocabilem donationem puram, & meram Margaritæ filiæ ſuæ vxori deſponſatæ cum licentia Summi Pontificis D. Vercellino nato D. Vberti Vicecomitis eius Conſobrini, de Hoſpitio Magno ſito in Porta Romana Parochia Sancti Ioannis ad Fontes, cum ſuis ædificijs, cameris, ſolarijs, curtibus, puteis, acceſſibus, receſſibus, & iuribus ſibi ſpectantibus, cui coheret à ſero vicus Zebedeorum, à mane illorum de Vicecomitibus, à monte illorum de Gallarate, & à veſpere ſtrata magna, & in parte de Puſterla, & de Corbis, quod Hoſpitium eſt exemptum, ac per dictum D. Gulielmum per conuentionem factam cum Commune Mediolani exemptuatum ab omni fodero, & talea per pretium librarum nouem centum tertiolorum à D. Gulielmo dicto Communi remiſſarum, quas libras nouem centum dictum Commune debebat præſentialiter dicto Domino tradere, in reſtitutionem librarum nouemcentum tertiolorum eidem Communi præſtitarum, vt conſtat per publicã cartã ſcriptã per Stephanum Zaffaronum de Mandriſio Communis Mediolani Notario. Quæ omnia ſunt facta coram dicta D. Margarita Puſterla, & D. Vercellino eius Sponſo, & Vberto eius Socero recipientibus nomine, & vice dictæ eius Sponſæ, & Nurus, obligando ſe, & omnia eorum bona de remittendo in poſſeſſione dictam D. Margaritam cum

Digitized by Google

cum debitam attigerit ætatem, & etiam reſtituendi dictum hoſpitium proximioribus parentibus de Puſterlis, vel cui dederit dicta D. Margarita in caſu eius mortis, vel viduitatis, de quibus rogatus fui ego Notarius infraſcriptus, & inde iuſſus plura inſtrumenta vno fieri tenore in caſu petitionis, & occaſionis.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Gaſparinus filius qu. Oliuerij Moroni Notarius P. T. de ſupraſcriptis iuſſu D. Poteſtatis rogatus tradidi, ſcripſi, & ſubſcripſi &c.

42.

Anno 1320. ANno Dominicæ Incarnationis milleſimo trecenteſimo vigeſimo, Indictione tertia, exiſtente Poteſtate Communis Nouarienſis D. Vercellino Vicecomite, die Lunæ vndecima menſis Februarij in loco Alexati. Cheda filia qu. Vgaglæ de Raſagno, & vxor Ioannis, qui dicitur Raponata de Alexate, verbo, & conſenſu, & parabola dicti Ioannis viri ſui, & Ottellus de Raffagno frater ſupraſcriptæ Chedæ, & filius ſupraſcripti Vgaglæ . . . . exceptione non numeratæ, & non acceptæ pecuniæ, & non accepti, & ſibi conſignati pretij, fuerunt confeſſi, & manifeſtauerunt ſe ſe nomine pretij, & pro pretio recepiſſe, & habuiſſe à D. Presbytero Zanno de Alexate Præpoſito Monaſterij S. Iulij de Dulciago lib. ſex Imperiales, ſiuè duplum tertiolorum; videlicet ſupraſcripta Cheda pro quarta parte, & ſupraſcriptus Ottellus pro tribus partibus, pro quibus dñr, & pro quo pretio ſupraſcripti Cheda, & Ottellus fecerunt datum, & inueſtituram ad proprium nomine venditionis, & venditionem . . . . , ſupraſcripti D. Præpoſiti, ad faciendum idem D. Præpoſitus, & eius hæredes, & quibus dederint à modò in anteà omni tempore, iure, proprietario nomine quidquid facere voluerint, ſine aliqua contradictione, vel repetitione ipſorum Chedæ, & Ottelli, eorumq; hæredum cuiuslibet alterius perſonæ. Nominatiuè de petia vna terræ ſyluæ cum arboribus caſtanearum, & rouolarum ſuperiacen. in Territorio Alexati, vbi dicitur Igoretto, quæ eſt perticarum quinque terræ, vel circa, cui coheret à mane, & à monte Petrus de Raffagno, à meridie, & à ſero via, ſimul cum omnibus acceſſibus, & ingreſſibus ſuis, ſuperioribus, & inferioribus ſuis, & cum omni . . . . . . ipſis Chedæ, & Ottello . . . . & eius coherentias pertinenti, & pertinere debenti, & ſicut ipſi Cheda, & Ottellus habebant, tenebant, & poſſidebant viſi ſunt, vel alius pro eis, & ſicut eis pertinebant, & pertinere poterant, & debebant modo aliquo, nihilq; ipſi Cheda, & Ottellus de iure eorum in ſupraſcripta petia terræ in ſe reſſeruauerunt, ſed quodcunq; de iure ipſorum ibi inuenti fuerint, in præſenti dato, & venditione permaneat . . . pro ſupraſcripto dato, & venditione. Præterea ſupraſcripti Cheda pro quarta parte, & Ottellus pro tribus partibus pro ſupraſcripto pretio, & venditione vt ſupra ceſſerunt, dederunt, atq; mandauerunt ſupraſcripto D. Prępoſito omnia eorum iura, omnes actiones, obligationes reales, & perſonales, vtiles, & directas, mixtas, & in factum, & hipotecarias, & rei venditiones ſibi pertinentes, & pertinentia, & quæ ſibi pertinere poterant, & debebant modo aliquo verſus ſupraſcriptam petiam terræ, & verſus quamcunq; occaſionem ſupraſcriptæ petiæ terræ, & ad defenſionem, & pro defenſione ſupraſcriptæ petiæ terrę, & ad petendam, & habendam reſtitutionem, ſi ei euinceretur in aliquo vtſupra ad tantum, quantum ſibi euinceretur, & verſùs detentores, & poſſeſſores ipſius

ipſius petiæ terræ. Conſtituendo ipſi Cheda pro quarta parte, & Ottellus pro tribus partibus ſupraſcriptum D. Prępoſitum procuratorem in rem ſuam, & ponendo eum per omnia in ſuum locum. Inſuper ſupraſcripti Cheda, & Ottellus præceperunt eidem D. Præpoſito, vt in prædictam poſſeſſionem, vel quaſi ſupraſcriptæ petiæ terræ, & dati, & venditionis ſupraſcriptæ, & de cætero teneat, & poſſideat, & ſit poſſeſſor, vel quaſi, & ſe etiam eorum nomine conſtituerunt poſſidere, & poſſeſſorem eſſe, vel quaſi; quod autem datum, & venditionem prædictam ſupraſcripti Cheda pro quarta parte, & Ottellus pro tribus partibus per ſe ſe, ſuos hæredes conuenerunt, & per ſtipulationem promiſerunt eidem D. Præpoſito, pro ſe, ſuis hæredibus, & quibus à modò omni tempore firmum, & firmam, ratum, & ratam habere, & tenere, & contrauenire, & ab omni perſona, & perſonis, corpore, Collegio, & Vniuerſitate cum ratione defendere, guarentare, & disbregare, & cautam ſic attendendi, & obſeruandi, in omnibus, & per omnia vt ſuperiùs dictum eſt, cum omnibus damnis, & diſpendijs, & omni intereſſe, Reſtitut. prædicti Cheda pro quarta parte, & Ottellus pro tribus pàrtibus, obligando ſupraſcripto D. Præpoſito omnia eorum bona pignori. Vndè plures cartas fieri iuſſæ ſunt.

Interfuerunt teſtes Guidolus de Oddo fil. q. Oddi de Sologno, & Vbertinus fil. Perogiæ Garauilli de Alexate. Subſcr. cum ſigno tabellionatus antepoſito. Ego Iacobus Gambēcius Notarius filius qu. Angeli Gambecij hanc cartam abbreuiaui, ſcripſi, & ſubſcripſi.

42. ✠

Anno 1329.

LVdouicus Dei gratia Rom. Imperator ſemper Auguſtus. Vniuerſis Sacri Imperij fidelibus, ad quos præſentes peruenerint, gratiam ſuam, & omne bonum. Hanc legem Imperialis celſitudo ſolemniter profitetur, vt illos, qui ſemper feruenti promptitudine, & obſequioſa voluntate ipſi Sacro Rom. Imperio, nec non Imperatoribus, & Reg. Romanis beneuolentius paruerunt, & fideliter ſeruierunt, iuxtà officium charitatis reſpiciat priuilegio amoris, & gratiæ ſpecialis; Cum igitur Nob., ac Strenuus Vir Ottorinus Vicecomes filius qu. Vberti Pichi Vicecomitis de Caſtelletto noſtri, & Sacri Imperij Romani fidelis dilectus ſuis ſucceſſiuis obſequijs, & fidelitatibus prompta, & gratiua voluntate ſemper ergà nos, & dictum Sacrum Imperium beneuolus apparuerit, & exiſtat ipſius iuſtis ſupplicationibus fauorabiliter, & gratioſè annuere cupientes ſibi poſſeſſionem, ſeù quaſi meri, & mixti Imperij, & ſimplicis Iuriſdictionis Caſtri, & Terræ de Caſtelletto Diœceſis Nouariæ, & Territorij eorum, & hominum, ſeù in homines eorumdem, & omnium pedagiorum, ſeù Toloneorum hactenùs ibi colligi, exigi, & percipi ſolitorum, & piſcheriarum fluminis Ticini infrà ipſum territorium, & ipſum merum, & mixtum Imperium, & ſimplicem Iuriſdictionem per ſe, & eius Vicarios exercendi, & omne ius ipſi Ottorino competens in prædictis approbamus, & ratificamus, & præſentis ſcripti patrocinio confirmamus, nec non etiam innouamus, & ex certa ſcientia ſibi, ſuiſq; ſucceſſoribus per ſe, vel per alios exercenda, exigenda, & habenda concedimus; ex certa ſcientia reuocantes omne Priuilegium, omnemque confirmationem, conceſſionem, vel dationem qualeſqq; Communi, vel hominibus de Caſtelletto, vel alij ſingulari perſonæ, vel Communitati per perſonam quamqq, cuiuſqq; ſtatus exiſtat, vel aliquem noſtrum Prædeceſſorem Imperatorem Romanum, vel Regem de prædictis, vel aliquo

prædi-

prædictorum, ſi qua, vel ſi quæ facta, vel factæ appareant cuiuſqq; formæ, vel tenoris exiſtant, omneque ius cuiuslibet perſonæ ſingularis cui diceretur competere in prædictis vel ratione poſſeſſionis alicuius, vel aliter quocumq; modo. Volentes hanc noſtræ confirmationis, & conceſſionis paginam perpetuam firmitatem obtinere prædictis, & iuribus alijs quibuſqq;, etiam ſi de eis oporteret mentionem fieri ſpecialem, non obſtantibus ipſis omnibus Priuilegijs, confirmationibus, conceſſionibus, & iuribus quibuſcunq; ex certa ſcientia derogantes, & mandantes Communitati, ſeù Communi prædictorum Caſtri, & Terræ de Caſtelletto, quatenùs prædicto Ottorino noſtro, & Imperij fideli dilecto, eiuſq; Succeſſoribus, & Vicarijs in omnibus, vt ſuis Rectoribus, & nulli alij, pareant fideliter, & intendant; alioquin pœnas, & banna, quas, & quæ ipſe, ſuiq; Succeſſores contrà inobedientes, delinquentes, contumaces, aut tranſgreſſores quoslibet tulerint, & ex nunc auctoritate Imperiali approbamus, & volumus inuiolabiliter obſeruari; volentes, vt eaſdem pœnas, & banna poſſint per ſe, ſuoſq; Vicarios, & Nuntios, quandoqq; voluerint, exigere, & habere; iubemus etiam firmiter, & diſtrictè, ne vlla perſona alta, vel humilis cuiuſqq; conditionis exiſtat, nec vlla Vniuerſitas, nec Commune aliquod prædictum Ottorinum, eiuſq; Succeſſores, & Vicarios ſuos in ſupraſcriptis poſſeſſione, confirmatione, & conceſſione, mero, & mixto Imperio, ſimplici Iuriſdictione, & piſcherijs, & pedagijs impediant aliqualiter, vel perturbent, maximè occaſione, vel ratione alicuius confirmationis, vel Priuilegij hactenùs factæ, vel facti, ſeù conceſſi, ſi indignationem Imperialis Maieſtatis, vel grauem eius offenſam voluerint euitare. In cuius rei teſtimonium præſentes conſcribi, & noſtræ Maieſtatis ſigillo iuſſimus communiri. Dat. Papiæ ſexto menſis Auguſti ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo nono, Indictione duodecima, Regni noſtri anno quintodecimo, Imperij verò ſecundo, cum ſigillo Imperiali appenſo cum cordulis ſericeis viridibus, & rubeis.

43.

Anno 1394. NOS Dominus Mediolani &c., Comes Virtutum, Imperialis Vicarius Generalis. Attendentes laborioſa, arduaque fidelitatis obſequia, quæ nobis, & recolendæ bonæ memoriæ Genitori noſtro, alijs noſtris Anteceſſoribus Dominis Mediolani, poſtergatis longæuis temporibus, impendiuerit Nobilis, & Spectabilis Miles D. Vercellinus de Vicecomitibus, ipſiuſq; filij, & alij deſcendentes, propter quæ præfatus D. Vercellinus, eiuſdemq; filij, & alij deſcendentes, eorumque bona fuerunt exempti, & immunes, & libera, exempta, & immunia, & libera annis LXXX., & per tantum temporis, cuius principij non extat memoria, ab omnibus oneribus perſonalibus, realibus, & mixtis Communis noſtri Mediolani, & noſtris, & Anteceſſorum noſtrorum quouis modo impoſitis, ſingula ſingulis, & congrua congruis ſemper refferendo, & quòd Nobilis Vir Antoniolus de Vicecomitibus fil. quon. Nobilis Militis D. Ioannoli fil. qu. præfati D. Vercellini tenet, & poſſidet certa bona ex bonis, quæ fuerunt præfati qu. D. Vercellini, in quibus quidem bonis adeſt quædam Bettora, ſiuè Taberna ſita, & constructa pænes quandam poſſeſſionem dicti Antonioli iacentem in Paſquario Pontis de Seuexo Plebis de Bruxano Comitatus Mediolani, pro qua Bettora per Datiarios Plebis ſupraſcriptæ ipſe Antoniolus, eiuſq; ſictabiles, & tenentes prædictam Bettoram moleſtant,

vo-

volentes exigere ſolutionem datij pro iјs, quæ ibidem venduntur; ea propter ad maiorem roboris firmitatem Antoniolum antedictum, ſupraſcriptamque Bettorã, & fictabiles, ipſam Bettoram tenentes,& vtentes, omnemque ipſius Bettoræ monitionem, ex certa ſcientia de noſtræ plenitudine poteſtatis volumus, decernimus, & mandamus eſſe, & eſſe debere exemptum,& immunem, & exemptos, liberos, & immunes à ſolutione, onerisq; datij impoſiti, & de cætero imponendi, maximè pro datio panis, vini, carnium ſupraſcriptæ Plebis de Bruxano, ipſamq; dictam Bettoram, fictabileſq; ipſam Bettoram exercentes, de cætero moleſtari non poſſe, neque debere. Decernentes inſuper, & concedentes, quòd ipſe Antoniolus,& quilibet eius penſionans; & quilibet tenens ipſam Bettoram poſſit, & valeat vendere,& vendi facere in dicta Bettora panem, vinum, & carnes ad eorum libitum voluntatis liberè, tutè, & impunè, abſq; ſolutione alicuius datij, pedagij, vel gabellæ. Mandantes etiam quibuſcunq; Poteſtatibus, Vicarijs, Iudicibus Datiorum, Refferendarijs, Officialibus, & Rectoribus, quatenus has noſtras literas obſeruent, & inuiolabiliter obſeruari faciant. In quorum teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, & regiſtrari, noſtriq; ſigilli munimine roborari. Datum Mediolani die penultimo Maij MCCCLXXXXIIII. Indictione ſecunda. Nicolaus Villanus. Paganus.

44.

Anno 1395.

IN nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo trecenteſimo nonageſimo quinto, Indictione tertia, die Sabbati quintodecimo menſis Maij. Contentus, & confeſſus fuit, & præſentialiter confitetur Egregius, & Spectab. D. Iacobus Siccus f. q. Generoſi Militis D. Hieronymi P. N. P. S. Euſebij ſe recepiſſe, & habuiſſe ab Egregio Viro D. Dalmatio Septara f. qu. Spect. D. Gualuanij P. N. P. S Petri cum Rete Mediolani ibi præſente, ſtippulante, & recipiente, nomine,& vice Spectab. D. Lazarini de Caponago filij qu. Nobilis D. Comoli eius ſororij, & de denarijs proprijs eiuſdem D. Dalmatij, animo,& intentione eos recuperandi à præfato D. Lazarino, florenos quinquaginta valoris ſoldorum triginta duorum pro quolibet floreno bonæ monetæ currentis Mediolani; & hoc pro plena, & completa ſolutione, & integra ſatisfactione totius ficti libellarij totius temporis præſentis à feſto S. Michaelis proximè præterito retrò, vnius domus cum viridario,& omnibus ſuis iuribus, & pertinentijs iacentis in P. V. P. S. Petri ad Linteum, de qua fuerat inueſtitus libellario nomine qu. D. Ioannolus Caponagus Legum Doctor Auus dicti D. Lazarini ab Egregio Milite D. Antonio Vicecomite f. qu. Magnifici D. Vercellini Militis Auunculo præfati D. Iacobi, ad computum florenorum viginti quinque in anno, conſtante publico Inſtrumento tradito per nunc qu. Michaelem Oldonum Mediolani Notarium, anno, Indictione, & die in eo contentis. Renunciando dictus D. Iacobus Siccus exceptioni non receptorũ, & nõ habitorum dictorũ denariorũ dicta occaſione,& ſpei futurę receptionis, & numerationis,& non facti,& non celebrati huiuſmodi Inſtrumenti, confeſſionis, & ſolutionis præfatorum,& infraſcriptorum omniũ,& ſingulorum non ita actorum, & omni probationi, & defenſioni in contrarium, promittens dictus D. Iacobus, obligando ſe, & omnia ſua bona præſentia, & futura pignori præfato D. Dalmatio ibi præſenti, & dicto nomine ſtipulanti, & recipienti præfatam confeſſionem, & omnia, & ſingula ſupraſcripta ſemper, & omni

Digitized by Google

tempore habebit, & tenebit ratam, gratam, & firmam, & rata, grata, & firma, & nullo tempore contrafaciet, nec veniet per ſe, nec per alios aliqua ratione, vel cauſa, de iure, nec de facto, quæ dici poſſet modo aliquo, directè, nec per indirectum; Et hæc omnia ſub refectione omnium expenſarum; & quòd ipſi D. Lazarino Caponago reddet, & reſtituet omnes expenſas, & omnia damna, & intereſſe, quas, & quæ facerent, & paterentur in iudicio, & extrà, omni alia occaſione remota.

Actum in domo præfati D. Iacobi ſita vtſupra, præſentibus Beltramo Cairato f. q. Ioannis, & Cabrio de Omate f. D. Ioannis ambobus P. N. P. S. Siluestri Ciuitatis Mediolani Pronotarijs. Interfuerunt ibi Teſtes Nobilis D. Octauius de Prata f. q. Nob. D. Io. Antonij P. R. P. S. Calimeri, Antonius de Maramanis, & Simon eius filius P. N. P. S. Euſebij omnes Ciuitatis Mediolani noti, idonei, vocati, & rogati.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito.

Ego Ottorinus de Lampugnano filius Iacobini publicus Imperiali auctoritate Not. Ciuitatis Mediol. P. T. P. S. Ioannis ad Concam rogatus tradidi, ſcripſi, & ſubſcripſi.

45.

Anno 1397. IN nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſeptimo, Indictione quinta, die Martis vigeſimo ſeptimo menſis Februarij. Inueſtiuit nomine locationis, & ficti ad benefaciendum, meliorandum, & non periorandum Spectabilis, & Egregius Miles D. Antonius de Vicecomitibus fil. qu. Nobilis, & Egregij Militis Domini Vercellini Ciuitatis Mediolani Portæ Romanæ P. S. Ioannis ad Fontes, & nunc trahens moram in loco Ciſtilago plebis de Olzate Ollona Duc. Mediolani, Honofrium de Anzano fil. q. Domini Pagani habitan. in loco Colzago Plebis Inzini Ducatus Mediolani præſentem, & recipientem, & ſe obligantem. Nominatiuè de omnibus, & ſingulis bonis, petijs terrarum, pratorum, brugarijs, zerbis vnitis cum ſuis iuribus, & pertinentijs, aquis, & aquęductibus, poſſeſſionum, locorum de Colzago, & de Carpimo, & de Montebreto iacen. in dictis locis, & eorum Territorio plebis de Inzino Ducatus Mediolani pertinen., & ſpectan. præfato D. Antonio, ſaluis, & reſeruatis omnibus buſchis exiſten. ſuper dictis bonis, & poſſeſſion. prædictorum locorum, & fornace exiſten., & iacen. in territorio dicti loci de Carpimo pro vſu præfati D. Antonij; ita, & taliter, quòd de eis non intelligatur eſſe factam aliquam Inueſtituram, nec contractum, nec pro facto habeatur. Eo tenore, quòd à feſto S. Martini proximè præteritò vſque ad annos quinque proximè futuros, & deinde in antea, donec vtrique parti placuerit, dictus Conductor habeat, & teneat, & titulo huiuſmodi locationis poſſidere debeat prædicta bona ſuperius locata cum ſuis iuribus, & pertinentijs, & de eis, & in eis faciat, & fieri faciat quidquid voluerit, meliorando ſemper, & non periorando, dando, & ſoluendo, & dare, & ſoluere teneatur, & debeat dictus Honofrius Conductor dicto D. Antonio locatori, pro ficto ſupraſcriptorum bonorum ſuperiùs locatorum omni anno, quouſq; præſens Inueſtitura durabit, libras centum quindecim, & ſolid. quatuor Imper. bonæ monetæ Mediolani, & Caponos quindecim bonos, idoneos, & ſufficientes, & ſoldatas quindecim ouorum gallinarum . . . . omnia in quolibet feſto S. Vincentij cuiuſlibet anni, præfato D. Antonio in

Ciui-

Ciuitate Mediolani ad eius domum habitationis, vel in prædicto loco Ciſte-lago, aut vbicunque dicto tempore dictæ ſolutionis fiendæ erit prædictus D. Antonius locator, & hoc cum omnibus expenſis, damnis, & intereſſe, quæ fient, & erunt, aut paſſus fuerit dictus locator pro prædicto ficto petendo, & exigendo, vel ab alio recuperando dicto termino præfato. Hoc enim acto, & dato, & pacto ſpeciali inter eos contrahentes appoſito, quòd præf. D. Antonius locator teneatur, & debeat facere, & fieri facere aptare, & ordinare ſedimen ſitum in præfato loco Montebreto ſuis proprijs expenſis, taliter quòd poſſit habitari per vnum Maſſarium &c. ad hæc dictus Honofrius Conductor renunciando omni iuri, & auxilio, quibus ſe tueri, vel iuuare poſſet, promiſit, & guadiam dedit, & ſe, & omnia ſua bona præſentia, & futura, & etiam ſuppellectilia domus, & ea quæ alioquin veriſimiliter non cadunt in obligatione generali, pignori obligauit præfato D. Antonio locatori præſenti, ſtipulanti, & recipienti, quòd ipſe Conductor dabit, & ſoluet prædicto D. Antonio locatori prædictum fictum, videlicet prædictas libras centum quindecim, & ſolid. quatuor Imper. Caponos quindecim, & ſoldatas quindecim ouorum in ſupraſcripto termino; videlicet in feſto S. Martini finis cuiuſlibet anni conſignandum, vt ſupra dictum eſt, & quòd finito tempore huiuſmodi Inueſtituræ, tradet, reddet, & reſtituet eidem locatori vacuam, & expeditam poſſeſſionem, & tenutam ſupraſcriptorum bonorum ſuperius locatorum à nemine occupatam; & prædicta omnia, & ſingula faciet dictus Conductor omnibus ſuis proprijs expenſis, & damnis, & ſinè expenſis, damnis, & intereſſe dicti locatoris, & quòd reddet, & reſtituet eidem locatori omne damnum, intereſſe, & diſpendium, quod proinde faceret, vel pateretur. Renunciando exceptioni, videlicet prædictus Honofrius Conductor non factæ huiuſmodi promiſſionis, & obligationis, & prædicti ambo contrahen. non actæ huiuſmodi Inueſtituræ, & prædictorum, & infra dictorum omnium, & ſingulorum non ita actorum, & factorum, omniq; probationi, & defenſioni . . . . . Quæ omnia, & ſingula facta ſunt eo acto, & dicto, quòd ſi quo tempore agi contigerit de prædictis, vel aliquo prædictorum, vel eorum occaſione poſſit dictus Honofrius Conductor omni tempore; & vbique terrarum, & ſub quolibet Iudice, & Auditore realiter, & perſonaliter conueniri. Renunciando omnibus ferijs, & dilationibus earum, & cuilibet interdicto earum, & quòd dare non poſſit in ſolutum pro prædictis, vel aliquo prædictorum cartas, nec notas debiti Communis Mediolani, nec aliquid aliud contrà voluntatem prędicti D. Antonij locatoris, prǽterquam bonam pecuniam numeratam. Renunciando omnibus ſtatutis, conſilijs, & ordinamentis factis, vel faciendis per Commune Mediolani, ſeù per aliam perſonam . . . . & conſtituit dictus Honofrius Conductor ſe tenere, & poſſidere, vel quaſi omnia ſua bona, & iura nomine dicti D. Antonij locatoris, & pro eo; ita quòd poſſit, & ei liceat ſua auctoritate propria, & cum auctoritate iudiciaria, prout maluerit, & ſine aliquo Seruitore, banno, & Nuncio Communis Mediolani vbique accipere, robare, contextare, ſaxire, ſequeſtrare, occupare, capere, & detinere poſſeſſionem, intrare, & in ſolutum accipere, & retinere, tenere, & poſſidere, vendere, & alienare de bonis, & rebus dicti Honofrij Conductoris, vſq; ad plenam, & completam ſolutionem, & integram ſatisfactionem omnium prædictorum, & ob hoc non intelligatur quòd ei vis, vel violentia facta ſit, vel illata, renunciando omni accuſationi, & defenſioni, quam proinde facere,

 vel

vel dare poſſet. Actum in dicto loco Ciſtelago in ſtrata publica iuxtà pontem Caſtri, ſiue domus habitationis præfati Domini Antonij locatoris, coram Filippolo de Coliata filio quon. Zaneti, & Florio de Souico fil. quond. D. Ambroſij ambobus habitantibus in dicto loco Ciſtelago Notarijs, & Pronotarijs. Interfuerunt ibi Teſtes Conradolus de Raſtis filius Maſſij, Antoninus de Bernardis fil. q. Pedroti ambo noti, & Dominus Presbyter Albertus de Colliate filius D. Magiſtri Petri habitan. in loco Turate plebis Applani Duc. Mediolani omnes idonei, vocati, & rogati.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Minolus de Colliate fil. Ioannis habitan. in loco Ciſtelago Plebis de Olzate Olona Ducatus Mediolani Imper. auctoritate Notarius publicus rogatus tradidi, ſcripſi, & me ſubſcripſi.

46.

Anno 1410. IN nomine Domini, Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo decimo, die Veneris prima Auguſti, Indictione tertia. Spectabiles, & Magnifici DD. Galeaz Miles aureatus, Otho Ducales Camerarij, Frater Iacobus Miles S. Ioannis, Ioannes Miles Regij Ordinis S. Georgij, & Axo Ducalis Quadrarius fratres de Vicecomitibus filij qu. Egregij, & Potentis Militis D. Antonij faciunt liberam, & francam donationem Illuſtri, & Generoſæ D. Deianiræ de Valperga eorum matri, relictæ dicti D. Antonij, de Torque aurea, & monile cum varijs margaritis, & lapillis pretioſis valoris florinorum quinquecentum auri, & dicta D. Deianira facit liberam ceſſionem dictis DD. Galeatio, Othoni, Iacobo, Ioanni, & Azoni filijs ſuis de illis florinis decem, quos ipſi fratres eidem Dominæ Deianiræ ſoluere omni anno tenentur, donec vixerit, quæ omnia facta ſunt cum licentia, & diſpenſatione Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Ioannis Mariæ Ducis Mediolani, vt ex literis ſuis datis Tricij, anno, ac Indictione currentibus, die ſecundo Iulij, ſignat. Ioannes &c. Quæ omnia acta ſunt in domo habitationis præfatorum fratrum, ſita in P. Ticinenſi Parochia S. Mariæ in Valle coram Domino Ioanne Plantanida filio qu. D. Ambroſij, & Petro de Dugnano filio D. Antonij dictæ Portæ, & Parochiæ Notarijs, & Pronotarijs Mediolani. Interfuerunt ibi teſtes D. Preſbyter Laurentius de Brippio fil. qu. Domini Maſſioli habitans in Oppido Melegnani, D. Leo Luranus fil. q D. Hieronymi, & Aloyſius de Laueno filius Iacobi omnes teſtes noti, & vocati eiuſdem Portæ, & Parochiæ.

Subſcript. cum ſigno tabellionatus. Ego Gerardus de Mezotis fil. qu. Domini Eugenij Notarius Ciuitatis Mediolani Portæ Iouis Parochiæ S. Petri ad Hortum rogatus tradidi, & ſubſcripſi &c.

47.

Anno 1379. REperitur in libro Azuro regiſtri Aquarum officij ronariæ Ducalis Cameræ exiſtente inchoato anno 1473. in fol. 88. Nauigij Magni propè Mediolanum, inter cætera ſic infra fore ſcriptum.
Nos Galeaz Vicecomes, Comes Virtutum Mediolani &c., Imperialis Vicarius Generalis. Vidimus literas patentes, aliàs per bonæ memoriæ qu. Magnificum D. Genitorem noſtrum indultas Egreg. Militi D. Antonio Vicecomiti tenoris huiuſmodi videlicet. Nos Galeaz Vicecomes Mediolani &c. Imperialis Vicarius Generalis. Volentes gra-

gratiam facere ſpecialem Egregio Militi D. Antonio Vicecomiti dilecto Conſanguineo noſtro, concedimus eidem auctoritatem, licentiam, & facultatem faciendi, ſeù fieri faciendi, & tenendi vſq; in perpetuum abſq; contradictione alicuius, & ſolutione aliqua Buccam vnam in flumine Nauigij Communis noſtri Mediolani, de ſubtus pontem Caſtelletti, altam à fondo dicti Nauigij per tertias duas vnius brachij lignaminis, per quam extrahere poſſit, & labi facere tantam aquam, quanta eſt neceſſaria vni rotæ molendini, & hoc pro irrigando, & irrigari faciendo certas terras ſuas, & prata; ita tamen, quòd huiuſmodi irrigatio in conductione dictæ aquæ non præiudicet alicui priuatę, vel ſingulari perſonæ. Dat. Mediolani die quintadecima Nouembris 1362. prima Indictione. Quarè complacere volentes eidem D. Antonio dilecto Conſanguineo noſtro prædictas literas, & conceſſionem antedictam per pręſentes confirmamus, & eas eſſe volumus, vt præmittitur, confirmatas. In quorum teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, & regiſtrari, noſtrique ſigilli munimine roborari. Dat. Papiæ 1379. die tertio menſis Martij, ſecunda Indictione. Signat. Antoniolus cum ſigillo Ducali pendente. Subſcript. Ego Baptiſta de Oppño Rationator Ducalis Cameræ præſens exemplum à libro Azuro ſupraſcripto extraxi, & in fidem præmiſſorum ſubſcripſi.

48.

Anno 1408.

DVX Mediolani &c. Quia infraſcripti Nobiles Ciues noſtræ Ciuitatis Mediolani habitatores Burgi Roſati, vlz. Gaſpar de Aduocatis, Catharina de Aduocatis, Beltraminus, & Aloyſius fratres de Aduocatis, Anſelminus de Aduocatis, Ambroſinus de Terzago, Enricus de Terzago, Ambroſius de Terzago, Zanonus Cagarana, Vincentius Cagarana, Philippus de Caſate, Antonius de Aduocatis, Iacobus de Canobio, Paſſinus de Combrilijs, Antonius Combrillius, Vanolus de Curte, Cabriolus Cataneus, Manfredolus Lauterius, Emioliolus de Montebreto, Antonius Reſta, Breſſanus de Ozimo cum Nepotibus, Petrolus Trettius, & Franzinus Reſta, nec non & Commune, & homines, ac Plebani, & Canonica S. Stephani dicti Burgi Roſati, pro Statu noſtro multa, & varia ſupportarunt damna, diſpendia, & expenſas, ac contribuerunt, & impoſterum habent contribuere certis ſpecialibus oneribus, & factionibus pro bono, & conſeruatione dicti noſtri Status pro digno remedio; prædictarum tenore præſentium ex certa ſcientia mandamus, decernimus, & iubemus, quòd prædicti Ciues Mediolani, ac dicti Commune, homines, Plebani, & Canonica S. Stephani Roſati, nec aliquis, ſeu aliqui eorum pro aliquibus taleis præſtitis, ſubſidijs, nec alijs cuiuſuis oneribus per nos, ſeu Commune noſtrum Mediolani hactenus quomodolibet impoſitis, & impoſterum imponendis, pro tempore dumtaxat, quo Spectabilis primus Camerarius, & Conſiliarius noſter dilectus Antonius Vicecomes dictum Burgum Roſati in gubernationem tenebit per nos aliàs ſibi conceſſa, neque pro aliquibus debitis, quæ ipſi habeant, ſeu habere reperirentur cum Camera noſtra, ſeu cum Communi noſtro Mediolani occaſione dictarum talearum, præſtitorum ſubſidiorum, & aliorum quorumuis omnium hactenus impoſitorum, & de cætero imponendorum, vt ſupra, non poſſint, nec debeant inquietari, turbari, neque quomodolibet realiter, vel perſonaliter moleſtari; quinimò de quibuſcunq; libris, liſtis, filcijs, extractibus, & ſcripturis in, & ſuper quibus pro debitoribus ſcripti ſunt, & reperiantur occaſione prædictorum talearum, præſtitorum

ſubſi-

Digitized by Google

ſubſidiorum, & aliorum quorumcunq; omnium hactenus impoſitorum, & imponendorum, vt prædicta, & huiuſmodi debita liberè, & ſine ſolutione alicuius pecuniæ cancellentur. Mandantes Magiſtris intratarum noſtrarum, & Refferendarijs Cameræ noſtræ, Vicario, & Duodecim Prouiſionum, ac Syndicis Communis noſtri Mediolani, & quibuſcunq; Commiſſarijs, Exactoribus, & Officialibus noſtris, & dicti Communis Mediolani præſentibus, & futuris, ad quos harum noſtrarum literarum executio ſpectat, & ſpectare poterit quomodolibet in futurum, quatenus eaſdem noſtras literas ſicut iacent, earumq; diſpoſitionem, & effectum adimpleant, exequantur, & ſeruent inuiolabiliter, & faciant executioni mandari, & pariter obſeruari. In quorum teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, & regiſtrari, noſtriq; ſigilli munimine roborari. Dat. Mediolani die duodecimo Maij 1408. Indictione prima. Vbertus.

49.

Anno 1398. REperitur in Archiuio Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Capituli Regiæ Baſilicæ Scalenſis inter Scripturas Caſtri Vicecomitis fore ſcriptum in pergamena, vt infrà.

Egr. Militi D. Poteſtati, & Prudenti Viro Refferendario noſtris Cremonæ.

Dux Mediolani &c. Papiæ, ac Virtutum Comes.

Secundùm quòd aliàs Præceſſoribus veſtris ad conſimilem ſupplicationem Prepoſiti, & Canonicorum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Caruptis noſtræ Ciuitatis Mediolani mandaſſe recolimus, volumus cum nihil ſuper hoc per ipſos fuerit executum, & de quo ſumus malè contenti, & Vobis expreſsè mandamus, quatenus viſis præſentibus præcipi faciatis Iacobo de Caualcabobus in ea nominato præſentialiter, vel ad domum habitationis ſuæ, quatenus intrà certum terminum competentem per Vos ſibi aſſignandum fieri feciſſe debeat vnam clauicam, vel voluturam de lapidibus, & cæmento, per quam aqua, cuius ibi ſit mentio, fugam, & decurſum habeat, per modum quòd nullum poſſeſſioni Caſtri Vicecomitum, de qua ibi agitur, inferat detrimentum; caſu autem quo Vobis conſtiterit clauicam huiuſmodi, vel voluntam non eſſe factam elapſo termino præceptato, ordinetis, & faciatis indilatè cum effectu, quòd feriola, de qua ſupplicatio facit mentionem, totaliter auferatur, Magiſtriſq; noſtrarum Intratarum Extraordinariarum de receptione præſentium, ac de ordine, quem appoſueritis, ſuperindè cum dicto præcepto, ſubſequenter reſcribatis. Datum Papiæ die primo Februarij 1399. Marinus.

1398. ſecundùm curſum Cremonæ die 12. Februarij.

Pro parte Spectabilis, & Egr. Militis D. Antonij de Vicecomitibus Poteſtatis Ciuitatis, & diſtrictus Cremonæ, in executione literarum noſtri Illuſtriſſimi D. Ducis Mediolani &c. datarum Papiæ primo Februarij præſentis, præcipiatur præſentialiter ſi reperiri poterit in Ciuitate Cremonæ, & ſi non poterit præſentialiter reperiri, ad domum eius habitationis, Iacobo de Caualcabobus, quatenus infrà dies viginti proximè futuros fieri feciſſe debeat vnam clauicam, vel voluturam de lapidibus, & cæmento ad ſcolatorium poſſeſſionis Caſtri Vicecomitis Præpoſiti, & Canonicorum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Caruptis Ciuitatis Mediolani, per modum, quòd aqua decurrens per dictum ſcolatorium, & aqua decurrens per feriolam dicti Iacobi, quam deriuat à Nauilio Communis Cremonæ per Territorium dicti loci, fugam, & decurſum ha-

habeat, per modum, quòd nullum inferat detrimentum poſſeſſioni prædictæ Caſtri Vicecomitis, nec eam damnificet vllo modo; aliter ſi præſens mandatum, & eius continentiam duxerit in contemptum, ſeriola, ſiuè aquæductus dicti Iacobi totaliter auferatur, per modum quòd ex alueo dictæ ſeriolæ aquam nullatenus deriuare poterit à Nauilio ſupraſcripto, & vlteriùs de eius inobedientia fiet notitia Domino prælibato, prout in literis præfati Domini ſerioſiùs continetur.

1398. die 12. Februarij ſupraſcripto. Retulit Antonolus de Furnis Correrius Communis Cremonæ ſe ex parte ſupraſcripti D. Poteſtatis, & ex impoſitione ſibi Correrio facta per præfatum D. Poteſtatem copiam, & exemplum ſupraſcripti præcepti portaſſe, & dimiſiſſe ad domum habitationis ſupraſcripti Iacobi ſit. in vicum Sancti Michaelis Veteris Cremonæ, & dictam eius habitationem pręcepiſſe, in omnibus, & per omnia prout in iſto mandato pleniùs continetur.

Die Veneris 14. Februarij retulit Ambroſius de Groſſis Correrius, & Nuncius Communis Cremonæ ſe ex parte ſupraſcripti D. Poteſtatis, ex impoſitione ipſi Correrio facta per præfatum D. Poteſtatem, in ſcriptis citaſſe, & requiſiuiſſe ſupraſcriptum Iacobum de Caualcabobus præſentialiter inuentum in loco Robecchi diſtrictus Cremonæ, & eidem Iacobo in ſcriptis relaxaſſe, & dimiſiſſe copiam præſentis citationis, & præcepti, & contentorum in eo, atq; præcepiſſe eidem Iacobo præſentialiter inuento vtſupra, in omnibus, & per omnia, prout in iſto præcepto latiùs continetur.

Subſcriptum. Ego Ludouicus de Fodris Ciuis, ac Imperiali auctoritate Notarius Cremonæ ſupraſcriptas literas noſtri Illuſtriſſimi Domini, præceptum, ac relationes ſupraſcriptas in regiſtro literarum præfati noſtri Illuſtriſſimi Domini inſertum, & regiſtratum, & hanc copiam ab Originali authentico fideliter extraxi, prout iacet ad literam, & in præmiſſorum teſtimonium me ſubſcripſi.

50.

Anno 1435. REperitur in Abbreuiaturis Inſtrumentorum rogatorum per n. q. Ioannem Bozzolanum inter alia ſic fore vlz.

In nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quinto, Indictione decima tertia, die Lunæ vigeſimo octauo menſis Martij. Spectabilis D. Regula de Galeatijs de Senis f. q. Generoſi Militis D. Guidi, & vxor Spectabilis D. Baptiſtæ Vicecomitis mariti ſui f. q. Magnifici Militis D. Antonij habitans in loco Somæ capite plebis Ducatus Mediolani Procuratrix, & procuratorio nomine præfati D. Baptiſtæ mariti ſui, ad hæc, & alia ſolemniter conſtituta, vt patet publico Inſtrumento illius procuræ ſpecialis tradito, & rogato per me Notarium &c.

Procuratorio nomine, quo ſuprà, & omnibus modo &c.

Fuit contenta, & confeſſa ſe recepiſſe, & habuiſſe à Balzano de Raimondis f. qu. Gulielmi habitan. in loco de Ciſtelago Plebis Olzate Olona Ducatus Mediolani præſente, & ſtippulante modia xx. miſturæ ſicalis, & milij æqualiter, pro plena, & completa ſolutione, & integra ſatisfactione ficti anni præſentis, & finituri in feſto Sancti Martini proximè futuro certorum bonorum iacentium in ſupraſcripto loco Ciſtelago, & eius Territorio, quæ bona ſupraſcriptus Balthaſſar tenuit, & tenet à dicto D. Baptiſta Vicecomite ad computum ſupra-

Digitized by Google

ſupraſcriptum, & de quibus bonis ſupraſcriptus Balthaſſar inueſtitus fuit per Inſtrumentum Inueſtituræ traditum,& rogatum, vt dicitur, per Porrum de Marinonibus Notarium Mediolani &c.

Renunciando &c.

Promittens &c.

Actum in ſupraſcripto loco Somæ, videlicet in Caſtro dicti loci, in quo Caſtro præfata D.Regula habitat. Præſentibus Pronotarijs ſupraſcriptis Albertino de Gallia, & Ioanne eius filio. Teſtes Premolus de Clericis de Lomazio f. q. Iacomolti habitans in ſupraſcripto loco Ciſtelago, & Gulielmus dictus Rubeus de Pigozijs fil. quon. Petri habitan. in capſinis de Maſcalzia territ. de Turate, & Antonius dictus Bogionus de Burigozijs f. q. Ambroſioli habitans in ſupraſcripto loco Somæ, omnes noti &c.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus. Ioannes Angelus Fontana filius Iulij Cæſaris P. T. P. S. Petri in Caminadella Mediolani publicus Imperiali auctoritate Mediolani Notarius, ex auctoritate ſibi conceſſa per DD. Abbates Ven. Collegij Notariorum Mediolani explendi Inſtrumenta recepta per q. quon. Ioannem Bozzolanum, ab Originali fideliter extrahere fecit, & concordare inuentum pro fide ſubſcripſit.

51.

Anno 1420. REperitur in Imbreuiaturis Inſtrumentorum rogatorum per nunc quon. Ioannem Bozolanum olim publicum Mediolani Notarium inter alia ſic fore ſcriptum vlz.

In nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo vigeſimo, Indictione quartadecima, die Mercurij nono menſis Octobris.

Spectabilis Vir D. Baptiſta Vicecomes f. q. Nobilis, & Egregij Militis D. Antonij ſolitus habitare in Ciuitate Mediolani in Porta Cumana in Parochia Sancti Thomæ in Cruce ficariorum, nunc moram trahens in loco de Soma capite Plebis Ducatus Mediolani, omnibus modo, iure, via,& forma, quibus meliùs potuit, & poteſt inueſtiuit nomine locationis, & ficti ad benefaciendum, meliorandum, & non peiorandum Stephaninum de Vicomercato filium quon. Georgij habitantem in ſupraſcripto loco Somæ præſentem, & ſe inueſtientem, & obligantem vt infrà. Nominatiuè de ſedimine vno iacenti in ſupraſcripto loco Somæ, quod eſt cum ſuis ædificijs, cameris, ſolarijs, curte, area, & horto, & alijs ſuis iuribus, & pertinentijs, cui cohæret ab vna parte ſtrata, & ab alijs DD. Vicecomitum. Item de omnibus,& ſingulis iuribus, axijs, acceſſijs, ingreſſibus, & regreſſibus, vſibus, vijs, vtilitatibus,& commoditatibus quibuſcunq; prædictis bonis ſuperiùs locatis, pro eis, & eorum occaſione pertinentibus, & ſpectantibus. Saluo tamen, & reſſeruato, quod ſi erratum foret in prædictis cohærentijs, vel aliqua earum, quòd non noceat veritati, ſed ſemper ſtetur, & ſtari debeat veritati, & veris cohærentijs. Eo tenore, quod à feſto Sancti Martini proximè futuro in anteà ad annos nouem tunc proximè futuros, & deindè in anteà, donec vtriq; parti placuerit prædictus Stephaninus conductor habeat, teneat, gaudeat, & poſſideat ſupraſcripta bona, & iura ſuperiùs locata, & de eis, & in eis faciat, & facere poſſit quicquam voluerit, & effectus præſentis locationis poſtulat, & requirit, meliorando ſemper, & non peiorando, dando, & ſoluendo, & quod dare, & ſoluere teneatur, & debeat prædictus Conductor, dicto locatori quolibet anno du-

Digitized by Google

durante præſenti locatione modia duo mixturæ ſicalis, & millij æqualiter bona, pulcra, & ſicca, ac menſurata per iuſtam menſuram Communis Mediolani; viz. ſicalem in feſto Sancti Laurentij, millium in feſto Sancti Michaelis finis cuiuslibet anni.

Quod quidem fictum &c.

Et hæc omnia &c.

Quæ omnia &c.

Actum in ſupraſcripto loco Somæ capite Plebis Ducatus Mediolani, propè portam Caſtri dictæ terræ, præſente Pronotario Chriſtophoro dicto Maſſa della Porta f.qu. D. Ioannoli habitante in loco de Caſorate Plebis Arſagi Ducatus Mediolani Notario. Interfuerunt ibi teſtes Dioniſius de Bregonzijs filius qu. D. Bernabouis, & D. Presbyter Geruaſius de Bozeranis filius quon. D. Vercellini, ambo Canonici Eccleſiæ Sanctæ Agnetis dicti loci, & Ioannes de Monetarijs f. q. D. Arrigolij omnes habitantes in ſupraſcripto loco Somæ, omnes noti, idonei, vocati, & rogati &c.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus. Ego Iulius Cæſar Schiannius f. q. Ioannis Andreæ P. R. P. S. Euphemiæ intus Mediolani, publicus Mediolani Notarius, habens auctoritatem mihi conceſſam per DD. Abb. Vener. Collegij Notariorum Mediolani explendi Inſtrumenta rogata per ſupraſcriptum Ioannem Bozolanum olim publ. Mediolani Notarium, & habitatorem loci Somæ, ſupraſcriptum Inſtrumentum ab eius Imbreuiaturis fideliter extrahi feci, & quia concordare inueni, ideo &c.

52.

Anno 1420. DVX Mediolani &c. Papiæ, Angleriæq; Comes. Supplicationem recepimus pro parte Baptiſtæ de Vicecomitibus continentiæ ſubſequentis videlicet. Illuſtriſſimæ Dominationi Veſtræ Ducali. Supplicatur humiliter pro parte Veſtri fideliſſimi ſeruitoris Baptiſtę de Vicecomitibus, quòd Terra Somæ Ducatus Veſtri Mediolani cum eius omnimoda Iuriſdictione, ſpectat, & pertinet ipſi Supplicanti, dictaq. Terra cum eius territorio, & hominibus ab antiquo ſemper, ſeù per tantum tempus præteritum, cuius principij memoria non exiſtit, fuit, & eſt libera, & exempta à quibuſcunq; imbotaturis, datijs, & oneribus realibus, perſonalibus, atq; mixtis, & etiam à Iuriſdictione tam in ciuilibus, quàm in criminalibus Capitanei Seprij, & cuiuslibet alterius Officialis. Quæ libertas, & exemptio ſemper hinc retro extitit obſeruata, & obſeruabatur tempore Illuſtriſſimi bonæ memoriæ qu. D. Genitoris Veſtri, & ſecundùm iudicia aliàs facta, etiam ſecundùm literas alias Veſtras emanatas, debet inuiolabiliter obſeruari, ſed tamen à modico tempore citrà tentatur innouari, & fieri contra antiquitates, & honorantias dicti Supplicantis, & dictam libertatem, & exemptionem, & contra ſolitum, etiam, ſicut firmiter creditur, contra Veſtram bonam intentionem, quòd pro taleis florenorum impoſitis, & quæ imponantur Plebi Somæ, Mezanæ, & Arſagi, pro quibus videntur Dñi de Conſilio veſtro velle, quòd homines dictæ Terræ Somæ pro bonis proprijs, quæ habeant, ſoluant, & contribuant cum ipſa Plebe, quod non eſt conueniens conſiderata dicta antiqua libertate ipſius Terræ, & Territorij Somæ, & conſiderato, quòd illa bona, quæ habeant aliqui homines dictæ Terræ, fuerunt antiquitus de bonis domus ipſius Supplicantis, ac dato, quòd ipſi homines Somæ pro ipſis bonis ſoluere cogerentur, nullum exindè ſequetur vtile

Digitized by Google

Cameræ, nec Dominationi Veſtræ, ſed ſolùm illis Plebanis, qui turbare nituntur honorantias, & antiquitates eiuſdem veſtri Supplicantis, & velle non debet Veſtra Dominatio, quòd abſq; aliquo ſuo vtili detrahatur ipſius Supplicantis honorantijs, & antiquis iuribus in damnum eiuſdem Supplicantis, & vtilitatem dictorum Plebanorum,& contra ſolitum, quod etiam pro Imbotaturis vini, bladarum, leguminum, & fęni, propter certam nouam additionem poſitam anno proximè præterito in incantu dictarum Imbotaturarum, & quod pro criminalibus proceſſibus de quibus viſus eſt Capitaneus veſter Seprij velle ſe intromittere contra homines dictæ Terræ Somæ, licet contra informationem per eum ſumptam. Quare dignetur præfata Dominatio per patentes literas veſtras, ex certa ſcientia edicere, & mandare, quòd eidem Supplicanti,& dictæ ſuæ Terræ Somæ, ac eius hominibus ſeruentur,& ſeruari debeant, omni exceptione remota, literæ eiuſdem Dominationis, ſuper materia ipſa conceſſæ, nec non omnes, & ſingulæ ſuæ antiquitates, & honorantiæ, ac libertas, & exemptio, de qua ſuperiùs agitur. Et ſi qua nouitas facta ſit, contra ſolitum,quòd liberè reuocetur, & attentis in ea ſupplicatione narratis tenore præſentium declaramus noſtræ firmæ intentionis eſſe, quòd dictus Supplicans, ac Terra, & homines Somæ in ſupradicta ſupplicatione nominati, circa ibidem narrata tangentia factum dictæ Terræ, ac Iuriſdictionis, & honorantiarum ſuarum,illis modo,& forma tractari debeant,& tractentur, quibus hactenus, & maximè tempore Illuſtriſſimi claræ memoriæ D. Genitoris noſtri,tractari ſoliti fuerint,& tractabantur. Mandantes Capitaneo noſtro Seprij, nec non Poteſtatibus, Vicarijs, Rectoribus, & Officialibus noſtris præſentibus, & futuris ad quos ſpectat,& ſpectabit in futurum, quatenus has noſtras literas obſeruent,& obſeruari faciant cum effectu. In quorum teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, & regiſtrari, noſtriq; ſigilli appenſione muniri. Dat. Mediolani die vndecimo Maij Mccccxx. Indictione tertia decima. Subſcript. Iacobinus Antoninus. Sign. cum cera rubea.

53.

Anno 1410.

DVX Mediolani&c. Attendentes benemerita,fideliaq; obſequia Egregij Conſanguinei noſtri nobis ſincerè dilecti Ottonis de Vicecomitibus, & proindè volentes in eum, ob aliqualem dictorum ſuorum obſequiorum, & benemeritorum recompenſationem, munificentiam noſtram extendere, harum ſerie ex certa ſcientia eidem Ottoni donamus purè, merè, & irreuocabiliter inter viuos officium deputandi quatuor Officiales, tamen ſufficientes, & idoneos, ad officium Priſtinorum panis albi Communis noſtri Mediolani, cum omnibus iuribus, honorantijs, & commoditatibus dicto officio pertinentibus, & ſpectantibus in integrum. Reuocantes Antonium de Mandello, & quemlibet alium in poſſeſſione dicti officij præſentialiter exiſtentem. Ita, & taliter, quòd ipſe Otto de Vicecomitibus, per ſe, & quemlibet alium ſuum nuncium,gaudere, & vti frui poſſit dicto beneficio, & omnibus iuribus, honorantijs, & commoditatibus prædictis abſq; alicuius contradictione, omni exceptione remota. Mandantes Poteſtati, Vicario,& Duodecim Prouiſionum Communis Mediolani, Magiſtratiſq; intratarum noſtrarum,& cæteris noſtris officialibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit impoſterum, quatenus has noſtræ donationis literas obſeruando, & inuiolabiliter obſeruari faciendo dictum Ottonem in pacificam poſſeſſionem dicti officij ponant,& inducant,prędictúq;

manu-

Digitized by Google

manuteneant, & defendant, ſibiq; de dictis honorantijs, & commoditatibus temporibus debitis cum integritate reſpondeant, ſeu faciant reſpondere. In quorum teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, & regiſtrari, noſtriq; ſigilli impreſſione muniri. Dat. Mediolani die decimo Maij 1410. Indictione tertia. Conradinus.

54.

Anno 1453. REperitur in Abbreuiaturis Inſtrumentorum rogatorum per n. q. Ioannem Bozolanum olim pub. Mediolani Notarium, inter alia ſic fore ſcriptum, vlz.

N Nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio, Indictione prima, die Lunæ ſecundo menſis Aprilis. Magnificus, & Potens Miles D. Guido Vicecomes natus quon. Magnifici, & Potentis D. Baptiſtæ P. C. P. S. Thomæ in terra amara Mediolani &c. omnibus modo, iure, via, & forma, quibus melius potuit, & poteſt, fecit, & conſtituit, & ſolemniter ordinauit, & facit, conſtituit, & ſolemniter ordinat Spectabilem Virum D. Baptiſtam de . . . . abſentem, tanquam præſentem, ſuum certum miſſum, nuncium, & procuratorem, & quidquid meliùs eſſe, & dici poteſt. Specialiter ad procuratorio nomine præf. D. Conſtituentis, & pro eo, & eius nomine interrogandam Magnificam, & Generoſam D. Leonoram de Rotarijs f. q. Magnifici D. Princiuallis, ſi ipſa D. Leonora vult cum præfato D. Guidone Vicecomite conſtituente, matrimonium verum, & per verba de præſenti contrahere, & ſi contrahit, & conſentire vult, & conſenſit per verba de præſenti in præfatum D. Guidonem Conſtituentem, & ad ſtipulandum eius D. Leonoræ reſponſionem fiendam ipſi interrogationi, & ad procuratorio nomine, quo ſupra, dicendum, & proteſtandum, quòd præfatus D. Guido Conſtituens vult accipere, & accepit præfatam D. Leonoram in ſuam vxorem, & in ipſam D. Leonoram per verba de præſenti conſentire, & conſentit, & in manus ipſius Dominæ, & prout, & ſicut dicto procuratori ſuo videbitur; & inſuper ad procuratorio nomine, quo ſupra, & eis non . . veram . . per illos ou., & formam, prout, & ſicut . . videbitur. Et in ſignum dictæ diſpenſationis ſubarandum, & deſponſandum dictam D. Leonoram anulo aureo, & gemmato, pro eius vera, & legitima vxore, & prout, & ſicut dicto procuratori ſuo videbitur, & placuerit. Et item ad procuratorio nomine, quo ſupra, confitendum recepiſſe, & habuiſſe omnem quantitatem ſchiauorum, & bonorum ab ipſa D. Leonora, ſeu ab alio, vel alijs eius Dominæ nomine ſtipulanti, & recipienti, cauſa, & occaſione dotis ipſius Dominæ promiſſæ, ſeu promittendæ ipſi D. Guidoni per dictam D. Leonoram, vel aliter eius Dominæ nomine. Et ad promittendum ſub obligatione ſui, & omnium ſuorum bonorum præſentium, & futurorum pignori ipſi D. Leonoræ, vel alij eius nomine ſtipulanti, & recipienti, quòd adueniente caſu dictorum ſchiauorum, ſeu bonorum, quos confeſſus fuit recepiſſe vt ſupra, quod Deus auertat, reddendæ, ſeù reſtituendæ, reddet, & reſtituet eidem Dominæ, vel illi, vel illis, quibus iuſſerit ipſa Domina, vel ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus.

Et hoc cum clauſulis, & ſolemnitatibus debitis, & neceſſarijs, & prout dicto eius procuratori videbitur, & placuerit.

Et pro prædictis, & quolibet prædictorum ipſum D. Conſtituentem, & eius bona obligandum, & contractum, & diſtractum fieri, & celebrari faciendum

 vnum,

vnum, & plures, & prout, & ſicut ipſi Procuratori ſuo videbitur, & placuerit. Dans, & concedens præfatus D. Conſtituens dicto Procuratori ſuo, plenum, liberum, largum, & generale, ac ſpeciale, & ſpecialiſſimum mandatum, cum plena, libera, larga, & generali, ac ſpeciali, & ſpecialiſſima adminiſtratione in prædictis, & circa prædicta, & quolibet prædictorum. Promittens præfatus D. Conſtituens ſub obligatione ſui, & omnium ſuorum bonorum præſentium, & futurorum pignori mihi Notario infraſcripto perſonæ publicæ ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice, & ad partem, & vtilitatem cuiuslibet perſonæ, cuia intereſt, ſeù intereſſe poſſit quomodòlibet in futurum, ſe omni tempore ratum, gratum, & firmum habiturum quidquid per eum, ſeu &c. actum, dictum, geſtum, & procuratum fuerit in prædictis, & circà prædicta, & quodlibet prædictorum.

Actum in loco Somę cap. Plebis Ducatus Mediolani, videlicet in Caſtro ipſius loci, pręſentibus Pronotarijs ſupraſcriptis Ioanne de Gallis filio Donati, & Ambroſio de Bozolanis. Teſtes D. Galeaz de Galeatijs de Senis f. q. Magnifici Militis D. Guidi habitans in Burgo Mainerio Nouarienſis Diœceſis, Antonius de Orquiano f.q. Benedicti habitans in loco Somę cap. Plebis Ducatus Mediolani, & Petrus de Dauerio f. q. Iannoli Mediolani P. C. P. S. Thomę in terra amara, omnes noti &c.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus. Ioannes Angelus Fontana filius Iulij Cęſaris P. T. P. S. Petri in Caminadella Mediolani publicus Imperiali auctoritate Mediolani Notarius, ex auctoritate ſibi conceſſa per DD. Abbates Ven. Collegij Notariorum Mediolani explendi Inſtrumenta recepta per n.q. Ioannem Bozolanum olim pub. Mediolani Notarium, & habitatorem loci Somæ cap. Plebis Ducatus Mediolani, ſupraſcriptum Inſtrumentum ab eius Imbreuiaturis fideliter extraxit, & concordare inuentum (exceptis nonnullis verbis ob vetuſtatem non intellectis) pro fide ſubſcripſit.

55.

Anno 1447. REperitur in Abbreuiaturis Inſtrumentorum rogatorum per n. q. Ioannem Bozolanum olim publ. Mediolani Notarium, inter alia ſic fore ſcriptum, vt infra, viz.

In Nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo, Indictione vndecima, die Martis tertio menſis Octobris.

Donatus de Gallis filius Marcoli; Ioannes de Burigoſſijs filius Antonioli, Ioannes de Graſſonis filius qu. Stephanoli, omnes habitantes in caſinis de Vira territorij Somæ Ducatus Mediolani; Azinus, & Chriſtophorus ambo fratres de Gallis f. q. Ambroſoli; Ioannes de Gallis eius Chriſtophori filius; Albertinus de Gallis filius q. D. Ioannoli; Ioannes Vinfredinus, & Ambroſinus omnes fratres de Gallis omnes dicti Albertini filij; Andreas, & Antonius ambo fratres de Gallis f. qu. Bernardoli; Bertonus de Solbiate f. qu. Ioannoli; Chriſtophorus de Arſago filius Tonetti; Antoniolus de Brunolo fil. q Chriſtophori; Georgius de Bellottis f. qu. Togni; Beltramolus de Beſnate fil. qu. Gulielmi, & Ioannes de Beſnate eius Beltramoli filius; Beltraminus, Ioãnes, & Micholus omnes fratres de Caſteletto f. qu. Antonioli; Chriſtophorus de Bregonzijs f. qu. Bertani; Stephanus de Curignola f. qu. Ioannoli; Ioannolus, & Chriſtophorus ambo fratres de Sancto Petro f. qu. Iacobi; Beltramolus filius ſupraſcripti Ioannoli, & Ambroſinus, & Chriſtophorus ambo fratres de

San-

Sancto Petro filij ſupraſcripti Chriſtophori; Ioannes de Buſtis f.qu. Comuzij; Ambroſolus, & Chriſtophorus fratres de Buſti f. qu. Petroli; Ambroſius, & Corſolus fratres de Soma f. qu. Zannis; Gaſpar de Zunba f. qu. Bertuzij; Petrus de Zunba f. qu. Gaſparis; Gaſparinus de Zunba f. qu. Antonij; Ambroſolus de Vergiate f. qu. Anzeroli; Iugnolus de Vergiate f. qu. Ioannoli; Beltramus, & Pinus ambo fratres de Vergiate filij ſupraſcripti Ambroſoli; Chriſtophorus de Seſona f.q. Pauli; Donatus de Seſona filius ſupraſcripti Chriſtophori; Ioannolus de Seſana fil. q. Berti; & Azinus, Bartholomæus, & Albinus omnes fratres de Seſona filij ſupraſcripti Ioannoli; Marcus dictus Loya de Seſona f. q. Ardei, & Ioannes de Seſona eius Azini filius; Ioannolus de Curnignola f. q. Petroni; Antoninus, Ioannes, & Matthæus omnes fratres de Mozate f. q. Laurenzoli; Beltramolus, & Antoninus ambo fratres de Beſnate f. q. Ioannoli, & Chriſtophorus de Beſnate f.q. Stephanoli; Minetus de Seſona f. q. Togni; Chriſtophorus de Seſona f. q. Togni; Ioannes de Arſago filius Stephani; Paulus de Burigozijs fil. q. Ambroſij; Ioannes de Buſti f. q. Beltrami; Antonius, & Bertinus fratres de Buſti eius Ioannis filij, & Vanolus de Buſti f. q. Bertini, Iacobinus dictus Abbas de Sancto Ambroſio f.q. Azirani, & Ioannes, & Stephanus ambo fratres de Sancto Ambroſio eius Iacobini filij; Georgius de Paſſano f. q. Iacobini; Chriſtophorus, Ambroſinus, & Antonius omnes fratres de Arſago filij Petroli; Andriolus de Iuarzio f. q. Arigoli; Andriolus de Seſona f. q. Pauli; Chriſtophorus, & Gerardus ambo fratres de Michalo f. q. Vitali, & Ioannes, Donatus, & Chriſtophorus omnes fratres de Michalo, eius Chriſtophori filij; Ioannes de Cattaneis f. q. Ambroſoli; Ioannolus dictus Mocionus de Fabis f. q. Peroli; Chriſtophorus de Hiza f. q. Iacobini; Ioannolus Tognottus f.q. Girardoli, Ioannes dictus Botta de la Porta f.q. Chriſtophori, Chriſtophorus de la Porta f q. Matthæi, Ioannes Antonius, & Chriſtophorus fratres de Sgrauio f. q. Petri, Petrus della Porta f. q. Galuanei, & Beltraminus, & Franchinus fratres della Porta eius Petri filij; Galuaneus della Porta f. q. Azini; Antoninus dictus Formica de Bregonzijs f. q. Girardi, & Gerardus de Bregonzijs eius Antonij filius; Franzolus, Antoninus, Ioannes, Michirolus, & Chriſtophorus omnes fratres de Cattaneis f. q. Ottorini; Gerardus de Caſorate f. q. Bertoli, & Ioannes de Caſorate filius ſupraſcripti Gerardi, Donatus, Iacobinus, & Tadinus fratres della Porta f. q. Petroli; Antoniolus de Luattis f. q. Ioannoli; Stephanolus de Luattis filius dicti Antonioli, & Chriſtophorus de Luattis eius Stephanoli filius; Gulielmus de Luattis f. q. Ioannoli; Beltramus, Ioannes, & Chriſtophorus omnes fratres de Beſnate filij Togni, Marcus dictus Gnata della Porta f. q. Antonij della Porta eius filius, Ioannolus della Porta f. q. Antonij, & Donatus della Porta eius filius, Ioannes dictus Rampinus de Lantico f. q. alterius Ioannis, Gerardus Horeginus, & Petrolus fratres de Ferrarijs f. q. Antonioli; Antoninus de Lonate f. q. Iacobini, Beltramolus de Fabis f. q. Beroli, & Petrolus de Fabis eius Beltramoli filius, Antoninus de Cattaneis f. q. Ioannoli, Petrolus de Fabis f. q. Vderti, & Vdtimolus de Fabis eius Petroli filius, Antoninus de Vergiate f. q. Vdtinoli, & Franzolus de Vergiate eius Antonini filius, Ioannolus de Bregonzijs f. q. alterius Ioannoli, & Petrolus de Bregonzijs eius Ioannoli filius, Franceſchinus de Fabis f. q. Martini, & Stephanus de Fabis eius Franciſci filius; Ioannolus de Caualerijs f. q. Iacobi; Iacobinus, Albertinus, & Ioannes omnes fratres de Luattis f. q. Horigini, Gallolus de Fabis f. q. Petrini, & Ioannes de Fabis eius Chriſtophori filius, Vdter. de Fabis f. q. Beſoli, & Euſebiolus dictus

Boatus

Boatus de Fabis filius Tauri; Christophorus de Yſpa f. q. Antonij, & Beltramolus de Vergiate f. q. Antonioli, omnes habitantes in ſupraſcripto loco de Soma capite Plebis Ducatus Mediolani,& quilibet eorum per ſe ſingulariter, & diuiſim,iurauerunt, & iurant ad Sancta Dei Euangelia manibus corporaliter tactis Sanctis Euangelijs in manibus Magnificorum Dominorum Franciſci vtriuſq; Iuris Doctoris, & Guidonis amborum fratrum Vicecomitum fil. quon. Magnifici D. Baptiſtæ amborum habitantium in ſupraſcripto loco Somæ, præſentium, ſtipulantium, & recipientium, vlz. quòd ab hac hora in anteà erunt fideles, & obedientes præfatis DD. Franciſco, & Guidoni, & ſuis filijs legitimis, & naturalibus, & quòd non erunt in conſilio, conſenſu, aut facto, vt vitam perdant, aut membrum, ſeù capiantur, aut in eis manus quomodolibet violenter ingerẽtur, vel iniuriæ aliquæ inferantur, quouis quæſito colore; conſilium verò quod eiſdem, ſeù alicui eorum tradituri ſunt, per eos, aut nuncios, aut literas ad eorum damnum, eos ſcientes verum pandent, bonis, & iuribus eorum adiutores erunt ad defendendum,& retinendum contra omnem hominem, nuncios eorum benè tractabunt, & in eorum neceſſitatibus adiuuabunt, iura, honores, & eorum priuilegia conſeruare, defendere, promouere,& augere curabunt, nec erunt in conſilio, nec facto,ſeù tractatu, in quibus contrà eos DD. Franciſcum,& Guidonem,nec eorum filios vtſuprà, aliqua ſiniſtra, vel præiudicialia perſonarum, iuris, honoris, ſtatus, & poteſtatis eorum machinentur; & ſi talia à quibuſcunq; procurari nouerint, impedient hoc pro poſſe, & quàm citiùs poterint commodè ſignificabunt eiſdem Dominis, vel alteri per quod poſſint ad eorum notitiam peruenire; vocati ad eorum præſentiam venient, niſi iuſta, & rationabili cauſa præpediti; conſilium verò quod ab eiſdem per præfatos DD. Franciſcum, & Guidonem poſtulatum fuerit, ſuo ſcire dabunt bonum, & idoneum. Renunciantes exceptioni prædicti omnes ſuperiùs nominati, non præſtiti iàm disti iuramenti vtſupra, prædictorumq;, & infraſcriptorum omnium, & ſingulorum non ità actorum, & factorum, & omni probationi, & defenſioni in contrarium. Et de prædictis rogatum fuit per me Notarium infraſcriptum publicum confici Inſtrumentum.

Actum in domo habitationis præfatorum DD. Franciſci, & Guidonis ſit. in prædicto loco Somæ. Interfuerunt ibi teſtes Venerabilis Vir D. Io Franciſcus de Galeazijs de Siccis Præpoſitus Eccleſiæ Sanctæ Agnetis ſupraſcripti loci Somæ f.q Magnifici Militis D. Guidi notus, D. Paulus de Robuano f. q. D. Marcoli habitans in loco de Gorla Maiori Plebis Olzati Olonæ; Dioniſius de Caſtroſeprio filius Antonij habitans in loco Samarate Plebis Gallarati; & Galeaz de Cayello filius Marcheſoli habitans in loco Ciſtelago ſupraſcriptæ Plebis de Olzate Olona, omnes Ducatus Mediolani, idonei, vocati, & rogati &c.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus. Ego Iulius Cæſar Schiannius f.q. Ioannis Andreæ P. R. P. S. Euphemiæ intus Mediolani publicus Mediolani Notarius, habens auctoritatẽ mihi conceſſã per DD. Abb. Vener. Collegij Notariorum Mediolani explendi Inſtrumenta rogata per ſupraſcriptum Ioannem Bozolanum olim publicum Mediolani Notarium, & habitatorem loci Somæ capite Pleb. Ducatus Mediolani,ſupraſcriptum Inſtrumentum ab eius Imbreuiaturis fideliter extrahi feci, & quia cum eius originali concordare inueni, ideo &c.

In

55.

Anno 1448. IN nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octauo, Indictione duodecima, die Iouis vigeſimo primo menſis Nouembris. Conuocata, & cōgregata Vicinantia,& Vniuerſitate hominū loci de Gulaſicca Plebis Somæ Ducatus Mediolani annorum quatuordecim,& ſupra,in executione literarum Magnificorum Dominorum Capitaneorum, & Defenſorum libertatis Illuſtris, & Excelſæ Communitatis Mediolani tenoris infraſcripti, videlicet. Capitanei, & Defenſores libertatis Illuſtris, & Excelſæ Communitatis Mediolani dilecti noſtri. Conceſſimus titulo dati, & venditionis Spectabilibus,& Sapienti, & Strenuo D. Franciſco, & Guidoni fratribus de Vicecomitibus filijs q. D. Baptiſtæ locum illum cum eius Datijs, entratis, & prouentibus, mero,& mixto Imperio, & gladij poteſtate, alijſq; regalibus, de quibus latiùs continetur in Inſtrumento venditionis,& alienationis eiuſmodi abindè tradito, & confecto. Volumus igitur, & vobis mandamus, quatenus prædictos fratres de Vicecomitibus ad poſſeſſionem, & tenutam, vel quaſi prædictorum eiuſmodi, & iurium eiuſmodi recipiatis, & admittatis, ac eiſdem de cætero pareatis, & obediatis, ac in eorum manibus iuretis, & præſtetis debitum fidelitatis, & homagij ſacramentum, ſuſcipiendo eos, & vtrumq; eorum in veros Dominos, & Superiores veſtros, ijs quidem modo, & forma, prout Illuſtriſſimo q D. Duci noſtro, & huic Excelſæ Communitati facere conſueueratis, & faciebatis, reſpondendo quoq; eiſdem de dictis entratis, & prouentibus more ſolito cum prouidè ſucceſſerint, & ſuccedant in præfatæ Communitatis locum, ius, & ſtatum, & in hoc, & ſubiectione antedicta faciendum ad dictos fratres, vt prædicitur, nullam prorſus exceptionem faciatis ſub indignationis noſtræ pœna. Dat. Mediolani die quartodecimo Nouembris milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octauo. D. Candidus. A tergo Fidelibus dilectis noſtris Communi, & hominibus Gulaſiccæ. Sigillat. ſigillo magno præfatæ Communitatis more conſueto, ibidem præſentialiter productarum in authentica forma per præfatum D. Franciſcum ſuo, & nomine, & vice præfati D. Guidonis fratris ſui, & per me Notarium infraſcriptum lectarum vulgari, & intelligibili voce in ipſa dictorum hominum conuocatione, & congregatione ibidem, & vt ſupra, congregata de mandato, & impoſitione Antonioli Muſcalij de Guazonibus filij qu. Gulielmini, & Antonini de Guazonibus f.q Ioannini dicti Gibellini amborum Conſulum, & Officialium Communis, & Hominum dicti loci de Gulaſicca, vigore, & in executione ipſarum literarum, ſono campanæ præmiſſo iuxta conſuetudinem ipſius loci, & priùs etiam citatis, & monitis ſupraſcriptis inferiùs nominatis hominibus per Beltramum f. q. Facioli Andeganum, & Nuncium ipſius loci de Gulaſicca, ad Plateam publicam ipſius loci propè Eccleſiam S. Mariæ ipſius loci, pro ipſis literis exequendis, & infraſcriptis ſpecialiter peragendis, in qua quidem conuocatione, & congregatione aderant, fuerunt, & ſunt ſupraſcripti Conſules, & cum eis Zanolus de Guazonibus f. q. Sambagoli, Antonius della Turre f. q. Beltramoli, Premolus eius filius, Iacobus de Cardano f. q. Barzagini, Antonius eius frater, Franciſchinus della Porta f. q. Ginoli, Stephanus del Piro fil. Petroli, Bertinus Geroli de Guazonibus f. q. Perini, Premolus de Coſſis f. q. Paulini, Boninus de Coſſis eius frater ſimiliter f. q. ſupraſcripti Paulini, Nicolinus de Guazonibus f. q. Canobini, Bertinus Fantinæ de Beſutio f. q. Antonij, Donatus

natus Guazonus f. q. D. Maſſioli, Bertinus de Guazonibus eius frater, ſimiliter f. q. ſupraſcripti D. Maſſioli, Ioannolus de Guazonibus f. q. Franciſci ſupraſcripti, Beltramus f. q. Facioli de Guazonibus, Andeganus vt ſupra Vercellinus de Regio f. q. Iacobi, Ioannes de Vergiate f. q. Martinoli, Magiſter Laurentius Sartor de Soma f.q. Gratioli, Beltramus Mulinarius de Soma f.q. Gregorij, Ioannolus de Peuerarijs f.q. Iacobini, Molus de Guazonibus f. q. Antonioli, Ioannolus de Guazonibus f. q. Andrioli, Henrigoitus de Guazonibus f. q. Paxini, Zauinus de Napo Cardirarius f. q. Iuſti, Ioannes de Guazonibus f. q. Melchionis, Minus della Porta f. q. Maroli, Andriolus Quirice de Guazonibus f. q. Bartholomæi, Antonius de Guazonibus f. q. Franciſci, Andrionus de Vergiate f. q Antonioli, Gaſparinus de Guazonibus f. q. D. Micheroli, Ioannes Guzonus f. q. Genoli, Ioannes de Guzonibus f. q. Nicolini, Franciſchinus de Vergiate f. q. Bartholomæi, Thomas de Beſnate f. q. Premoli, Petrus filius ſupraſcripti Premoli de Coſſis, Iacobus fil. Ioannoli Andreoni, Premolus de Bernate fil. Thomæ, Bartholomæus fil. Andrioli de Vergiate, Simon Ferrarius de Bignizolo f. q. Pagani, Stephanus fil. Andreoli de Vergiate, Petrolus fil. Balzarini Coſſæ, Vrdiginus Guazonus f. q. Ginoli, Ioannes de Vergiate f. q. Bartholomæi, Guilielmus f. q. Ioannoli de Guazonibus, Maſſiolus Guazonus fil. Donati, & Ioannes della Porta fil. Beltrami, omnes habitantes in dicto loco de Gulaſicca, repreſentantes totam Vicinantiam, & Vniuerſitatem tam nobilium, quàm vicinorum dicti loci de Gulaſicca, omnes vnanimes, & concordes, nemineq; eorum diſcrepante, facientes infraſcripta omnia, & ſingula, & quodlibet infraſcriptorum ſupraſcripti omnes ſuperiùs nominati vniti, vt ſupra, de beneplacito, & mandato, & conſenſu ſupraſcriptorum Conſulum, & ſupraſcripti Conſules de beneplacito, & conſenſu, ac voluntate ſupraſcriptorum aliorum ſuperiùs nominatorum ſuis nominibus proprijs, & item nomine, & vice Communis, & hominum, ac ſingularum perſonarum vtriuſque ſexus ipſius loci de Gulaſicca. Pro quibus Commune, & hominibus, ac ſingularibus perſonis ſupraſcripti loci, ſupraſcripti ſuperiùs nominati promiſerunt, & promittunt de rato habendo ſub eorum omnium ſuperiùs nominatorum, & cuiuslibet eorum, & eorum, & cuiuslibet eorum, & dictorum Communis, & hominum dicti loci, ac ſingularum perſonarum bonorum obligatione pignori, vt infra, voluntariè, ſpontè, & ex certa ſcientia, ac animo deliberato, & exequendo dictas literas, & hanc infraſcriptam fidelitatem, ſeù fidelitatis, & homagij iuramentum, fecerq; vt infra promiſerunt, ſuis, & dictis nominibus vt ſupra; & pro quibus Commune, & hominibus, ac ſingularibus perſonis vt ſupra, de rato habendo promittentes, vt ſupra, obligauerunt ſe ſe, ſuis, & dictis nominibus, vt ſupra, & omnia eorum, & cuiuslibet eorum, & dictorum Communis, & hominum dicti loci de Gulaſicca, vt ſupra, bona mobilia, & immobilia, præſentia, & futura, ac etiam ſuppellectilia domus, reſq; alias veriſimiliter non caderent in obligatione generali, ac iurauerunt, & iurant ad Sancta Dei Euangelia manibus corporaliter tactis ſcripturis, etiam ad inſtantiam, & requiſitionem præfati D. Franciſci Vicecomitis ibi præſentis, inſtantis, & hanc fidelitatem, & ſacramentum fidelitatis, & homagij, ac promiſſionem, obligationem ſtipulantis, & recipientis ſuo nomine proprio, & item nomine, & vice, & ad partem, & vtilitatem præfati D. Guidonis, & pro eis, eorumq; hæredibus, & ſucceſſoribus legitimis, & in manibus præfati D. Franciſci ibi præſentis, & ſuo, & dicto nomine recipientis in hunc modum, & per hæc verba videlicet. Quòd ſupraſcripti ſuperiùs nominati ſuis, & dictis nominibus, ac omnes, & ſingulæ perſonæ

ſonæ vtriuſq; ſexus ipſius loci præſentes,& futuræ perpetuò ſtabunt,& erunt fideles, & obedientes præfatis DD. Franciſco, & Guidoni fratribus,vt ſupra, eorumq; , & alterius eorum hæredibus, & ſucceſſoribus in omnibus quæ ad vtilitatem, commodum, & honorem præfatorum DD. Fratrum de Vicecomitibus, eorum hæredum, & ſucceſſorum, ac eorum Status ſint, veniant, & concernant,& quæ etiam præfati Domini, eorumq; filij, & hæredes, & ſucceſſores percipient, & requirent tam in ſcriptis, quàm viua voce, & quod ſemper erunt parati ire, & ibunt, ad omnem eorum Dominorum, & eorum hæredum, & ſucceſſorum, & cuiuslibet eorum requiſitionem, & quoties expedierit, & facultas aderit, cũ armis,ſi habuerint, vel alijs paramentis ad defenſionem præfatorum Dominorum, eorumq; hæredum, filiorum, & ſucceſſorum,& cuiuslibet eorum,& earum perſonarum, Status, bonorum, honoris, & rerum;faciendo,& quòd facient pro conſeruatione ſtatus præfatorum Dominorum, eorumq; filiorum, hæredum, & ſucceſſorum, & cuiuslibet eorum, & perſonarum ſuarum, guerram, pacem,& treguam, & quòd non tentabunt, nec facient, nec tentare vt ſupra facient nullo modo directè, nec per indirectum, nec alio quouis modo aliquid contra præfatos DD., nec contra eorum ſtatum, filios, hæredes, nec ſucceſſores, nec in eorum Dominorum filiorum, hæredum, & ſucceſſorum, nec eorum, nec alterius eorum ſtatus, honoris, & vtilitatis præiuditium, nec ſtabunt, & aſſentient in aliquo alicui proditioni, nec tractatui, quod præfatis Dominis, eorumq; filijs, hæredibus, & ſucceſſoribus, nec alicui eorum, nec eorum, nec alicuius eorum ſtatui, honori, & vtilitati præiudicare poſſit in aliquo, nec detrimentum inferre; quinimò ſi quid ſenſerint tractari,vel fieri in præiudicium præfatorum Dominorum,eorumq; filiorum, hæredum, & ſucceſſorum, vel eorum, vel alicuius eorum ſtatus, honoris,& vtilitatis, illud quamprimùm poterunt,notificabunt,ſeu notificari facient præfatis Dominis, & eorum filijs, hæredibus, & ſucceſſoribus, ſeu eorum, vel alicuius eorum officialibus,vel familiaribus, prout melius poterunt, & contingere poterit; & quòd eorum familiares, & famulos, officiales, & nuncios benignè recipient, & colligent, omnibuſq; fauoribus, conſilijs,& auxilijs opportunis aſſiſtent, ac ſi requiſiti fuerint, bonum, ac fidele conſilium dabunt,& præſtabunt præfatis Dominis, eorumq; filijs, heredibus, & ſucceſſoribus, famulis, familiaribus, officialibus, & nuncijs fideliter in omnibus ijs, in quibus requiſiti fuerint, & quæ nouerint prodeſſe poſſe præfatis Dominis vt ſupra; & quòd omnia, quæ eis in ſecreto, vel ſub ſecreto per ipſos Dominos, eorumq; filios, hæredes, & ſucceſſores, famulos, familiares, officiales, & nuncios, vel aliquem eorum dicta, & impoſita fuerint, ſecreta tenebunt, neminiq; præterquam illis, de quibus melius, & vtilius pro ſtatu præfatorum Dominorum, & vt ſupra videbitur conueniri, vel ſibi commiſſum, & impoſitum fuerit, reuelabunt, & quòd toto eorum poſſe obuiabunt omnibus ijs, quæ nouerint in præiudicium, & detrimentum, ac læſionem præfatorum Dominorum, eorumq; filiorum, hæredum, & ſucceſſorum, & cuiuslibet eorum, & eorum ſtatus, & cuiuslibet eorum, occurrere poſſe,vel contingere;& quòd de entratis ſolitis percipi in ipſo loco, & de ipſo loco de Gulaſicca legitimè præfatis Dominis, eorumq; filijs, hæredibus, & ſucceſſoribus temporibus debitis reſpondent, ipſoſq; Dominos, eorumq; filios, hæredes, & ſucceſſores ſemper,vt veros, & legitimos eorum Communis, loci, & hominum, ac ſingularum perſonarum de Gulaſicca Dominos tenent, colent, honorabunt, & tractabunt, eiſque parent,& obedient,vt ſupra, & omnia ea facient,& gerent verſus ipſos eorum Dominos, eorumq; filios, hæredes, & ſucceſſores, quæ

quilibet bonus ſubditus verſus ſuum verùm, & legitimum Dominum de iure facere debet, & tenetur, ac conſueuit; & in omnibus, & per omnia promiſerunt obligantes vt ſupra, ac iurauerunt; & iurant hoc fidelitatis, & homagij ſacramentmn faciendum vt ſupra, prout, & quemadmodum iurare, promittere, & obligare tenentur, tam ex forma, & ſecundùm formam antiquæ formæ fidelitatis, quam nouæ, & prout in eis formis continetur, & meliùs, & validiùs, ac efficaciùs fieri poſſit, ac omnibus modo, iure, via, & cauſa, & forma, quibus meliùs, & validiùs ſecundùm ipſas formas fidelitatis potuerunt, & poſſunt, iurauerunt, & iurant ſuper eorum, & cuiuslibet eorum animam; hoc ſemper intellecto, quòd ad dictamen Sapientis hoc præſens fidelitatis, & ſacramenti Inſtrumentum emendari, corrigi, & ſuppleri poſſit, non mutata tamen ſubſtantia facti; renunciando exceptionem ſupraſcripti homines de Gulaſicca ſuis, & dictis nominibus non factæ eiuſmodi fidelitatis, & ſacramenti fidelitatis, & homagij, & non celebrati huiuſmodi Inſtrumenti fidelitatis, et ſacramenti, et prædictorum, et infradictorum omnium, et ſingulorum non ita actorum, et factorum, omniq; probationi, et defenſioni in contrarium. Quæ omnia, & ſingula ſubſcripta, facta fuerunt, & ſunt ita, & eo acto, quòd ad prædicta omnia, & ſingula poſſint ſupraſcripti omnes ſuperiùs nominati ſuis, et dictis nominibus, ac dicti Commune, et homines dicti loci de Gulaſicca præſentes, et futuri, et quilibet eorum omni tempore vbique, et ſub quolibet Iudice realiter, et perſonaliter conueniri. Renunciando, quod non poſſint tempore aliquo opponere, dicere, nec allegare cauſas collocatas, vel collocandas, nec ferias ordinarias, ſolemnes, vel repentinas, nec aliud interdictum cauſarum, nec dare in ſolutum pro prædictis, vel aliquo prædictorum cartas, nec notas debiti Communis Mediolani, nec alias cartas, nec aliquid aliud, quàm pecuniam numeratam pro pœna, et nomine pœnæ, pro vt iuri videbitur conueniri, et damno, et intereſſe, quæ præfati DD., eorumq; filij, hæredes, et ſucceſſores, et quilibet eorum pati poſſent, vel contingerent, caſu quo ſupraſcripti Commune, et homines, ac ſingulares perſonæ præſentes, et futuri dicti loci de Gulaſicca contrafacerent in aliquo huic Inſtrumento fidelitatis, et homagij ſacramenti. Conſtituentes, vt conſtituerunt ex nunc, prout ex tunc, et eo caſu ſupraſcripti homines ſuperiùs nominati ſuis, et dictis nominibus tenere, et poſſidere omnia eorum, et cuiuslibet eorum, et dictorum Communis, et hominum dicti loci de Gulaſicca, bona, res, et iura nomine præfatorum DD., eorumq; filiorum, et hæredum, et ſucceſſorum, et pro eis, et vnoquoq; eorum, ita, et eo acto, quòd adueniente caſu petendi per pactum ſpeciale, liceat ſupraſcriptis DD., eorumq; filijs, et hæredibus, et ſucceſſoribus, et cuilibet eorum occupare, capere, detinere, poſſeſſionem intrare, robare, contextare, ſaxire, ſequeſtrare, vendere, & alienare, et in ſolutum accipere, et retinere ſua auctoritate propria, abſq; parabola Iudicis, et ſine ſeruitore, banno, et nuncio alicuius Iuſdicentis, et abſq; alia conuentione, vbicunque inuenerint de bonis, et rebus ſupraſcriptorum hominum, et ſingularum perſonarum dicti loci de Gulaſicca præſentium, et futurorum, et cuiuslibet eorum, vſq; ad plenam, et completam ſolutionem, et integram ſatisfactionem totius eius, pro quo agi contigerit. Et de prædictis rogatum fuit per me Notarium infraſcriptum publicum confici debere Inſtrumentum vnum, et plura tenoris eiuſdem. Actum in Platea publica propè Eccleſiam Sanctæ Mariæ dicti loci de Gulaſicca, præſentibus Pronotarijs Ioanne de Gallijs filio D. Bertolini, et Ambroſio de Gallis filio Iacobini dicti Miſſi, ambobus habitantibus in loco de Soma Capite Plebis Mediolani Notarijs. Interfuerunt

Digitized by Google

runt ibi teſtes D. Petrus de Agone f. q. D. Ioannis, D. Paulus de Lonate f. q. D. Antonij, ambo habitantes in Burgo de Gallarate, noti, et D. Marcus de Caiſello f. q. D. Lanfranchi habitans in loco de Ciſtelago, omnes idonei, vocati, et rogati etc.

Subſcript. Notarij, ſigno Tabellionatus appoſito, eſt videlicet,

Ego Franceſchinus de Cagaranis f. q. D. Beltrami habitans in Burgo de Gallarate rogatus tradidi, ſcripſi, et me ſubſcripſi etc.

56.

Anno 1447. REperitur in Imbreuiaturis Inſtrumentorum rogatorum per n. q. Ioannem Bozolanum olim publicum Mediolani Notarium ſic fore ſcriptum, vt infra vlz.

In nomine Domini, Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo, Indictione vndecima, die Veneris decimo ſeptimo menſis Nouembris.

Cum Gulielmus de Ceſate f. q. D. Ioannis Petri dicti Oſtani aſſertus datiarius Datij Imbotatus vini noui, bladorum, et lignorum Plebis Somæ, Mezanæ, et Arſagi Ducatus Mediolani acceſſerit ad locum Somæ Capite Plebis, vnà cum Petro de Caſate Commiſſario Illuſtris, et Excelſæ Communitatis Mediolani, nec non Simone de Sanſonis Commiſſario Spectabilis D. Capitanei Gallarati, cauſa inquirendi dictum datium Imbotatus etc. in dicto loco Somę, et eius Territorio; et cum fuiſſet ad domum habitationis Magnificorum DD. Franciſci vtriuſq; iuris Doctoris, et Guidonis fratrum de Vicecomitibus filijs q. Magnifici D. Baptiſtæ, et requiſiuit à præfatis fratribus, quòd volebat in dicto loco Somæ, et Territorio inquirere dictum Datium imbotaturæ, et qui fratres viſis literis ſui incantus, in quibus non continebatur Terra Somæ, ſed ſolummodò Plebs Somæ, Mezanæ, et Arſagi cum exemptis, et non exemptis, præfati DD. Franciſcus, et Guido dixerunt ſupraſcripto Gulielmo aſſerto Datiario ſuo nomine, et nomine ſociorum ſuorum, quòd cum dicta Terra Somæ, & eius territorium ſemper fuerit, & ſit ſeparata, & exempta à Iuriſdictione Communis Mediolani, & à quocunque Dominio Mediolani per tanti temporis ſpacium, vt cuiuſpiã memoria non exiſtat in contrarium; & quòd in ea præfati DD. Franciſcus, & Guido, & eorum Anteceſſores exercuerunt merum, & mixtum Imperium, & gladij poteſtatem, & ita obtinuerunt contra Ducem Mediolani nouiter definitum, qui conatus eſt eas honorantias infringere, & quòd prædicta Terra ſeparata ſit vt ſupra, Banniti à Dominio Mediolani, & à Communi Mediolani, tuti ibi ſe habebant, tanquam in Terra ſeparata à iuriſdictione Communis Mediolani, & à Dominio Mediolani; & licet pręfati fratres promiſerint quærere in alijs terris, in quibus habent antiquitùs exemptionem pro bonis ſuis, & Maſſariorum, & Colonum ſuorum, cum proteſtatione tamen, quòd eiſdem DD. Franciſco, & Guidoni ſit iniuria, & contra ius. Quare præfati DD. Franciſcus, & Guido fratres Vicecomites ijs attentis, & præſertim quòd de ipſa Terra, nec eius territorio non ſit mentio ſpecialis in incantu, & literis ipſius Dacij, quòd prædicta Terra, nec eius Territorium debeat perquiri, nec quòd dictus Datiarius ſuo, & dicto nomine poſſit ratione dictæ Terræ Somæ, & eius Territorij petere aliquod reſtaurum ab Illuſtri Communitate Mediolani, quæ non poteſt vendere, nec debet intelligi vendiſſe aliquod Dacium in Terra ſeparata à Iuriſdictione ſua; nec obſtat quòd in incantu dictum fuerit Plebs Somæ, Mezanæ, & Arſagi computatis

exemptis, cum ipſi fratres, & multi alij ſint exempti à dicta Plebe, & in multis alijs Terris in quibus omninò haberent iuriſdictionem, nec ſeparationem à dicta Communitate Mediolani, quo fit, vt videatur prædicta Cõmunitas, in dicta venditione Daciorum, potiùs in dictis alijs terris intellexiſſe, licet tamen non potuerit de iure, quàm de ipſa terra Somæ, quæ eſt ſeparata, vt ſupra dictum eſt, vndè de ipſa neceſſe erat facere ſpecialem mentionem.

Modò præfati DD. Franciſcus, & Guido ad æternam rei memoriam, ad hoc, vt veritas ſemper appareat, & eluceſcat, cum proteſtatione, & ſine præiudicio iurium ſuorum &c. dixerunt, & proteſtati fuerunt, & dicunt, & proteſtantur ſupraſcripto Gulielmo de Caſate perſonaliter reperto vt ſupra ſuo nomine, & nomine ſociorum ſuorum vt ſupra, quòd licet ad præmiſſa de iure non teneantur, attamen obtulerunt, & offerunt ex liberalitate ſua cum effectu paratos, quòd ſupraſcriptus Gulielmus de Caſate tanquam amicus, & prædictus Petrus de Caſate, & Simon de Sanſonijs Commiſſarij vt ſupra, vnà cum eorum Notario inquirant dictum Dacium in eo loco Somæ, & eius territorio, ijs modo, & forma, prout quæſierit heſterna die. Qui Gulielmus Daciarius vt ſupra non conſentit præmiſſis, imò æſtimauit fore in dicto territorio Somæ modia duo millia bladorum, & plauſtra ducentùm vini, & dictus D. Franciſcus dixit in terra Somæ non erant niſi ſolummodo modia CL. bladorum, & car. XII. vini.

Et de prædictis &c. Actum in domo habitationis præfatorum DD. Franciſci, & Guidonis ſit. vt ſupra. Interfuerunt ibi teſtes D. Antonius dictus Zoppus de Alzate f. q. alterius D. Antonij P. N. P. S. Bartholomæi intus, Stephaninus de Bellabuccis f. q. D. Iacobi habitans in ſupraſcripto loco Somæ, & Donatus de Soma f. q. Gerandoli dictus Garzia ſimiliter habitans in ſupraſcripto loco Somæ, omnes noti &c.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Iulius Cæſar Schiannius f. q. Ioannis Andreæ P. R. P. S. Euphemiæ intus Mediolani publ. Mediolani Notarius habens auctoritatem mihi conceſſam per DD. Abbates Ven. Collegij Notariorum Mediolani explendi Inſtrumenta rogata per n. q. Ioannem Bozolanum olim publicum Mediolani Notarium, & habitatorem loci Somæ Capite Plebis Ducatus Mediolani, ſupraſcriptum Inſtrumentum ab eius Imbreuiaturis fideliter extrahi feci, & quia in eius originalibus concordare inueni, ideò in præmiſſorum fidem me ſubſcripſi, cum ſigno mei Tabellionatus.

57.

Anno 1448.

Fridericus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Auſtriæ, Stiriæ, Parmochiæ, & Carniolæ Dux, Comes Tirolis. Magnificis Franciſco, & Guidoni de Vicecomitibus, noſtris, & Imperij Sacri fidelibus dilectis gratiam Regiam, & omne bonum. Libenter illos gratijs, & fauoribus Regijs proſequimur, quorum fides, atq; deuotio ergà nos, & Sacrum Imperium ſtudioſis ſeruitijs eluceſcunt. Cum igitur Anteceſſores veſtri ergà dictum Imperium multis iam curriculis annorum ſuam fidelitatem indefeſſis obſequijs demonſtrauerint, Vos quoque illorum veſtigijs inherendo ad ea, quæ noſtrum, & Imperij prædicti decus, & commodum concernunt, inuigilare non ceſſetis. Nos percipientes poſt mortem Illuſtris Conſanguinei noſtri Ducis Mediolani nouiter vita functi multas in Lombardia difficultates inſurrexiſſe, volenteſq; omni poſſibili ſtudio prouidere, vt noſtri, & Imperij Sacri fideles ab omnibus aduer-

aduerſitatibus tueantur, & in protectione Sacri Imperij permanere valeant, oculum gratiæ noſtræ propter nobilitatem veſtri generis, ac virtutes, quibus vos ornatos fide dignorum relatione percepimus, in vos defiximus, ſuſcipientes vos maturo conſilio cum liberis, ſubditis, rebus, ac bonis veſtris, ac feudis legitimis, quæ iure poſſidetis in noſtram, & Imperij Sacri protectionem, eximenteſq; vos, cum hominibus, & rebus veſtris, vt prædictum eſt, ab impoſitione, & iuriſdictione quorumcumq; ſubditorum noſtrorum in Lombardia, & aliarum partium quacunq; auctoritate profulgeant; ita vt ſuper cauſis vobis, veſtriſq; obijciendis non alibi, niſi coram Maieſtate noſtra, vel à nobis deputandis, reſpondere teneamini. Inhibentes vniuerſis noſtris, & Imperij Sacri ſubditis, ne vos, veſtroſq; in huiuſmodi gratia noſtra quouis modo impediant, ſeu moleſtare permittant, ſub indignationis noſtræ grauiſſima offenſa, & pœna centum marcorum auri, exigenda pro medietate Fiſco noſtro, reliqua verò parte vſibus veſtris applicanda,

Propterea vniuerſis, & ſingulis Imperij Sacri ſubditis, qui præſentibus requiſiti fuerint, mandamus ſtrictiſſimè, & ſeriosè, vt contra omnes, & ſingulos, qui vos, veſtroſq; contra hanc noſtram protectionem, & gratiam inuadere, perturbare, ſeu moleſtare conarentur, vobis conſilijs, & opportunis auxilijs aſſiſtant, voſq; effectualiter manuteneant, & defendant, præſentibus ad noſtrũ beneplacitum duraturis. Inſuper quæuis feuda veſtra ritè collata, quæ iuridicè poſſidetis, hucuſq; vobis non conceſſerimus. Volumus tamen, vt vobis talis dilatio in futurum nequaquam præiudicet, ſed eis vti poſſitis, donec Italiam intrauerimus, & per menſem poſteà pacificè, & quietè præſentium ſub noſtri Regalis ſigilli impreſſione teſtimonio literarum. Datum in noua Ciuitate die 18. Martij Anno Domini 1448. Regni verò noſtri anno ....

In calce Ad mandatum D. Regis ..... & ſigillat. &c.

58.

Anno 1450. IN nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo, Indictione tertia decima, die Martis tertio menſis Februarij. Ad perpetuam rei memoriam, & ad hoc etiam, vt veritas ſemper appareat, & eluceſcat, harum tenore notum, & manifeſtũ facio ego Franciſchinus Cagarana Notarius publicus in Burgo de Gallarate, ſicut die ſupraſcripto coram Magnifico, & Generoſo Milite, Eximioq; legum Doctore D. Petro de Thibaldiſthis de Nurſia Seprij, & Bulgariæ &c. Capitaneo, & Commiſſario Generali comparuit Antonius D. Marcheſoli Nuncius, & Procurator, & procuratorio nomine Magnificorum, & Potentum DD. Franciſci Iuris vtriuſq; Doctoris, Eximij, & Strenui Guidonis fratrum de Vicecomitibus, Ciſtelagi, Somæ, Plebis Mezanæ, & Arſagi, & pertinentiarum Dominorum &c., & cum debita, quæ decuit, reuerentia produxit, & præſentauit certas literas Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Principis D. D. Comitis Franciſci Sfortiæ Vicecomitis Marchionis &c. Papiæq; Comitis, Cremonæ, Placentiæ, Laudæ, Parmæ, ac Nouariæ Domini &c. ac Prælibati D. veri ſigilli Viperij munimine roboratas, non vitiatas, nec abolitas, nec in aliqua earum parte ſuſpectas, imò omni vitio, & ſuſpicione carentes, ſignatas per Ioannem Simonettam Prælibati Domini Secretarium tenoris huiuſmodi. Spectabilis, & Eximie Doctor dilecte noſter. Hauemo inteſo, che la Pieue da Soma, Mezana, & Arſago, quale ſono delli Magnifici Affini noſtri M. Franceſco, Gui-

Guidone Viſconti fratelli, è aggrauata dall'eſtimo da ſei libre per lo Vicariato de Gallarà, e perche li detti Magnifici Affini noſtri meritano da noi molto maxore fatto, & in altre coſe maxore intendiamo ſempre à compiacerli per lo aduenire; per tanto volimo, & eſpreſſe ve commandiamo, che facciate el detto eſtimo delle dette ſei libre caſſare, & annullare, per modo che le dette Ville della Pieue predetta non ſia più obligata, ne tenuta al detto eſtimo, ne poſſa eſſer aggrauata per tal caſone, & in queſto non volemo ne ſia più replicato altro, perche noſtra intentione è, che le dette Pieue non ſiano aggrauate al dicto eſtimo de ſei libre per lo Vicariato predicto de Gallarà, come hauemo detto de ſopra. Intendemo che'l dicto Vicariato de Gallarà non ſia anche aggrauato per queſte ſei libre, ne li ſia creſſuto incanto per lo ſgrauamento delle dette Pieue, e fatte, che del detto eſtimo delle dette Pieue de prefati noſtri Magnifici Affini non ſe ne troua più ſcrittura nel dicto Vicariato. Ex Caſtris noſtris filiabus propè Brippium, die quartodecimo Ianuarij, milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo. Franciſcus Sfortia Vicecomes Comes &c. Ioannes Simonetta. A tergo Spectabili, & Egregio Militi, legumq; Doctori D. Petro de Thibaldiſthis de Nurſia Capitaneo, & Commiſſario noſtro Seprij &c. Petens, & cum inſtantia debita requirens dictus Antonius dictorum nomine, & etiam ratione iuris, & intereſſe Communitatum, locorum, & hominum totius Plebis Somæ, Mezanæ, Arſagi à præfato D. Capitaneo, & Commiſſario, quatenus præfatas literas executioni mandare velit, & debeat, in omnibus, & per omnia, prout in ipſis literis fit mentio, cancellari faciendo æſtimum ipſarum Plebium Somæ, Mezanæ, & Arſagi, à quibuſcunque libris, filcijs, regiſtris, & liſtis, in quibus Plebes ipſæ Somæ, Mezanæ, & Arſagi reperiantur extimatæ fore in Vicariatu Gallarate. Qui D. Capitaneus prædictas literas, & prædicta omnia, & ſingula admiſit, & admittit in tantum, quantum debet, & tenetur de iure, ac iuſſit, & declarauit, & iubet, & declarat ſuprascriptas literas publicari, & authenticari debere per me Notarium infraſcriptum, ac regiſtrari, & quodlibet extimum ipſius Plebis Somæ, Mezanæ, & Arſagi caſſari, & reuocari debere, ac annullari, & ipſas literas obſeruari, & executioni mandari liberè, & cum effectu omni exceptione remota. Præſentibus pro teſtibus Ioanne de Fauo filio qu. D. Leonis, Thomaſio Gatono filio Vgeti, & Lazaro de Nurſia Cancellario præfati D. Capitanei notis, & ad hæc vocatis, & rogatis.

✠ Locus ſigni. Subſcript, cum ſigno Tabellionatus. Ego Franciſchinus de Cagaranis f. q D. Beltr. habitans in Burgo de Gallarate Notarius publicus Mediolani prædictis interfui, & in fidem, & teſtimonium præmiſſorum mandato præfati D. Capitanei, & Commiſſarij ſubſcripſi.

✠ Locus ſigni. Ego Thomas de Gatonibus fil. Vgeti habitans in Burgo de Gallarate Ducatus Mediolani Notarius publicus prædictis interfui, & in fidem, & teſtimonium præmiſſorum me ſubſcripſi.

✠ Locus ſigni. Ego Lazarus de Nurſia publicus Imperiali auctoritate Notarius, & ad præſens Cancellarius præfati D. Capitanei, & Commiſſarij prædictis omnibus interfui, & in fidem, & teſtimonium præmiſſorum me ſubſcripſi.

✠ Locus ſigni. Ego Chriſtophorus de Coltellis f. q. D. Gabrielis habitans in Burgo de Gallarate Ducatus Mediolani Notarius publicus prædictis interfui, & in fidem, teſtimoniumq; præmiſſorum ſcripſi, & me ſubſcripſi &c.

Digitized by Google

59.

Anno 1450.

IN nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo, Indictione tertiadecima, die Lunæ ſextodecimo menſis Februarij. Coram Magnifico D. Guidone Vicecomite fil. qu. Magnifici Viri D. Baptiſtæ habitante in Caſtro Somæ Cap. Plebis Ducatus Mediolani perſonaliter inuento in domo habitationis Marcheſoli de Caſello ſit. in loco de Ciſtelago infraſcripto, ipſoq; pro Tribunali ſedente ſuper quodam banco ſito in domo habitationis dicti Marcheſoli ſit. vt ſupra, quod bancum, & quem locum elegit, & eligit pro eius banco, & loco idoneis pro infraſcriptis ſpecialiter peragendis. Conſtitutis flexis genibus Mollo de Colliate f. q. D. Ioannis, Ioannino de Muſſirigis f. q. Ambroſoli, & Martinolo de Pigotijs f. q. Landini, omnibus habitantibus in loco de Ciſtelago Pleb. Olzate Olonæ Ducatus Mediolani ſuis nominibus proprijs, & vt Syndicis, & Procuratoribus, & ſyndicario, & procuratorio nomine Conſulum, Communis, & hominum dicti loci de Ciſtelago ad hæc ſpecialiter conſtitutis per Inſtrumentum ſyndicatum traditum, & rogatum per me Notarium infraſcriptum anno, & die in eo contentis, omnibus modo, iure, via, & forma, quibus meliùs ſuo, & dicto ſyndicario nomine potuerunt, & poſſunt, ac ſponte, & ex certa ſcientia, nulloq; errore, ſeù nutu ducti ſunt, interuenientibus ibidē omnibus ſolēnitatibus in talibus debitis, opportunis, & neceſſarijs, per ſolemnem ſtipulationem promiſerunt, & promittunt præfato D. ſuo D. Guidoni Vicecomiti præſenti, ſtipulanti, & recipienti ſuo nomine proprio, ac nomine, vice, & ad partem, & vtilitatem Magnifici Iuris vtriuſq; Doctoris D. ſui D. Franciſci fratris ipſius, ac filiorum, hæredum, & ſucceſſorum ipſorum fratrum, quòd ſi contingat ipſis fratribus, ac filijs, hæredibus, & ſucceſſoribus vtſupra dare, vel relinquere in cuſtodiam dictis hominibus prædictam terram Ciſtilagi, cum eius fortilizia, ipſam terram, & eius fortiliziam tenebunt, cuſtodient, & defendent ad honorem, ſtatum, & profictum dictorum DD. filiorum, & hæredum, & ſucceſſorum ſuorum vt ſupra, & quòd omnia omni tempore neceſſaria, & vtilia præſidia præfatorum DD. fratrum Vicecomitum perſonaliter in eius ſeruitijs, & obedientia in omnem euentum perſeuerabunt contra quaſcunq; modo perſonas, nec ab eorum fauore, vel præſidio vllo vnquam tempore ſe retrahent, vel abſtinebunt ex aliqua cauſa, quæ dici, vel cogitari poſſet, etiam ſi talis eſſet, quæ in generali ſermone de iure non veniret. Et ad maiorem omnium prædictorum corroborationem prædicti Syndici, & Procuratores corporaliter manibus tactis ſcripturis iurauerunt, & iurant ſuis, & dictis nominibus in manibus Prælibati D. Guidonis præſentis, & ſuo, & dicto nomine ſtipulantis, & recipientis omnimodam fidelitatem, & pleniſſimum homagium præfato D. Guidoni præſenti, & ſuo, & dicto nomine ſtipulanti, ſuiſq; filijs, & hæredibus vt ſupra; & quòd vllo vnquam tempore verbo, facto, conſilio ſuo, & dicto ſyndicario nomine non erunt, nec facient contra honorem, perſonas, & ſtatum præfatorum fratrum Vicecomitum. Et ſi ad eos ſuo, & dicto ſyndicario nomine perueniret, quod aliquis in aliquo ex prædictis contra præfatos fratres tentaret, aut faceret, vel facere vellet, toto ſuo poſſe impedient, & prohibebunt, & quòd ſi prohibere non poſſent per ſe ſuo, & dicto ſyndicario nomine ſi poterunt, ſaltem per nuncium, vel literas præfatis fratribus de Vicecomitibus propalabunt, & intimabunt, eorumque Magnificorum DD. Franciſci, & Guidonis ſtatum, terras, dominium, honores,

præ-

præeminentias toto ſuo poſse, & omni induſtria couſeruabunt, & augebunt, & conſilium, quod ex eis ſuo, & dicto ſyndicario nomine petere vellent, ſecundùm ſibi datam ab æterno Deo prudentiam, immaculatum, & fidele præſtabunt, eorumq; ſecreta ſibi commiſsa, vel committenda nemini ſine præfatorum DD. fratrum Vicecomitum licentia manifeſtabunt, ſed purè, ſincerè, realiter, & ſine vlla exceptione, vel excuſatione ſeruent, & fauebunt; nec ob aliquam temporum conditionem, aut ſtatus varietatem ab eius fauore, vel præſidio ſe retrahent, neq; abſtinebunt, vt ſuperiùs dictum eſt, ſed in eorum ſeruitijs, ac obedientia integrè, fideliter, & accuratè perſeuerabunt in omnem temporis, aut fortunæ euentum. Et generaliter promiſerunt, & iurauerunt ſuo, & dicto ſyndicario nomine attendere, ſeruare, & ſupplere omnia, & ſingula ea, quæ in talibus de forma vtriuſque fidelitatis veteris, atq. nouæ continetur; & in omnibus, & per omnia iurauerunt, & iurant manibus tactis ſcripturis vt ſupra ipſi Syndici, & Procuratores ſuis, & dicto ſyndicario nomine in manibus præfati D. Guidonis ſuo, & dicto nomine recipien., ſuiſque filijs, & hæredibus ſecundùm tenorem tam antiquæ, quàm nouæ fidelitatis; ſaluis etiam remanentibus omnibus ſupra ſpecialiter expreſſis.

Quas quidem promiſſiones, & iuramenta, ac omnia, & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta præfatus D. Guido ſuo, & dicto nomine, & prædicti Syndici ſuo, & ſyndicario nomine liberis, hæredibuſque ſuis promiſerunt per pactum ſpeciale, ſolemni ſtipulatione vallatum, & conuenerunt ſibi ipſis viciſſim, & mihi Notario infraſcripto, tanquam perſonæ publicæ ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice prædictorum, & cuiuslibet eorum, ratas, gratas, & firmas, ac ſtabiles, & rata, grata, & firma, & ſtabilia habere, atq; tenere, attendere, & obſeruare, & nullatenus contrafacere, vel venire per ſe, vel interpoſitam perſonam directè, vel indirectè, palàm, vel occultè, nec ex aliquo prætenſo colore, aliqua ratione, occaſione, vel cauſa, de iure, vel de facto, promittentes ſuis, & dicto ſyndicario nomine, quòd aliquibus non obſtantibus ad omnimodam fidelitatem, & ad alia ſuperiùs contenta erunt, & eſſe diſponunt in perpetuum obligati præfato D. Guidoni præſenti, & ſuo, & dicto nomine ſtipulanti, & recipienti. Et de prædictis rogatum fuit per me Notarium infraſcriptum Inſtrumentum, & Inſtrumenta vnum, & plura eiuſdem tenoris. Actum in domo habitationis dicti Marcheſoli ſit. vtſupra, præſentibus Antonio Landono f. q. Petri, & Bertola de Coliate f. q. D. Antonij ambobus habitantibus in loco de Ciſtelago ſupraſcripto Notarijs, & pronotarijs. Interfuerunt ibi teſtes Spectabilis Vir D. Bernardus de Cornelis f. q. D. Marcoli habitans in dicto loco de Ciſtelago Notarius, Venerabilis Vir D. Frater Ioannes de Gizijs Præpoſitus Eccleſiæ Sanctæ Catherinæ de Ciſtelago, & Ioannes Georgius de Brugora fil. D. Aluydicij habitans in Ciuitate Mediolani in P.O. in Par. S. Mariæ Paſſarellæ, omnes idonei, vocati, & rogati.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Ambroſius de Coliate f. q. D. Antonij ſolit. habitare in Ciuitate Mediolani in P. N. in Par. S. Fidelis, & nunc moram trahens in loco de Ciſtilago ſupraſcripto Pleb. Olzate Olonæ Ducatus Mediolani Notarius publicus Mediolani rogatus tradidi, & ſubſcripſi &c.

Digitized by Google

60.

Anno 1473.

REperitur in Abbreuiaturis Inſtrumentorum rogatorum per n. q. Franciſcum de Bullis olim publicum Mediolani Notarium, inter alia ſic fore ſcriptum, vt infra, vlz.

In nomine Domini Anno eiuſdem milleſimo quadrigenteſimo ſeptuageſimo tertio, Indictione ſexta, die Lunæ vigeſimo ſecundo menſis Martij.

Magnificus, ac Potens Miles D. Guido Vicecomes nunc Ducalis Conſiliarius, ac Locum Tenens in Ciuitate Cremonæ fil. qu. Magnifici, ac Potentis Viri D. Ioannis Baptiſtæ P. R. P. S. Satyri Mediolani.

Contentus, & confeſſus fuit, ac confitetur recepiſse, & habuiſse, & quòd recepit, & habuit ibidem præſentialiter, realiter, & verè in præſentia mei Notarij, pronotariorum, & teſtium infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum.

A Magnifico, & Potente D. D. Thadeo de Manfredis de Imola f. qu. Magnifici, ac Potentis Viri D. Guidonis nunc habitante in Ciuitate Mediolani in Porta Ticinenſi Parochia S. Maurilij ibi præſente, ſtippulante, & recipiente, ac dante, ac ſoluente nomine, & vice, & ad partem, & vtilitatem Magnificæ D. Lietæ de Manfredis de Imola ſororis ſuæ, & vxoris præfati Magnifici D. Guidonis Vicecomitis, & per eum paulò ante deſponſatæ, quam intendit ad maritum ducere, & pro ea Magnifica D. Lieta perſonaliter ibi præſente, & ſtippulante ducatos duo mille auri valoris ad computum librarum quatuor Imperialium pro ſingulo ducato bonæ monetæ Mediolani Ciuitatis; videlicet pro parte dotis, ac ex cauſa, & occaſione partis ſolutionis dotis eidem præfato Magnifico D. Guidoni pro præfata Magnifica D. Lieta promiſsæ, & qui quidem ducati duo mille valoris ſupraſcripti ibidem exburſati, & numerati fuerunt, vtſupra, per D. Ioannem de Cuſano f. q. D. Magiſtri Iacobi Ciuem, & Mercatorem Mediolani, ibi præſentem, & nomine Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi D. D. Ducis noſtri Mediolani, in executione literarum Ducalium tenoris huiuſmodi, videlicet.

Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæq; Comes, ac Ianuæ, & Cremonæ Dominus. Cariſſime noſter. Volemo, & ti commettemo, che debbi dare, & numerare quelle otto mille lire Imperiali, quali già più dì hai nelle mani del ſubſidio delli venti milla ducati impoſto all'vniuerſal Clero del Dominio noſtro, & le quali te hauemo fatto tener in ſuſpeſo ſina mò, al Spettabile Caualer Miſer Guido Viſconte noſtro Loco Tenente in Cremona, in quel modo, & tempo, che ti dirà lo Egregio Giouanni Simonetta noſtro Secretario informato della mente noſtra. Dat. Abiati xv. Iunij 1473. Signat. Ioannes, ſigillat. ſigillo Ducali in cera alba more ſolito. A tego Nobili Viro Ioanni de Cuſano Theſaurario vniuerſalis Cleri Dominij noſtri occaſione ſubſidij noſtri delato.

Renunciando præfatus Magnificus D. Guido exceptioni non receptorum, & non habitorum dictorum ducatorum duorum mille, vtſupra, prædicta occaſione, vtſupra, & ſpei futuræ recuperationis, & prædictorum, & infraſcriptorum omnium ità, & taliter actorum, & factorum, omnique probationi, & defenſioni in contrarium.

Inſuper præfatus Magnificus D. Thadæus de Manfredis de Imola omnibus modo, iure, via, & forma, quibus meliùs potuit, & poteſt.

Fecit, & facit datum in dotem extimatam præfato Magnifico D. Guidoni Vicecomiti, præſenti, ſtippulanti, & recipienti nomine, & vice cauſa dotis præfatæ

Digitized by Google

D. Lietæ, cum pactis, & modo, & forma infraſcriptis, vt infrà ad proprium liberam, francam, & abſolutam ab omni ficto, cenſu, conditione, præſtatione, ſeruitute, & onere alicui perſonæ dandis, præſtandis, faciendis, ſeu etiam ſubſtinendis.

Nominatiuè de molendino vno ſito, & poſito in territorio Imolæ, vbi dicitur ad Molendinum della Porta da Loue, cui cohęret, ſeu cohęrere conſueuit ab vna parte dicta Porta da Loue, ab alia via publica, ab alia foſſa, & ab alia....

Item de molendino vno nouo, ſeù appellato Molendino nouo ſito in dicto territorio Hymolæ, cui cohęret, ſeù cohęrere conſueuit à duabus partibus via publica muri horti; ſaluo, & reſeruato, quòd ſi erratum fuerit in dictis cohęrentijs, aut aliqua earum, de proprio nomine non noceat, tamen ſtetur veris cohęrentijs huic Inſtrumento.

Item de omnibus, & ſingulis aquis, aquæductibus, & iuribus aquarum pertinentibus, ſpectantibus, & adiacentibus dictis bonis, & iuribus, vtſupra, in dotem extimatam à præfato D. D. Thadæo eorum cauſa, & occaſione. Item de omnibus iuribus, axijs, acceſſijs, ingreſſibus, & regreſſibus, vſibus, vijs, vtilitatibus, commoditatibus pertinentibus, ſpectantibus, & adiacentibus dictis bonis, & iuribus, vtſupra in dotem extimatam datis. Eo tenore, quòd à modò in anteà præfatus Magnificus D. Guidus Vicecomes, ſeù ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, & cui, vel quibus dederit, ſeu daret habeat, teneat, gaudeat, vtifruat, & titulo huius dati in dotem extimatam poſſideat prædicta bona, & iura, vtſupra in dotem extimatam data, & de eis, & in eis faciat, & facere poſſit, & valeat quicquid voluerit abſq; præfati Magnifici D. Thadæi, & cuiuslibet alterius perſonæ contradictione. Cedendo, dando, atq; mandando, & conceſſit, dedit, atque mandauit, & cedit, dat, atque mandat præfatus Magnificus D. Thadæus præfato Magnifico D. Guidoni præſenti, ſtippulanti, & recipienti omnia iura, omneſq; actiones, rationes, vſus, & defenſiones, exceptiones, & replicationes vtiles, & directas, reales, & perſonales, mixtas, atque hippothecarias, & alias quaſcumq; actiones, rationes, & iura præfato Magnifico D. Thadæo quoqq;, & qualiterqq; competentes, pertinentes, ſpectantes, & adiacentes, & competitura, & competituras, & quæ competant, pertineant, ſpectant, & adiacere poſſunt in, & ſuper dictis bonis, & iuribus vt ſupra in dotem extimatam datis, & eorum occaſione; & hoc contra, & aduerſus datores, & fideiuſſores ſuos, & datorum, & fideiuſſorum ſuorum, datores, & fideiuſſores ſuos, & quemlibet eorum inſolidum, & eorum, & cuiuſlibet eorum inſolidum hæredes, & bona, & iura præterita, præſentia, & futura, & ipſorum bonorum exiſten. detentores, & poſſeſſores, & contra etiam quaſcumq; alias perſonas, res, bona, & iura contra quas, & quæ meliùs fieri poteſt, & contra quælibet Communia, Capitula, Collegia, & Vniuerſitates. Conſtituens præfatus Magnificus D. Thadæus præfatum Magnificum D. Guidonem Vicecomitem præſentem, ſtippulantem, & recipientem miſſum, & procuratorem in hanc rem propriam, & ponendo eum, & poſuit in eius Magnifici D. Thadæi locum, ius, & ſtatum de, & pro prædictis bonis, & iuribus vt ſupra in dotem datis, ità quòd de cætero per omnia, & modis omnibus teneatur Magnificus D. Guido Vicecomes cũ ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, & cui, vel quibus dederit, ſeu daret in locum, ius, & ſtatum præfati Magnifici D. Thadæi, quo ad prædicta, ſit, & ſuccedat, & eſſe, & ſuccedere debeat. Et item poſſit ipſe Magnificus D. Guido, cum ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, & cui, vel quibus dederit, ſeu daret de prædictis bonis, & iuribus in dotem datis, vt ſupra, agere, petere, exigere, conſequi, vindicare, & habere, cauſare, experiri

Digitized by Google

perſcriptiones, & omni ſuo iure vti; & cætera omnia facere, gerere, exercere taliter volenti, & directas, & omnibus modis quibus, quemadmodum, & prout poterat, & potuiſſet præfatus Magnificus D. Thadæus ante præſens Inſtrumentum, ac prout de præſenti facere poſſit, ſi præſens datio in dotem facta non eſſet. Conſtituens inſuper præfatus Magnificus D. Thadæus ſe dicta bona, & iura vt ſupra in dotem data in ipſius Magnifici D. Guidonis Vicecomitis nomine, & pro eo tenere, & poſſidere, vel quaſi, & hoc donec, & quouſq; ipſe Magnificus D. Guido acceperit, intrauerit, & apprehendiderit dicta bona, & iura vt ſupra in dotem data, & eorum corporalem poſſeſſionem, & tenutam, vel quaſi ad eius Magnifici D. Guidonis libitum voluntatis.

Et volens præfatus Magnificus D. Thadæus facere, & conſtituere præfatum Magnificum D. Guidonem Vicecomitem ſuo miniſterio dominum, & eius poſſeſſorem, vel quaſi dictorum bonorum, & iurium, vt ſupra in dotem datorum, tranſtulit, deſeruit, & derelinquit dominium, & poſſeſſionem, vel quaſi dictorum bonorum, & iurium, vt ſupra in dotem datorum in præfatum Magnificum D. Guidonem ibi præſentem, ſtippulantem, & recipientem, & eiuſdem dominio, & poſſeſſioni, vel quaſi dictorum bonorum, et iurium, vt ſupra in dotem datorum per quam, & illicò renunciauit, & renunciat in manibus præfati Magnifici D. Guidonis, & ſui, abundanter exindè fecit, & facit.

Quare præfatus Magnificus D. Thadæus promiſit, & vadiam dedit, & dat, obligando ſe, & omnia ſua bona mobilia, et immobilia, præſentia, et futura, etiam ſuppellectilia domus, et ea, quæ aliàs veriſimiliter non cadunt in obligationem generalem, pignori prædicto Magnifico D. Guidoni præſenti, ſtippulanti, et recipienti dictam promiſſionem, & omni tempore defendet, guarentabit, auctorizabit, deliberabit, & diſtrigabit, tradet, dimittit, & relaxabit, ac manutenebit dicta bona, & iura, vt ſupra in dotem data, et eorum corporalem poſſeſſionem dictorum bonorum, vel quaſi, præfato Magnifico D. Guidoni, vt ſupra, et ſuis hæredibus, et ſucceſſoribus, et cui, vel quibus dederit, ſeu darent, ab omnibus perſona, et perſonis, Capitulo, Collegio, et Vniuerſitate, & à qualibet hipotheca, & à Domino, & Commune Mediolani vſq; in perpetuum in forma communi, & iuris, & ſecundùm quòd, & prout ius exigit, et poſtulat, et requirit, ac etiam de iure dominij præfatus Magnificus D. Thadęus tenetur, et debet præfato Magnifico D. Guidoni, & quòd defendet, & exonerabit, & indemnem, & indemnes conſeruabit, & pręſtabit præfatum Magnificum D. Guidonem, & eius hæredes, & ſucceſſores ab omnibus, & ſingulis fodris, taleis, mutuis, ſubſidijs, collectis, extimationibus, conditijs, æſtimis, impoſitionibus, & oneribus, ac condemnationibus quibuſcumq; hactenus impoſitis, & de nouo imponendis præfato Magnifico D. Thadæo, ſeu alij, vel alijs, cuius, ſeu quorum fuiſſent, vel dicerentur fuiſſe dicta bona, & iura, vt ſupra in dotem data in toto, aut in parte; & quòd ponet, & inducet ipſum Magnificum D. Guidonem in corporalem poſſeſſionem, & tenutam, vel quaſi dictorum bonorum, & iurium, vt ſupra in dotem datorum, poſitumque, & inductum in ea manutenebit, & defendet; Quòdq; tradet, dimittet, & relaxabit præfato Magnifico D. Guidoni vt ſupra vacuā, & expeditā poſſeſſionē, ac tenutā dictorum bonorum, & iurium vt ſupra in dotem datorum, & à nemine occupatorum ad eius Magnifici D. Guidonis libitum voluntatis; & quòd faciet præfato Magnifico D. Guidoni, & verſùs ea omnia, & ſingula ea, quæ debebit, & debet ex natura huius contractus. Et hæc omnia, & ſingula faciet, attendet, & obſeruabit prædictus Magnificus D. Thadæus ſuis proprijs expenſis, damnis, & intereſſe, & ſine expenſis, damnis, & intereſſe præfati

Digitized by Google

fati Magnifici D. Guidonis; & quòd dabit, & ſoluet, ſeu reddet, & reſtituet præfato D. Guidoni omnes expenſas, et omnia, et ſingula damna, et intereſſe, quas, & quæ præfatus Magnificus D. Guido proindè fieret, & pateretur, & ſubſtineret in lites, & extra; dans, & concedens, ac tribuens; dedit, conceſſit, ac tribuit, & dat, & concedit, & tribuit præfatus Magnificus D. Thadæus eidem Magnifico D. Guidoni præſenti, vt ſupra plenam parabolam, licentiam, facultatem, poſſibilitatem, & vadiam, quæ poſſit; et ei ſolent, ac licitum ſit ſua propria auctoritate, tunc liceat impunè, et quandoqq; ipſe Magnificus D. Guido voluerit, ſibique videbitur, et placuerit intrare, apprehendere, ingredi, accipere, et retinere dicta bona, et iura, vt ſupra in dotem data, et eorum corporalem poſſeſſionem, et tenutam, vel quaſi ad eius, et præfati D. Guidonis libitam voluntatem; et quòd quidem datum in dotem extimatam fecit, et facit præfatus Magnificus D. Thadęus eidem Magnifico D. Guidoni Vicecomiti pro pretio, et mercato ducatorum duorum mille auri, et in auro dicti valoris, vt ſupra.

Et hoc in dotem, et pro dote, et nomine, et ex cauſa, et occaſione dotis, qui dat in dotem extimatam pręfatę Magnificæ D. Lietę ex nunc pręfatus Magnificus D. Guido Vicecomes promiſit, et vadiam dedit, et dat, obligando ſe, et omnia ſua bona mobilia, et immobilia, pręſentia, et futura, etiam ſuppellectilia domus; et quę aliàs vereſimiliter non cadunt in obligationem generalem, pignori præfato Magnifico D. Thadæo præſenti, ſtippulanti, & recipienti nomine, & vice, & ad partem, & vtilitatem ipſius Magnificæ D. Lietæ iam per præfatum D. Guidonem præſentem, & dicto nomine ſtippulantem, & recipientem ipſi D. Lietæ.

Et item ipſi Magnificæ D. Lietæ vxori ſuæ præſenti, promittenti ſemper, & recipienti, quòd adueniente caſu dictæ dotis repetendæ ſecundùm formam ſtatutorum Communis Mediolani, de quibus ſtatutis dixerunt, & proteſtati fuerunt, & dicunt, & proteſtantur habuiſſe, & habere plenam, & veram ſcientiam, & notitiam, quæ dos aucta præfatus Magnificus D. Guido, vel eius hæredes, & ſucceſſores dabit, & reſtituet, ſeu dabunt, et reſtituent, ſeu relaxabunt eidem præfatæ Magnificæ D. Lietæ, vel ſuis hæredibus, et ſucceſſoribus, aut cui de iure reſtitutio veniret fienda, caſu adueniente, prout Deus auertat, vt ſupra, dictos ducatos duo mille valoris ſupraſcripti in pecunia numerata tantùm, & non in aliqua alia re contra debentis recuperationem voluntatem, cum omnibus expenſis, damnis, & intereſſe, quæ proindè fierent, & paterentur pro prædictis damnis, vt ſuprà petendis, exigendis, conſequendis, & habendis, vel ab alio mutuo recipiendis pro eo caſu adueniente, vt ſupra; quem Deus auertat, vt ſupra; & item reddet, & reſtituet, vt ſupra, prædictæ Magnificæ D. Lietæ eius vxori, vt ſupra, dicta molendina, ac bona, & iura ſibi in dotem data, ſi talia qualia in eum peruenerunt, & pro eius Magnifici D. Guidonis dato, & facto tantùm, declarando, vt moris eſt, videlicet, quòd præfatus Magnificus D. Guido Vicecomes non fiat, nec de cætero faciet deceptam venditionem, datum, promiſſionem, tranſactionem, donationem, obligationem, aut aliquem alium contractum, nec diſtractum in præiuditium præſentis Inſtrumenti, & contentorum in eo.

Item etiam, & taliter, qualiterqq; ex dicto facto ſuo præfatus Magnificus D. Guido, eiuſq; hæredes, & ſucceſſores in aliquo modo teneantur verſus præfatam Magnificam D. Lietam eius vxorem, ac eius hæredes, & ſucceſſores; & item etiam, et taliter, et eo acto, dicto, pacto, et conuento, per, et inter dictos contrahentes in principio, medio, et fine huius contractus, et per totum

hunc

hunc contractum; videlicet, quòd ſi aliquo caſu qualitercumq;, etiam fortuito, et inexcogitato, et ſeu aliquo defectu, vel culpa aliqua, et ſeu quoquo modo, et vt ſupra damnum, et fortunium præfati Magnifici D. Guidonis reſtitutio dictorum molendinorum, ac iurium in dotem datorum, vt ſupra, dicto caſu fieri non poſſit; quorum etiam præmiſſorum molendinorum, & iurium in dotem datorum, vt ſupra, eo caſu reſtituendorum, vt ſupra, cauſa, vel occaſione præfatus Magnificus D. Guido in aliquo non teneatur verſùs dictam eius vxorem, ſeu eius hæredes, & ſucceſſores, vt ſupra, ſed ſolùm retrocedere teneatur pro eius dato, & facto iura ſua talia, qualiter erunt data dicto caſu, vt ſupra, & prout ſupra.

Item pacto appoſito vt ſupra, videlicet, quòd prædictus Magnificus Thadæus teneatur, & obligatus ſit dare, & ſoluere præfato Magnifico D. Guidoni ducatos mille valoris ſupraſcripti infrà annos quatuor proximè futuros, videlicet eorum quartam partem ſingulo anno, & hoc pro plena, & completa ſolutione dictæ dotis promiſſæ præfato Magnifico D. Guidoni pro dicta eius ſorore, & vxore ipſius Magnifici D. Guidonis, quæ promiſſa fuit, vſque ad contractum ducatorum quatuor millium valoris ſupraſcripti; & quòd præfatus Magnificus D. Thadęus infrà menſes quatuor proximè futuros teneatur, & debeat dare, & præſtare præfato Magnifico D. Guidoni, ſeù alij perſonæ pro eo ſtippulanti bonam fideiuſſionem idoneam, & aptam tam facultatibus, quàm facilitate conueniendi in Ciuitate Bononiæ de, & pro prædictis ducatis mille eidem Magnifico D. Guidoni infrà dictos terminos ſoluendis; qui fideiuſſor pro eis ducatis mille ſoluendis vt ſupra ſe, & bona ſua obliget principaliter, & inſolidum, cum renunciationibus debitis, & per publicum, & ſolemne Inſtrumentum rogandum per publicum, & authenticum Notarium, cum omnibus ſolemnitatibus debitis; & quòd dicet pro dictis ducatis mille in caſu reſtituendæ ſecundùm formam ſtatutorum Mediolani diſponentium, & diſponi debeat, prout ſi verè, & realiter dati, & numerati conſtat, quia ità inter eos contrahentes tractatum, & promiſſum fuit, & eſt.

Item pacto appoſito vt ſupra, quòd quotieſcumque, & quandocumq; prædictus Magnificus D. Thadæus, & eius hæredes, & eius ſucceſſores dederit, ſeu dederint, vel ſe paratum, & paratos, & cum effecta obtulerit, ſeù obtulerint dare, & ſoluere præfato Magnifico D. Guidoni, vel eius hæredibus, & ſucceſſoribus dictos ducatos mille auri, pro quibus dicta molendina, & iura in dotem data fuerunt vt ſupra, quòd prædictus Magnificus D. Guido, eiuſque hæredes, & ſucceſſores, vt ſupra, teneantur, & debeant, ac obligatus ſit facere venditionem, & datum præfato Magnifico D. Thadæo, ſeu eius hæredibus, & ſucceſſoribus. Nominatiuè de dictis molendinis, ac bonis, & iuribus ſuperiùs terminatis, & coherentiatis, & in dotem datis, vt ſupra, cum ſolemnibus ceſſione iurium, & actionum, tranſlatione dominij, & poſſeſſionis, conſtitutione miſſi, & procuratoris in rem ſuam propriam, poſitione in ipſius locum, ius, & ſtatum, & cum promiſſione defendēdi prædicta molendina, & bona, vt ſupra, pro eius Magnifici D. Guidonis dato, & facto tantùm; declarando, vt moris eſt, & vt ſupra, nec ad aliquid aliud præfatus D. Guido, niſi pro dato, & facto ſuo, & vt ſupra, & pro dicto pretio ducatorum duorum mille auri, & vt ſupra, & ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc facta oblatione, et ſubſequenti effectuali depoſitione, cum ficto decurſo, in foro tantùm præfati Magnifici D. Guidonis, vlz. in Ciuitate Mediolani de dictis ducatis mille valoris ſupraſcripti, & caſu quo præfatus D. Guido eos recipere recuſaret, ſeu negligeret facere, ſit, & eſſe intelligatur ipſo iure, & facto ſolemnis venditio

ditio de dictis bonis, vt ſupra, modo, & forma prædictis, vt ſupra, & prout ſupra; & ex nunc eo in caſu præfatus Magnificus D. Guido conſtituit ſe tenere, & poſſidere prædicta molendina, & iura, vt ſupra in dotem data nomine præfati Magnifici D. Thadæi, & eo in caſu, quòd dicta venditio fieret, ſeu pro facta habeatur iuxtà formam dicti pacti adueniente caſu dictæ dotis repetendæ, ſecundùm formam ſtatutorum Communis Mediolani, præfatus D. Guido teneatur, & debeat, ac obligatus ſit recipere dictos ducatos mille loco dictorum bonorum, vt ſupra, & hoc in pecunia numerata tantùm, & non in aliqua alia re contra debentis recipere voluntatem.

Item pacto appoſito, vt ſupra, vlz., quòd præſens Inſtrumentum poſſit expleri ſemel, & pluries, & dari partibus, & vtriq; etiam, & cuilibet alij eam habere debenti de iure, & licet reperiretur penes debitorem inciſum, ob hoc tamen non intelligatur debitum eſſe ſolutum, niſi debitor appareret de ſolutione per Inſtrumentum, aut per debitas probationes, non obſtantibus ſtatuto Communis Mediolani, nec alia iuris diſpoſitione in contrarium diſponentibus.

Renunciando exceptioni præfati Magnifici Domini contrahentes non facti, & non celebrati huiuſmodi Inſtrumenti dati in dotem, vt ſupra, & non appoſitorum dictorum pactorum, vt ſupra, & prædictorum, & infraſcriptorum omnium, & ſingulorum non ità, & taliter actorum, & factorum, omniq; probationi, & defenſioni in contrarium.

Quare præfatus Magnificus D. Thadæus parte vna, & præfatus Magnificus D. Guido ex altera promiſerunt, & vadiam dederunt, & dant, obligando quidem ſe ſe viciſſim, & ad inuicem, & omnia eorum, & vtriuſque eorum bona mobilia, & immobilia præſentia, & futura, etiam ſuppellectilia domus, & ea, quæ aliàs veriſimiliter non cadunt in obligatione generali, pignori ſibi viciſſim, & ad inuicem, videlicet vna pars alteri, & altera alteri præſentibus, & viciſſim, & ad inuicem ſtippulantibus, & recipientibus ad mutuam ſtipulationem, & requiſitionem ſingulariter refferendo; & item præfatus Magnificus D. Guido præfatæ eius vxori præſenti, vt ſupra, quòd prędicta omnia, & ſingula, vt ſupra, attendent, & obſeruabunt, & ratum, gratum, & firmum, & rata, grata, & firma habebunt, & tenebunt, & nullo tempore contra facient, nec venient aliqua ratione, nec cauſa, de iure, nec de facto, per ſe ſe, nec per ſubmiſſam perſonam, directè, nec per indirectum; & item pręfatus Magnificus D. Guido modo, & forma, ac caſibus prędictis, vt ſupra, repetendi dictam dotem, vt ſupra, modo, & forma prædictis, vt ſupra, illi, ſeu illis, cui, ſeu quibus veniet reſtitutio de iure fienda, ſecundùm formam ſtatutorum Communis Mediolani.

Quæ omnia, & ſingula ſupraſcripta fecerunt, & conuenerunt dictæ partes, vt ſupra, item, & eo acto, quòd ad prædicta omnia, & ſingula poſſit illa pars, contra quam caſus agendi euenerit, omni tempore, vbique, & ſub quolibet Iudice, Vicario, & Rectore realiter, & perſonaliter conueniri. Renunciando exceptioni, quòd non poſſit aliquo tempore opponere, dicere, nec allegare cauſas collocatas, vel collocandas, nec ferias ordinarias, ſolemnes, vel repentinas, nec aliud interdictum cauſarum, nec dare in ſolutum pro prædictis, vel aliquo prædictorum cartas, nec notas debiti Communis Mediolani factas, vel faciendas, nec alias cartas, nec aliquid aliud, quàm pecuniã numeratã, vel quam, vt ſupra continetur. Et conſtituerunt dictæ partes, vt ſupra, & vtraque earum, vt ſupra, ſe ſe tenere, & poſſidere omnia ſua bona, res, & iura mobilia, & immobilia, præſentia, & futura; videlicet vna pars nomine, & ad inſtantiam alterius, & altera alterius, & pro eis viciſſim, ità, &

eo acto, quòd eueniente caſu per pactum ſpeciale, liceat illi parti, pro qua caſus agendi euenerit, vbiq; inuenerit de bonis, rebus, & iuribus alterius partis, contra quam caſus agendi euenerit, accipere, capere, detinere, robare, conteſtare, ſaxire, ſequeſtrari, in poſſeſſionem intrare, tenere, poſſidere, vendere, & alienare, & in ſolutum ſibi accipere, & retinere ſ authoritate propria, abſq; parabola Iudicis, & ſine ſeruitore, banno, vel nuncio, ſeu præcepto aliquo, & abſq; alia conuentione, vſq; ad plenam, & integram ſolutionem, & integram ſatisfactionem omnium prædictorum, & totius eius, pro quo agi contigerit.

Actum in domo habitationis præfati Magnifici D. Thadæi, ſita vt ſupra, præſentibus Io. Paulo de Bullis filio qu. D. Chriſtophori Portæ Vercellinæ Parochię Sanctæ Marię Pedonis, & Ioanne Angelo de Gallis filio Nicolini P. V. P. S. Marię ad Portam, ambobus etiam Notarijs, & Pronotarijs.

Interfuerunt ibi teſtes Spectabilis D. Ioannes de Aduocatis filius Nobilis D. Pagani P. C. P. S. Marcellini notus, Andreas de Saxo filius D. Antonij P. V. P. S. Mariæ ad Portam, & Laurentius de Cuſano fil. qu. D. Magiſtri Iacobi P. N. P. Sancti Fidelis, omnes teſtes idonei, vocati, & rogati.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Deſiderius Schiannius f. q. Cæſaris P. T. P. S. Vincentij in prato intus Mediolani publicus Apoſtolica, Imperialiq; auctoritatibus Mediolani Notarius habens aucthoritatem explendi omnia Inſtrumenta rogata per dictum n. q. Franciſcum de Bullis olim publicum Mediolani Notarium, mihi conceſſam per DD. Abb. Ven. Collegij DD. Notariorum Mediolani dictum Inſtrumentum ab eius Abbreuiatura fideliter extrahi feci, collationaui, & pro fide hic me ſubſcripſi.

61.

Anno 1473.

GAleaz Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæq; Comes, ac Genuæ, & Cremonæ Dominus. Quantum nobis dies, noctesq; cordi inſideat Inclyta Vrbs noſtra Genua, non facilè dictu eſt; quippè quòd, & Statui noſtro maximi momenti ſit, & nobis, nominiq; noſtro ingens ornamentum, & amplitudinem afferat; Quamobrem, vt eſt eadem Ciuitas à nobis vnicè, peculiariterque dilecta, ita Viros eius præficere ſemper gubernationi ſtuduimus, qui virtute, fide, & animi, ingenijq; præſtantia fulgeant; Cumq; ab humanis exceſſiſſet Magnificus D. Conradus de Foliano Auunculus noſter cariſſimus, qui eiuſmodi gubernationi diù præfuerat in ipſius continuò Ciuitatis Gubernatorem elegimus, atque creauimus Ill. Germanum noſtrum dilectiſſimum D. Ludouicum Mariam Sfortiam Vicecomitem Mortarij, & Pandini Comitem: Sed vbi ex dignis rationibus eo ſe conferre nequiret, Magnificum, & Strenuum Ioannem Marchionem Palauicinum de Scipione armorum ductorem, Conſiliariumq; noſtrum dilectiſſimum Vicegubernatorem eius ipſius Vrbis conſtituimus, & ità illius in hunc vſque diem regimini præfuit. Modò autem cogitantibus nobis aliquem alium Virum integrum, idoneumq; ad id munus deſtinare: cum ibinde dimouere inſtituerimus prædictum Ioannem; nec præfatus D. Ludouicus Germanus noſter eò adhuc profecturus ſit. Occurrit Magnificus, & Inſignis auratus Eques D. Guido Vicecomes Affinis noſter dilectiſſimus, quem certè ob eius probitatem, virtutem, prudentiam, rerum experientiam, & in cunctis rebus diligentiam, ac ſingularem, & præcipuam quandam in nos, Statumq; noſtrum fidem, & deuotionem,

uotionem, id ipſum regimen cum ſumma ſui laude, atq; commendatione, & noſtra pariter, totiuſque illius Ciuitatis ſatisfactione adminiſtraturum nobis ipſi perſuademus. Optimè igitur concipientes, & ampliſſimam de ipſo D. Guidone, ceù de nobis ipſis, fidem capientes. Tenore præſentium proprio motu, ex certaq; ſcientia, & de noſtræ poteſtatis plenitudine, eundem D. Guidonem Vicecomitem facimus, eligimus, conſtituimus, & deputamus Vicegubernatorem, & Vicelocumtenentem noſtrum præmemoratæ Inclytæ Vrbis noſtræ Genuæ, & in omnibus Riparijs, omniq; ditione, & Iuriſdictione Genuenſi, cum Ciuitatibus, & Iuriſdictionibus tàm maritimis, quàm terreſtribus eiuſdem Ciuitatis noſtræ Dominio, tàm vltrà, quàm citrà iugum Ianuenſi ſubiectis, & ſeù parere conſuetis, à die, quo dictum officium ingredietur ad noſtrum vſque beneplacitum: prædictum Ioannem, & quemcunque alium ex certa ſcientia abindè dimouentes, cum mero, & mixto Imperio, & gladij poteſtate; nec non cum ampliſſima poteſtate, facultate, arbitrio, & balia, & omnimoda iuriſdictione, dictam Ciuitatem noſtram Genuæ, & alia quæcunque loca, Ciuitates, & terras eius Iuriſdictioni, & Dominio ſubiectas, & parere vt ſupra conſuetas gubernandi, & regendi, & in ea, eiſq; ordines, & prouiſiones apponendi: & cætera omnia, & ſingula prouidendi, gerendi, & admininiſtrandi, & exequendi, quæ bonum ipſius Ciuitatis, & partium prædictarum, regimen, tranquillitatem, ſecuritatem, & honorem pariter noſtrum concernere videbuntur, & prout prudentiæ ſuæ videbitur, & placuerit; Ita quidem, quòd in ipſa Ciuitate noſtra, & omnibus partibus prædictis noſtram habeat præſentare perſonam, & libera vbiq; fungi poteſtate, & in delinquentes, & culpabiles quacunq; cenſura, & pœna, tàm reali, quàm perſonali, ad vltimum vſq; ſupplicium incluſiuè, animaduertere, & ea demum omnia facere, prouidere, diſponere, & exequi poſſit, & valeat, quæ nos ipſi facere poſſe cenſemus. Et inſuper ipſi D. Guidoni Vicegubernatori noſtro in ipſo regimine vices noſtras committimus, nec non cum honoribus, oneribus, titulis, commoditatibus, prærogatiuis, & emolumentis eiuſmodi Vicegubernatoris, & Vicelocumtenentis officio pertinentibus, & ſpectantibus, & per Præceſſores ſuos hinc retrò licitè perceptis, & habitis, ſeù percipi, & haberi ſolitis, cumq; ſalario, & prouiſione per nos ei deputata. Mandantes Poteſtati, Conſilio Antianorum, Magiſtratibus, Capitaneo Plateæ, Prouiſionatis, Pedditibus, Stipendiatis, Capitaneis, Commiſſarijs, Iuſdicentibus, Gentibus armigeris, ac Feudatarijs, nec non Caſtellanis, Conteſtabilibus portarum, & Officialibus omnibus, tàm prædictæ Inclytæ Ciuitatis noſtræ Genuæ, quàm aliarum Ciuitatum, & partium iuriſdictioni, & dominio, & dominio noſtro Genuenſi, tàm mediatè, quàm immediatè ſuppoſitarum, & ſeu parere conſuetarum, vt ſupra. Quòd prædictum Magnificum D. Guidonem Vicecomitem Vicegubernatorem, & Vicelocumtenentem, & Affinem noſtrum dilectiſſimum, vt præmittitur, reuerenter ſuſcipiant, eique, & nuncijs, & literis ſuis in omnibus, & ſingulis, quæ eis dixerit, mandauerit, ſcripſerit, & ordinauerit, impigrè obediant, pareant, & exequantur, omni prorsùs exceptione, & interpretatione remota, non aliter, quàm ſi nos ipſi ore proprio mandaremus. Nec quiſque contrauenire, aut reniti præſumat ſub noſtræ indignationis pœna. In quorum fidem præſentes fieri iuſſimus, & regiſtrari, noſtrique ſigilli impreſſione muniri. Datum Mediolani die XXVIIII. Iunij MCCCCLXXIII.

Signat. Ioannes.

Et ſigillata in cera rubea cum magno ſigillo Vicecomitum, in cuius campo apparent duæ Aquilæ, & duæ Viperæ contortæ.

Bona

Digitized by Google

62.

Anno 1477. BOna Vicecomes Duciſſa Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitiſſa, ac Genuæ, & Cremonæ Domina. In hac Illuſtriſſimi Principis, Conſortiſq; noſtri amiſſione, cum rerum pondus ad nos, Inclytumq; primogenitum noſtrum nouum Ducem ſit hæreditario iure translatum, noſtra maximè intereſt eorum vti conſilio, quorum fides ſimul, & rerum longum vſus varijs temporibus in aperto fuit, vt & meritorum ratio habere videatur, & res noſtræ maiori ſolertia in dies firmentur, & gubernentur. Itaque animo noſtro vertentes Spectabilem Equitem D. Guidonem Vicecomitem nobilitate familiæ, virtutis ſplendore, & quod in præcipuis ducimus, & exiſtimamus, perpetua fide, & ſinceritate eminentem, dignum eſſe, qui & à nobis diligatur, ſicuti ab Illuſtriſſimis qu. Principibus Socero, & Conſorte noſtro ad vltimum vſque diem valdè fuit ſemper dilectus, & Senatorio munere perficiatur. Tenore præſentium ex certa ſcientia, ac motu proprio ipſum D. Guidonem facimus, conſtituimus, & deputamus Conſiliarium noſtrum in Senatu, & Conſilio noſtro Secreto ab hodierna die in futurum, atque cæteri, & numero aliorum Conſiliariorum aggregamus, aſcribimus, & cooptamus, cum ea auctoritate, & facultate, qua cæteri eiuſdem ordinis funguntur; adeo vt intereſſe rebus, de quibus illic tractabuntur, ſententiamq; dicere, ac deliberare vnà cum Collegis, & denique alia omnia agere poſſit, quæ huiuſmodi locus, & dignitas depoſcit, cum ſalario, honoribus, oneribus, commoditatibuſq; ipſi ordini Senatorio ſpectantibus, & pertinentibus, ac per alios Collegas percipi conſuetis. Mandantes Priori, & omnibus Conſiliarijs prædicti Conſilij Secreti, vt eundem D. Guidonem in poſſeſſionem ipſius officij, honoriſue admittant, & in ordinem gratulant, recipiant. Magiſtris quoque intratarum noſtrarum, ac Theſaurario noſtro Generali iniungimus, vt de prædictis præeminentijs, & ſalario debitis temporibus reſpondeant, & faciant integrè reſpondere. In quorum fidem præſentes fieri iuſſimus, & regiſtrari conſueto ſigillo munitas. Dat. in Arce noſtra Portæ Iouis Mediolani die 3. Ianuarij 1477.

Signat. . . . . . & ſigillat. &c.

In angulo 1477. die Sabbati quarto Ianuarij veſpere ingreſſus eſt Conſilium ſupraſcriptus D Guido Vicecomes, præſentauitq; has literas, quibus publicè lectis, honorificè admiſſus fuit, & per me Chriſtophorum Secretarium ei delatum iuramentum de benè, fideliterque exercendo Conſiliarij officio iuxtà morem &c.

Regiſtrata in libro Albo officiorum in fol. 94.

63.

Anno 1474. SIxtus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Præpoſito Eccleſiæ SS. Georgij, & Nazarij de Bellano Mediolanenſis Diœceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Solet Sedis Apoſtolicæ circumſpecta benignitas Deuotorum preces, quæ Diuini cultus augmentum concernunt, ad exauditionis gratiam libenter admittere, & fauore beneuolo confouere. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filij Nobilis Viri Guidonis de Vicecomitibus Militis, ex Condominis Caſtri de Soma Mediolanenſis Diœceſis petitio continebat. Per olim pro parte ſua, & dilecti filij Franciſci etiam de Vicecο-

Vicecomitibus I. V. Doctoris eiuſdem Guidonis fratris, ac Condominos dicti Caſtri, felicis recordationis Nicolao Papæ Quinto prædeceſſori noſtro, expoſito, quòd ipſi conſiderantes Eccleſiam S. Agnetis eiuſdem Caſtri, & illius domum Canonicalem, Canonicam nuncupatam, propter eius vetuſtatem ruinoſam, & ipſi Caſtro proximam fore, illam dirui fecerant pro eorum tuitione ſuperuenientibus guerris, & alijs nouitatibus in illis partibus, ex intentione, vt aliam ſimilem in loco commodo, & honeſto pro Præpoſiti, & Canonicorum dictæ Eccleſiæ pro tempore exiſtentium maiori commoditate proprijs expenſis de nouo conſtrui facerēt. Idem prædeceſſor Abbati Monaſterij S. Victoris intra muros Mediolani, eius proprio nomine non expreſſo, ſuis literis dedit in mandatis, vt conſtituto ſibi de præmiſſis, eiuſdem Guidoni, & Franciſco, vt aliam Eccleſiam, ac domum Canonicalem propè eam ita amplam, ac vtilem, ſicuti erant, Eccleſia, ac domus, quas demoliri fecerant, nec non maioris valoris, quàm illa foret, & ſuccederet loco Eccleſiæ, & domus deſtructarum, de nouo extra dictum Caſtrum ſub inuocatione prædicta in conuenienti, & honeſto loco conſtruendi, ac conſacrari faciendi licentiam concederet, ac iuſpatronatus, & præſentandi perſonas idoneas ad Præpoſituram, & ſingulos Canonicatus, & præbendas dictæ Eccleſiæ, dum vacarent pro tempore eis, & eorum hæredibus in perpetuum de certa tunc expreſſa in ipſis literis contenta facerent reſeruaret, ad quorum executionem dicti Monaſterij tunc Abbas procedens, Guidoni, & Franciſco præfatis Eccleſiam nouam, cum noua domo, vt præfertur, fabricandi licentiam conceſſit, ac iuſpatronatus, & præſentandi perſonas idoneas ad Præpoſituram, ac Canonicatus, & præbendas prædictas, iuxtà earumdem literarum continentiam, reſeruauit; quodq; poſtmodum piæ memoriæ Paulo Papæ Secundo, & prædeceſſori noſtro pro parte dicti Franciſci expoſito, quòd D. Guido non curabat ea, ad quæ tenebatur circa præmiſſa, adimplere, & quòd ipſe Franciſcus omnia, ad quæ ipſe, & D. Guido eius frater tenebantur adimplere, & dicto Guidoni, quæ expoſuerat in præmiſſis vſq; nunc certis modo, & forma tunc expreſſis reſarcire intendebat, dummodò iuſpatronatus prædictum ipſi Franciſco, & ſuis ſucceſſoribus dumtaxat abſq; dicto Guidone concederetur, idem Paulus prædeceſſor noluit, & conceſſit certo Iudici dari in mandatis, vt vocatis dicto Guidone, & alijs, qui forent vocandi, ac conſtituto de præmiſſis eidem Franciſco præmiſſa adimplendi licentiam concederet, & dicto Guidoni ſuper his ſilentium imponeret, ac iuſpatronatus prædictum eidem Franciſco reſeruaret, ac demum literis ſuper huiuſmodi conceſſione aliter non expeditis pro parte eiuſdem Franciſci eidem Paulo prædeceſſori etiam expoſito, quòd fructus, redditus, & prouentus dictæ Præpoſituræ, ac ſeptem Canonicatuum, & totidem præbendarum dictæ Eccleſiæ erant plurimum tenues, vtpote centum, & viginti florenorum auri de Camera, ſecundùm communem extimationem valorem annuum non excedentes, & quod ſi numerus perſonarum dictæ Eccleſiæ ad tres Canonicos, & vnum Cuſtodem cum Præpoſito reduceretur, & quòd ex ſeptem præbendis eiuſdem Eccleſiæ extinguerentur, & de omnibus ipſius Eccleſiæ fructibus, redditibus, & prouentibus fieret vna maſſa, illaq; per quotidianas diſtributiones inter Præpoſitum, & Canonicos diuideretur. Et Cuſtodi ex eis duodecim floreni auri de Camera aſſignarentur annuatim, exindè ſuccederet in dicta Eccleſia Diuini cultus augmentum; Idem Paulus prædeceſſor ſimiliter voluit, & conceſſit etiam certo Iudici dari in mandatis, & vocatis, qui forent euocandi, & præſtito de præmiſſis per eundem met Franciſcum nouiter ſibi expoſitis exiſtimationem, & reductio-

nem

Digitized by Google

nem numeri, ac fructuum diuiſionem faceret antedictis, prout in quibuſdam Nicolai literis, ac Pauli Prędeceſſorum conceſſionibus prędictis dicitur pleniùs contineri. Cum autem, ſicuti eadem petitio ſubiungebat, ipſe Guido pro parte ſua proponat, ac deliberet adimplere omnia, ad quę tenetur, iuxta literas prędicti Nicolai Prædeceſſoris, ac dicto Franciſco, ſi quid impenſum eſt, reſarcire, licet ipſe Guido vſq; nunc de conſenſu, ſaltem tacitè dicti Franciſci, ſibi incumbentia adimpleuerit, & etiam de pręſenti fructus, redditus, & prouentus Prępoſiturę, & ſeptem Canonicatuum, ac pręhendarum prędictarum ſummam centum, & quadraginta duorum florenorum ſimilium ſecundùm extimationem prædictam, non excedant, nec ſperetur prædictæ Eccleſiæ poſſit impoſterum deſeruiri, niſi numerus eorundem Canonicorum ad tres Canonicos reducatur, & alij quatuor Canonicatus, & præbendæ ſupprimantur penitus, & extinguantur. Statuantur quoque, quòd in dicta Eccleſia, præter illius Præpoſituram, & tres Canonicatus, ac totidem præbendas eſſe debeat de cætero, & vnum officium, quod Cuſtodia nuncupetur. Ipſiq; Præpoſito cura animarum dictæ Eccleſiæ, quę & Parochialis exiſtit committatur, & de ipſius Eccleſiæ omnibus bonis tres præbendæ erigantur, & cuilibet præbendę viginti ſeptem, & dos dictę Cuſtodię, cuius vndecim florenorum ſimilium fructus, redditus, & prouentus valeant, annuatim ordinentur. Reſiduum verò Præpoſituræ prędictę vſq; ad ſummam quinquaginta florenorum ſimilium pro illius dote applicetur pro parte, tàm dicti Guidonis, quàm dilecti filij Pauli Lucæ de Marcamanijs Prępoſiti dictæ Eccleſiæ, aſſerentis, quod fructus, redditus, & prouentus dictæ Præpoſituræ præfatam ſummam quinquaginta florenorum, ſecundùm extimationem prędictam, non excedent, ſi conceſſio, & ordinatio præfati Pauli Prædeceſſoris effectum ſortiatur; nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eũdem Guidonem, & iuſpatronatus prædictũ pro portione ſua admittere, ac eum in priſtinum, & eum ſtatum, in quo erat, tempore, quo proceſſus ſuper literis dicti Nicolai decreti fuerunt, reſtituere, & reponere, ac quatuor ex Canonicatibus, & quatuor ex præbendis prædictis ſupprimere, & extinguere, nec non officium Cuſtodiæ præſcriptæ in dicta Eccleſia erigere; & quòd cura animarum dictæ Eccleſiæ per ipſum Præpoſitum, qui pro tempore erit, exerceatur, ſtatuere; nec non iuſpatronatus, & præſentandi perſonas idoneas ad tres Canonicatus, & tres præbendas, qui reſtabunt, & Cuſtodiam prædictam, dum pro tempore vacabunt, eiſdem Guidoni, & Franciſco fratribus, & eorum, & cuicunq; ipſorum hæredibus in perpetuũ, ſicuti ex conceſſione dicti Nicolai Prædeceſſoris competit, ad pręhendas communiter, vel alternatis vicibus reſeruari; & ex omnibus dictæ Eccleſiæ bonis tres præbendas, quàm cuiuslibet viginti ſeptem, & dotem dictæ Cuſtodiæ, cuius vndecim florenorum ſimilium fructus, redditus, & prouentus ſecundùm extimationem prædictam valorem annuatim ordinari; reſiduum verò vſque ad ſummam quinquaginta florenorum ſimilium pro dote dictæ Præpoſituræ applicari, & quòd ſupercreſcentes fructus inter Præpoſitum, Canonicos, & Cuſtodem prædictos, iuxtà eorum merita, diſtribuantur. Quòdque Præpoſitus, Canonici, & Cuſtos pro tempore dictæ Eccleſiæ in ea reſidere debeant, & non reſidentes, iuſto ceſſante impedimento ſuorum, Præpoſituræ, Canonicatus, & Præbendæ, ac Cuſtodiæ fructus, redditus, & prouentus non percipiant, illiſq; deſeruientibus applicentur, decerni, ſtatui, & ordinari, præbendarumque vacan. fructus temporis præteriti in vtilitate perſonarum, ſeu Clericorum, qui dictæ Eccleſiæ hactenus in Diuinis deſeruierunt, conuerti, & eiſdem aſſignari mandare, aliàſq; in præmiſſis opportunè prouidere de beni-

gnitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur de pręmiſſis certam noticiam non habentes huiuſmodi ſupplicationi inclinati diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis dilectis filijs Capitulo dictæ Eccleſiæ, & præfato Præpoſito, & alijs, qui fuerint vocandi, de præmiſſis omnibus, & ſingulis eorum circumſtantijs vniuerſis auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem huiuſmodi ita eſſe repereris, præfatum Guidonem ad dictum iuspatronatus pro portione ſua admittas, ac eum in priſtinum, & eum ſtatum, in quo erat tempore, quo proceſſus ſuper literis dicti Nicolai Prædeceſſoris decreti fuerunt, reſtituas, & reponas, & plenariè reintegres, & quatuor ex Canonicatibus, & quatuor ex Præbendis in eadem Eccleſia ſupprimas omninò, penitùs, & extinguas; nec non vnam Cuſtodiam, quæ incumbi ſimpliciter officium exiſtat, in eadem Eccleſia erigas; & quòd cura animarum prædicta per Præpoſitum dictæ Eccleſię pro tempore exiſtentem exerceatur, ſtatuas; nec non iuspatronatus dictorum Canonicatuum, & Præbendarum, ac Cuſtodis, & præſentandi perſonas idoneas ad illas, dum vacabunt pro tempore, quo exiſtenti prædicto, & per eundem Præpoſitum ad præſentationem huiuſmodi in Canonicos dictæ Eccleſiæ, & Cuſtodem inſtituendi eiſdem Guidoni, & Franciſco, ac eorum hæredibus in perpetuum; ſicuti ex conceſſione Nicolai Prædeceſſoris prædicti competit, ad Præbendas communiter, vel alternatim vicibus reſerues, & ex omnibus dictæ Eccleſiæ bonis tres Præbendæ, quarum quibuslibet viginti ſeptem, & dotem Cuſtodię prędictę, cuius vndecim florenorum ſimilium fructus, redditus, & prouentus, vt præfertur, valeant annuatim ordines; reſidui verò, vſq; ad ſummam quinquaginta florenorum, prędictę eidem Præpoſiturę pro illius ſimiliter dote applices, & appropries; quòdque ſupercreſcentes fructus, redditus, & prouentus inter Prępoſitum, Canonicos, & Cuſtodem prędictos iuxta eorum merita diſtribuantur; & quòd Prępoſitus, Canonici, & Cuſtos dictę Eccleſię nunc, & pro tempore exiſtentes in ea reſidere debeant, & non reſidentes iuſto ceſſante impedimento ſuorum, Prępoſiturę, Canonicatus, & Prębendę, ac Cuſtodis fructus, redditus, & prouentus non percipiant, illiſq; deſeruientibus applicentur, ſtatuas, & ordines, Prębendarumque nunc vacantium fructus pręteriti temporis in vtilitatem perſonarum, ſeu Clericorum, qui vſq; modò dictę Eccleſię in Diuinis deſeruierint, conuerti debere, eadem auctoritate noſtra decernas; non obſtantibus pręmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictæ Eccleſię iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cęteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicę milleſimo quadrigenteſimo ſeptuageſimo quarto, tertiodecimo Kalendas Ianuarij, Pontificatus noſtri anno quarto. N. de Gotifredis.

In

64.

Anno 1441. IN Nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo primo, Indictione quarta, die Lunæ decimo menſis Iulij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N.D. Eugenij diuina prouidentia Papæ Quarti anno vndecimo. Reuerendiſs. in Chriſto Pater, & DD. Ioannes de Vicecomitibus Archiepiſcopus fil. quon. bonæ mem. Mag. D. Vercellini Militis Ciuitatis Mediolani P.T. P.S. Ambroſij in Solariolo aſpirans propenſius ad maioris Eccleſiæ Mediolanenſis venuſtatem, & decorem, ac diuini in ea cultu augumentum, cupienſq; terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna felici comercio commutare, & vltra alia in ipſa maiori Eccleſia olim inſtituta dignitates, & beneficia Præpoſituram, quæ in illa dignitas ſit, nec non cum aliæ dignitates huiuſmodi iuxta eiuſdem Eccleſiæ conſuetudines, & ſtatuta ſolum per illius Canonicos pro tempore gubernentur Canonicatum, & præbendam in Choro maiori ipſius Eccleſiæ Ordinariorum nuncupato, qui eidem Præpoſitura annexi exiſtant, & cum illa per idoneam, quæ de nobili genere procreata, aut ex antiqua Ciuitatis, vel Diœcœſis Mediolani proſapia ſit perſonam ad inſtar aliorum in dicta Eccleſia dignitates alias præfatas obtinentium obtinere poſſint, & debeant. & quæ quidem perſona ſingulis honoribus, & emolumentis, quibus Canonici eiuſdem Eccleſiæ Ordinarij nuncupati quomodolibet vtuntur, & gaudent, nec non vniuerſis eis cedere ſolitis inibi prouentibus, iuribus, & obuentionibus vti, & gaudere, illaque percipere, & habere debeat inſtituere, illoſque de bonis ſibi deſuper à Deo collatis pro vno Præpoſito, & vno Canonico, qui in ipſa Eccleſia reſidere teneatur, nec non duas, vnam vlz. in prædicta Maiori ad Altare, quod duxerit eligen., & aliam ad Beatæ Mariæ della Florana Altare nuncupat. in S. Nazarij in Brolio Mediolani Eccleſijs perpetuas Sacerdotales Capellanias pro duobus Capellanis, quorum quilibet in eo ex Altaribus prædictis, ad quod Capellania ſua fundata erit ſingulis ſingularum ſeptimanarum diebus per anni circulum Miſſam pro ipſius Archiepiſcopi, ſuorumque parentum, & amicorum, & omnium fidelium defunctorum remedio animarum impedimentis ceſſantibus legitimis perpetuò celebrare teneatur, & debeat de præmiſſis bonis ſufficien. dotare Iurepatronatus, & præſentandi ad Præpoſituram, ac Canonicatum, & præbendam prædictos, & ad quamlibet Capellaniarum præfatarum quoties ſingulorum illorum vacationis tempus occurrerit, etiam idoneas perſonas per maioris quoad Præpoſituram, ac Canonicatum, & præbendam, & Capellaniam maioris Eccleſiæ, nec non per S. Nazarij, quo ad illam S. Nazarij Capellaniam Capitula Eccleſiarum huiuſmodi inſtitueñ. eidem D. Ioanni Archiepiſcopo, quamdiu in humanis egerit, & poſt eius reſolutionem illi, vel illis, quem, ſeu quos ipſe D. Ioannes Archiepiſcopus in ſua voluntate vltima nominandum, ſeu nominandos duxerit in perpetuum reſeruato, obtentis prius per eum litteris Apoſtolicis præf. Sanctiſs. D. N. D. Eugenij Papæ Quarti ibidem in præſentia teſtium infraſcriptorum per me Notarium infraſcriptum ad hæc vocatorum, & rogatorum lectis, & oſtenſis more ſolito Romanæ Curiæ bullatis cum cordula canapis, non vitiatis, non cancellatis, non abolitis, nec in aliqua ſua parte ſuſpectis, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentibus, Quarum quidem litterarum Apoſtolicarum tenor talis eſt.

Eugenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Ioſepho de Brippio Canonico

nonico

Digitized by Google

nonico Mediolanenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Romani Pontificis prouidentia circumſpecta pia ſupplicum vota, per quæ Eccleſijs præſertim Metropolitanis decor, & venuſtas requiruntur, nec non diuinus inibi cultus augeri ſperatur ad exauditionis gratiam fauorabiliter admittit, & vt illa debito mancipentur effectu, prout expedire cognoſcit partis, ſiue ſolicitudinis interponit. Sanè pro parte Vener. fratris noſtri Ioannis de Vicecomitibus Archiepiſcopi nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſe ad maioris Eccleſiæ Mediolaneñ. venuſtatem, & decorem, ac diuini in ea cultus augumentum perpenſius aſpirans, cupienſque terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna felici comercio commutare, vltra alia in ipſa Eccleſia olim inſtituta dignitates, & beneficia Præpoſituram, quæ in illa dignitas ſit, nec non cum alio dignitates huiuſmodi iuxta eiuſdem Eccleſiæ conſuetudinis, & ſtatuta ſolum per illius Canonicos pro tempore gubernetur Canonicatum, & præbendam in choro maiori ipſius Eccleſiæ Ordinariorum nuncupato, qui eidem Præpoſituræ annexi exiſtant, & cum illa per idoneam, quæ de nobili genere procreata, aut ſaltem ex antiqua Ciuitatis, vel Diœceſ. Mediolaneñ. proſapia ſit perſonam ad inſtar aliorum in dicta Eccleſia dignitates alias præfatas obtinentium obtineri poſſint, & debeant, & quæ quidem perſona ſingulis honoribus, & emolumentis, quibus Canonici eiuſdem Eccleſiæ Ordinarij nuncupati quomodolibet vtuntur, & gaudent, nec non vniuerſis eis cedere ſolitis inibi prouentibus, iuribus, & obuentionibus vti, & gaudere, illaque percipere, & habere debeat inſtituere, illoſque de bonis ſibi deſuper collatis pro vno Præpoſito, & Canonico, qui in dicta Eccleſia perſonaliter reſidere teneatur, nec non duos, viz. ad aliquod idem Archiepiſcopus ad id eligendum duxerit in prædicta vnam, & etiam Beatæ Mariæ della Florana nuncupat. in Sancti Nazarij in Brolio Mediolani Eccleſijs ſita Altaria aliam perpetuas Sacerdotales Capellanias pro duobus Capellanis, quorum quilibet in eo ex Altaribus prædictis, ad quod Capellania ſua fundata erit ſingulis ſingularum ſeptimanarum diebus per anni circulum Miſſam pro ipſius Archiepiſcopi, ſuorumque parentum, & amicorum, ac omnium fidelium defunctorum remedio animarum impedimentis ceſſantibus legitimis perpetuò celebrare teneatur, & debeat de præmiſſis bonis ſufficienter dotare proponit pariter, & intendit iure patronatus, & præſentandi ad Præpoſituram, ac Canonicatum, & præbendam prædictos, & ad quamlibet Capellaniarum præfatarum quoties ſingulorum illorum vocationis tempus occurrerit etiam idoneas perſonas per maioris quo ad Præpoſituram, ac Canonicatum, & præbendam, nec non per Sancti Nazarij Eccleſiarum prædictarum Capitula quoad Capellanias huiuſmodi inſtituen. eidem Archiepiſcopo quamdiu in humanis egerit, & poſt eius reſolutionem illi, vel illis, quem, ſeu quos ipſe Archiepiſcopus in ſua voluntate vltima nominandum, ſeu nominandos duxerit in perpetuum reſeruato. Quare pro parte dicti Archiepiſcopi nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſibi Præpoſituram, ac Canonicatum, & præbendam prædictos inſtituendi, illoſque, & Capellanias huiuſmodi dotandi iuxta modum, & formam præmiſſos licentiam concedere, ipſique, ac per eum nominando, ſeu nominandis prædictis Iuſpatronatus, & præſentandi perſonas huiuſmodi reſeruare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur pium Archiepiſcopi propoſitum huiuſmodi in Domino plurimum commendantes, ac cultum ipſum noſtris potiſſimè temporibus vigere, & augeri intenſis deſiderijs affectuantes huiuſmodi ſupplicantibus inclinati diſcretioni tuæ mandamus quatenus ſi, & poſtquam dictus Archiepiſcopus pro Præpoſitura,

tura, ac Canonicatus, & præbendæ inſtitutione, nec non illorum, ac Capellaniarum dotatione huiuſmodi. Ita quod Præpoſitus iuxta Præpoſituræ exigentiam decenter viuere, & Capellani præſenti congruè ſuſtentari valeant ſufficientes, competenteſque facultates aſſignauerit, ſeu quod præmiſſa debitè fiant congruam, & idoneam cautionem præſtiterit, ſuper quo ſuam conſcientiam oneramus, præfato Archiepiſcopo Præpoſituram cum Canonicatu, & præbenda pro vno Præpoſito qui dictæ Maioris Eccleſiæ Canonicus cenſeatur, & Præpoſituram, & Canonicatum, ac Præbendam prædictos qui eidem Præpoſituræ tunc annexi ſint ad inſtar aliorum in ipſa Maiori Eccleſia dignitates obtinentium obtinere inſimul poſſit inſtituen., illoſque, nec non pro duobus perpetuis ad dicta Altaria Capellanis Capellanijs huiuſmodi iuxta formam, & modum ſupradictos, & cum conditionibus, alijſq; præmiſſis dotandi licentiam auctoritate noſtra largiaris, & nihilominus poſt inſtitutionem Præpoſituræ, ac Canonicatus, & Præbendæ, nec non dotationem præfatas Iuſpatronatus, & præſentandi perſonas huiſmodi, vt præmittitur, præfato Archiepiſcopo pro ſe, ac illi, vel illis, quem, ſeu quos ad id elegerit, ſiue nominauerit, vt præfertur, eadem auctoritate perpetuo reſerues, non obſtan. Conſtit., & ordinat. Apoſtolicis, ac de certo Canonicorum numero maioris, & alijs eiuſdem, nec non Sancti Nazarij Eccleſiarum prædictarum iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam de illis, eorumque totis tenoribus præſentibus habenda foret mentio ſpecialis, cæteriſque contrarijs quibuſcunq; Dat. Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadrigenteſimo tertio decimo Kal. Septembris Pontificatus noſtri anno decimo.

Donationem fecit inter viuos cum oneribus, & conditionibus de quibus ſupra fit mentio; ac inferius deſcriptis aliàs puram, meram, & irreuocabilem omnes, & ſingulas ingratitudines cauſas remittendo, & facit Venerabili, & Sapienti Sacræ paginæ profeſſori, ac decretorum Doctori D. Ioſeph de Brippio Canonico Mediolanenſi in dictis litteris Apoſtolicis nominato, & Commiſſario per ipſas litteras Apoſtolicas deputato preſenti, & acceptanti nomine, & vice, & ad partem, & vtilitatem præfatarum Eccleſiarum Maioris, & Sancti Nazarij, & Præpoſituræ, ac Canonicatus, & præbendæ, nec non Capellaniarum de quibus ſupra, & infra fit mentio, & omnium, & ſingulorum qui illos, & illas pro tempore obtinebunt, ac etiam mihi Notario perſonæ publicæ ſimiliter ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice prædictis.

Nominatiuè de florenis ſeptuaginta monetæ Mediolani valoris ſolidorum 32. Imper. pro floreno pro dicta Præpoſitura, & de florenis triginta ſimilibus prędictis Canonicatu, & Præbendæ prædictæ maioris Eccleſiæ, & de florenis quinquaginta ſimilibus pro dicta Sacerdotali Capellania in dicta maiori Eccleſia ad Altare Sancti Io. Baptiſtę, quod pro Baptiſterio ordinabitur, & interim quo Baptiſterium ordinari contingerit deſtructum propter fabricam nouæ Eccleſiæ celebretur ad Altare Sancti Ambroſij in Capella de nouo facta in ipſa maiori Eccleſia ad honorem prædicti Sancti Ambroſij, & de florenis quadraginta ſimilibus pro dicta ſacerdotali Capellania in dicta Eccleſia Sancti Nazarij ad Altare della Florana nuncupatum ex, & de fructibus, redditibus, & prouentibus poſſeſſionis, & bonorum, quæ præf. D. Ioannes Archiepiſcopus habet, tenet, & poſſidet in loco de Guditabiago plebis de Roſate, Ducatus, ſeu Diœceſis Mediolani, & eius Territorio, & partibus circumſtantibus, quæ ſunt bona propria ipſius Dñi Ioannis, ſeu per eum iure proprio tenentur, & poſſidentur ſingulis annis in perpetuum fiendis, & præ-

ſtandis

Digitized by Google

ſtandis Præpoſituræ, & Canonicatui, & præbendæ, ac Capellanijs prædictis, & illis qui ipſos, & ipſas pro tempore obtinebunt in feſto Sancti Martini finis cuiuslibet anni, & de iure poſſibilitate, & facultate petendi, exigendi, conſequendi, & habendi ſingulis annis in perpetuum prædictas præſtationes in, & ſuper dictis poſſeſſione, & bonis à præf. D. Ioanne Archiepiſcopo, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus etiam ſingularibus, vel ab illo, ſeu illis, cui, ſeu quibus daret, ſeu aſſignaret huiuſmodi poſſeſſionem, & bona cum oneribus prædictis, nec non de directo dominio, & ciuili poſſeſſione quorumdam bonorum iacentium in Ciuitate Mediolani in P. T. P. S. Alexandri in Palatio, quæ ſunt hæc, & ſic deſcribuntur vlz. Cameræ duæ cum ſtabulo vno in terra ad introitum ſediminis, & caneucta vna in capite anditus, cum ſolariolo vno ſupra dictam caneuctam; Item cameræ duæ in ſolario, & caminata vna ſimul ſe tenens cum ſuis ſuperioribus, & cum lobieta vna ante dictas cameras, quibus bonis cohęret à duabus partibus Gaſparis de Comite mediante acceſſio, ab alia ſtrata, ab alia Franceſchini de Iſimbardis, & in parte Ioannis de Platis mediante curte dicti ſediminis, & ab alia tenetur per Ioannem de Boſſis, ſuper quibus bonis fit, & præſtatur per Ioannem de Maueris, & fieri, & præſtari debet fictum libellarium præf. D. Ioanni ad computum florenorum duodecim dicti valoris in anno, & de ipſo ficto, ac iure, & facultate petendi, exigendi, conſequendi, & habendi dictum fictum ſingulo anno vſque in perpetuum, & hæc omnia quo ad directum dominium, & ciuilem poſſeſſionem, & fictum huiuſmodi ad vtilitatem dumtaxat dictæ Capellaniæ S. Nazarij, & eam pro tempore obtinentis, & ad ſupplementum quoniam ſuperius dumtaxat floreni quadraginta eidem Capellaniæ aſſignati fuerunt annuatim, & fructus, redditus, & prouentus dictorum poſſeſſionis, & bonorum pro rata dictarum præſtationum eidem D. Ioſeph Commiſſario antedicto, & mihi Notario vt ſupra ſtipulan. aſſignauit, & aſſignat, eo tenore, quod de cætero præfatæ maioris, & Sancti Nazarij Eccleſiæ nomine Præpoſituræ, & Canonicatus, & præbendæ, ad Capellaniarum prædictarum, & qui illos pro tempore obtinebunt habeant, & percipiant, & habere, & percipere debeant ſingulis annis in perpetuum prædictas præſtationes ſingula ſingulis congruè refferendo in, & ſuper, ac de fructibus, redditibus, ac prouentibus dictorum poſſeſſionis, & bonorum, & in locum, ius, & ſtatum præf. D. Ioannis Archiepiſcopi ſint, & ſuccedant, & eſſe, & ſuccedere debeant de, & ſuper fructibus, redditibus, & prouentibus dictorum poſſeſſionis, & bonorum pro dictis quantitatibus ſingula ſingulis congruè refferendo, & ita agere, petere, conſequi, & habere poſſint, & valeant huiuſmodi fructus, redditus, & prouentus dictorum poſſeſſionis, & bonorum prædictas ſummas aſcendentes, prout præf. D. Ioannes ante præſentem donationem facere poterat, potuiſſet, & poſſet, ac faceret, & facere poſſet ſi præſens donatio facta non eſſet. Quare præf. D. Ioannes promiſit obligando huiuſmodi poſſeſſionem, & bona, eorumque fructus, redditus, & prouentus pignori pręf. D. Commiſſario, & mihi Notario vt ſupra ſtipulantibus perpetuò manutenere, & defendere huiuſmodi præſtationes Præpoſituræ, & Canonicatu, & præbendæ, ac Capellanijs præfatis, & illos, & illas obtinentibus ab omni perſona, Communi, Collegio, & Vniuerſitate in forma communi, & iuris, & prout natura præſentis contractus poſtulat, & requirit, & de iure tenetur verſus donator donatorio omnibus ſuis expenſis, damnis, & intereſſe, & facere, & curare cum effectu, quod de dictis præſtationibus ſingulis annis in perpetuum reſpondeatur, & reſpondere debeat obtinen. Præpoſituram, & Canonicatum, & Prębendam, ac Capellania huiuſmodi,

prout

Digitized by Google

prout ſuperius continetur, & hęc omnia etiam ſub reffectione, & reſtitutione omnium expenſarum, damnorum, & intereſſe litis, & extra.

Quam quidem donationem, & quæ omnia, & ſingula fecit, & facit præfatus D. Ioannes ad finem, & effectum, quod de nouo inſtituantur, & inſtitui debeant Præpoſitura, quæ ſit dignitas, ac Canonicatus, & præbenda eidem Præpoſituræ annexi, nec non duæ Capellaniæ Sacerdotales vna in prædicta maiori Eccleſia ad Altare Baptiſterij, & interim ad dictum Altare Sancti Ambroſij celebretur, & alia in dicta Eccleſia Sancti Nazarij ad prædictum Altare Beatæ Mariæ de Florana ſecundum formam, & tenorem prædictarum litterarum Apoſtolicarum, cum reſeruatione Iuriſpatronatus, & præſentandi perſonas idoneas ad Præpoſituram, & Canonicatum, & præbendam, nec non ad Capellanias prædictas eidem D. Ioanni quamdiu in humanis egerit, & poſt eius reſolutionem illi, vel illis, quem, ſeu quos in ſua voluntate vltima nominauerit, ſeu nominandos duxerit, & quod liceat, & licitum ſit ipſi D. Ioanni donec vixerit aſſignare alias proprietates, ſeu alia ficta perpetua, aut alios redditus ſufficientia, & ſufficientes pro dictis præſtationibus Præpoſituræ, & Canonicatus, & præbendæ, ac Capellanijs prædictis, & ſingulis eorum, ſeu earum, prout ſibi videbitur, quo caſu huiuſmodi poſſeſſio, & bona à dictis præſtationibus ſi pro tota ſumma alias pro rata præſtationum prædictarum libera, & liberata remaneant à tempore aſſignationis, ſeu aſſignationum in antea, præfatus autem D. Ioſeph Canonicus, & Commiſſarius antedictus, & habens per prædictas litteras Apoſtolicas ad infraſcripta omnia, & ſingula plenam poteſtatem, attendens donationem, & aſſignationem prædictas, & quod Præpoſitus iuxta Præpoſituræ exigentiam decenter viuere, & Capellani prædicti congruè ſuſtentari ex dictis præſtationibus ſingula ſingulis congruè refferendo poterunt donationem, & aſſignationem huiuſmodi, & omnia, & ſingula in ea contenta acceptauit, & acceptat, & auctoritate Apoſtolica qua fungitur in hac parte, vltra alia in ipſa maiori Eccleſia Mediolanenſi olim inſtituta dignitates, & beneficia Præpoſituram, quæ inibi dignitas ſit, nec non cum aliæ dignitates huiuſmodi iuxta eiuſdem Eccleſiæ conſuetudines, & ſtatuta ſolum per illius Canonicos pro tempore gubernentur Canonicatum, & præbendam in choro maiori ipſius Eccleſiæ Ordinariorum nuncupato, qui eidem Præpoſituræ annexi exiſtant, & cum illa per idoneam, quæ de nobili genere procreata, & ex antiqua Ciuitatis, & Diœceſis Mediolani proſapia ſit perſonam ad inſtar aliorum in ipſa Eccleſia dignitates alias præfatas obtinentium obtineri poſſint, & debeant inſtituit, nec non duas Capellanias Sacerdotales ad Altaria prædicta pro duobus Capellanis, ac Præpoſituram, & Canonicatum, & præbendam, ac Capellanias prædictas prædictis fructibus, ſeu præſtationibus dotauit ſingula ſingulis congruè refferendo; Et interim quo Baptiſterium ordinari contigerit ad dictum Altare S. Ambroſij pro Capellania dictæ maioris Eccleſiæ celebretur, & celebrari debeat, ſtatuens eadem auctoritate, & ordinans, quod perſona obtinens pro tempore Præpoſituram, ac Canonicatum, & præbendam prædictos ſingulis honoribus, & emolumentis, quibus Canonici eiuſdem Eccleſiæ Ordinarij nuncupati quomodolibet vtuntur, & gaudent; Nec non vniuerſis eis cedere ſolitis inibi prouentibus, iuribus, & obuentionibus vti, & gaudere, illaq; percipere, & habere debeat, & in dicta maiori Eccleſia perſonaliter reſidere teneatur; Nec non obtinentes pro tempore dictas Sacerdotales Capellanias ſingulis ſingularum ſeptimanarum diebus per anni circulum Miſſam pro ipſius D. Ioannis Archiepiſcopi, ſuorumq; parentum, & amicorum, ac omnium fide-

 lium

lium defunctorum remedium animarum impedimentis ceſſantibus legitimis perpetuò celebrari teneantur, & debeant, & quod Iuſpatronatus, & præſentandi ad Prępoſituram, & Canonicatum, & prębendam pręfatos, & ad quamlibet Capellaniarum prędictarum quoties ſingulorum illorum vacationis tempus occurrerit idoneas perſonas per maioris quoad Prępoſituram, ac Canonicatum, & Prębendam, ac Capellaniam maioris Eccleſię, nec non per S. Nazarij quoad illam S. Nazarij Capellanias Capitula Eccleſiarum prędictarum inſtituendos eidem D. Ioanni Archiepiſcopo quamdiu in humanis egerit, & poſt eius reſolutionem illi, vel illis, quem, ſeu quos præfatus D. Ioannes Archiepiſcopus in ſua voluntate vltima nominauerit, ſeu nominandos duxerit pertinere, & ſpectare, & eadem auctoritate ipſis perpetuò reſeruauit, & reſeruat, & quod liceat eidem D. Ioanni Archiepiſcopo quoad vixerit alias proprietates, ſeu ficta perpetua, aut alios redditus ſufficientes, ſeu ſufficientia pro dictis præſtationibus Præpoſituræ, & Canonicatui, & Præbendæ, ac Capellanijs prædictis, & ſingulis eorum, ſeu earum, prout ſibi videbitur, aſſignare, & tradere, quo caſu huiuſmodi poſſeſſio, & bona ſi pro tota ſumma alias pro rata præſtationum prædictarum à dicta aſſignatione in antea libera, & liberata remaneant, de quibus omnibus, & ſingulis pręf. D. Ioannes Archiepiſcopus, & D. Ioſeph Commiſſarius voluerunt, & mandauerunt per me Notarium infraſcriptum publicum debere confici Inſtrumentum.

Actum in domibus reſidentię pręfati Reuerendiſſimi D. Archiepiſcopi ſit. in P. T. P. S. Ambroſij in Solariolo Mediolani, pręſentibus Honor. viris DD. Antonio de Graſſis Iuris Canonici perito fil. qu. D. Petri P. N. P. S. Fidelis Mediolani, & Presbytero Maphiolo de Seregnio Rectore Eccleſię Sancti Laurentij in Turrigio Mediolani teſtibus idoneis ad pręmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus. Ego Io: Franciſcus Parpalionus fil. q. Io: Antonij Ciuis Mediol. P. T. P. S. Laurentij Maioris foris Mediolani publicus Apoſtolica, Imperialique, & Curię Archiepiſcopalis Mediolani auctoritatibus Notarius auctoritate mihi generaliter à Reuerendiſſimo D. Vicario Generali Curię Archiepiſcopalis Mediolani conceſſa explendi Inſtrumenta rogata per q. Ambroſium Caluum olim dictæ Curiæ Notarium, prout publico patet Inſtrumento rogato per Iacobum Antonium Cerrutum eiuſdem Curię Notarium Actuarium die Iouis decimo ſeptimo menſis Maij anni 1601. pręſentis, ac etiam vigore, & pro executione ordinationis à DD. Abbatibus Notariorum præfatę Curię ſub die vigeſimo Iunij proximè pręteritis fact. ſupradictum Præpoſiturę, ac binarum Capellaniarum erectionis, & dotationis Inſtrumentum fideliter extrahere feci, & in fidem me ſubſcripſi die ſexta Iulij anni prędicti 1601.

Repe-

65.

Anno 1486.

REperitur in Imbreuiaturis Inſtrumentorum rogatorum per n. q. Geruaſium Bozolanum olim Mediolani Notarium, inter alia, ſic fore ſcriptum, vlz.

In nomine Domini Anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto, Indictione quarta, die Mercurij duodecimo menſis Aprilis.

Magnificus D. Tebaldus Vicecomes Regius armorum &c. f.q. Magnifici D. Guidonis Militis, & Ducalis Conſiliarij Secreti nunc moram trahens in Ciuitate Mediolani P. R. P. S. Satyri, inueſtiuit, & inueſtit nomine libelli, & ficti libellarij &c. Stephanum de Caſolis fil. qu. D. Iacobini habitantem in loco Somæ capite Plebis Ducatus Mediolani, ibi pręſentem, & inueſtientem, & obligantem, vt infrà.

Nominatiuè de apotheca, & ſolario vno ſupra dictam apothecam, cum alio loco ibi contiguo dicto ſolario ſupra, vt infrà à manu ſiniſtra ad introitum portę infraſcripti ſediminis, in qua apotheca ſit de pręſenti foxina à ferrario, & cohęret dictis duobus locis ab vna parte ſtrata, ab alia anditus dictæ portę, & ab alijs pręfati D. Locatoris.

Item de domibus quinque in terra, & canepa vna ſubtus terram omnibus ſimul ſe tenentibus, cum ſolarijs duobus ſupra dicta caſamenta proximè deſcripta, & cum vno alio ſolario poſito ſupra camerã, in qua de pręſenti dormit dictus conductor, & emphiteuta, dicto vltimo ſolario ſequitur vt infrà.

Cum caſina, ſtabulo à bobus, & polario, & cum debita portione curtis, prout de pręſenti tenet ipſe Conductor, & emphiteuta, & cum illa parte, & ſeù portione clauſi, & brolij poſt pręd icta bona ſuperiùs deſcripta, quę de præſenti tenetur per dictum conductorem, & emphiteutam, quibus omnibus bonis cohęret ab vna parte ſtrata, ab alia filiorum quon., & hęredum D. Ioannis de Bozolanis, & ab alijs præfati D. Locatoris, cum iure acceſſiandi per anditum portę maſtrę, prout hactenus conſuetum eſt, & cum iure vtendi puteo communi pręd icti ſediminis, & quæ omnia bona ſita ſunt in loco Somę, vbi dicitur ad Puſterlam, ſaluo &c. Item de omnibus iuribus &c.

Eo tenore, quòd à modò in anteà vſque in perpetuum dictus conductor, & emphiteuta habeat &c. meliorando &c. dando &c.

Pro ficto libellario omni anno libras tredecim Imper. monetę &c. & par. tres caponorum bonorum, & ſufficien. & cum cauda ſagazuda.

Soluen. ad feſtum Sancti Martini finis cuiuslibet anni, & quòd teneatur ipſe Conductor, & emphiteuta ſoluere dictum fictum lib. tredecim ſupraſcriptum etiam pro anno pręſenti, licet annus non ſit integer, cum omnibus expenſis &c.

Pacto ſpeciali &c. quòd ſit in electione pręfati D. Locatoris de accipiendo quod ſolarium voluerit ex dictis duobus ſolarijs ſupra deſcriptis, vlz. ex dicto ſolario ſupra dictam foxinam, & ex dicto ſolario ſupra dictam domum, in qua dormit de pręſenti dictus conductor, pro vſu bladorum pręfati D. Locatoris, quia ſic conuenerunt, & hoc ſine aliqua detractione, nec diminutione ſupraſcripti ficti libellarij, quam electionem dictorum ſolariorum debeat fieri, & fiat per præfatum D. Locatorem, & ſeù eius nomine hinc ad feſtum Sancti Martini proximè futurum.

Item pacto &c. quòd facien., ſeù fieri facien. ipſo Conductore, & emphiteuta domos duas poſt ſupraſcriptam canepam ſubtus terram, vt ſupra, & quę domus

Digitized by Google

mus dicitur ędificata per ipſum conductorem eius proprijs expenſis ſuper ſtratam, quę dicitur della Troſa, quòd non facien. ipſam domum, quam intelligit facere in eo loco de quo ſupra, quòd liceat, & licitū ſit ipſi conductori accipere, & habere vnū acceſſium contiguum ipſi domui taliter fabrican. vt ſupra, etiam quando acciperet de bonis, vel aliqua parte aliorum bonorum pręfati D. Locatoris prætenſorum per Ioannem Volegium, quia ſic conuenerunt &c.

Item pacto &c. quòd dictus conductor, & emphiteuta teneatur, & obligatus ſit hinc ad annos duodecim proximè futuros facere, & ſeù fieri facere, & fabricare tot, & tanta melioramenta, & reparationes de lapidibus, & cęmento in, & ſuper dictis bonis vt ſupra locatis, quæ ſint, & eſſe debeant valoris, & intrat. librarum centum Imperialium computato dicta oblatione, & eius pretio ædifican. vt ſupra, & hoc ſub pœna aliarum librarum centum Imper. applicandarum præfato D. Locatori, ſi negligens fuerit &c.

Item pacto &c. quòd ſi dictus Conductor, & emphiteuta ceſſauerit in ſolutione dicti ficti libellarij per annos tres continuos &c. quòd cadat &c.

Quare dictus conductor, & emphiteuta promiſit obligando ſe &c. pignori præfato D. Locatori præſenti &c. quòd ſoluet ſupraſcriptum fictum libellarium ità, & modo ſupraſcripto &c. & quòd attendet, et obſeruabit etc.

Inſuper præfatus D. Locator, cui ad aures, et notitiam peruenit de quadam Inueſtitura libellaria per Chriſtophorum de Burigotijs procuratorem, & procuratorio nomine præfati D. Locatoris in ſupraſcriptum Stephanum conductorem, vt ſupra de quibuſdam alijs bonis iacentibus in territorio dicti loci de Soma, vbi dicitur in Paſquario, & ſeù in Sabiono, pro ficto libellario ſtariorum quatuor frumenti omni anno, traditum per me Notarium infraſcriptum ab anno vno citrà, vel circa.

Propterà voluntariè &c.

Et omnibus modo &c.

Ratificauit, approbauit, & ratificat, & approbat dictum Inſtrumentum Inueſtituræ libellariæ, & omnia in eo contenta, & ſimilem fecit, & facit Inueſtituram libellariam, & extendatur latiſſimè cum ſolitis clauſulis &c.

Renunciando &c.

Cum pactis executiuis &c.

Actum in domo habitationis Magnifici D. Galeaz Vicecomitis ſit. in P. R. P. S. Satyri Mediolani, præſentibus Guidone Antonio de Abiatis filio quon. D. Petri Pauli habitante in loco de Larago Plebis Inzini Ducatus Mediolani, & Antonio de Vigniarca filio D. Iuliani habitante in loco de Herba ſupraſcriptæ Plebis Inzini, ambobus Mediolani Notarijs.

Teſtes D. Franciſcus de Petraſancta fil. quon. D. Naſini habitans in loco de Robecco Plebis Corbettæ Ducatus Mediolani notus, D. Melchior de Vauaſoribus fil. qu. D. Martini habit. in Caſſano ſupra Abduam Plebis Cornaliani Ducatus Mediolani, et D. Presbyter Petrus de Carcano fil. qu. D. Bertolonis P. R. P. S. Satyri, omnes noti &.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Iulius Cæſar Schiannius f. q. Io. Andreæ P. R. P. S. Euphemiæ Mediolani, publicus Mediolani Notarius, habens authoritatem mihi conceſſam per DD. Abbates Vener. Collegij Notariorum Mediolani explendi Inſtrumenta rogata per ſupraſcriptum Geruaſium Bozolanum olim publicum Mediolani Notarium, & habitatorem loci Somæ, ſupraſcriptum Inſtrumentum ab eius Imbreuiaturis fideliter extrahi feci, & quia &c. ideò &c.

Repe-

Digitized by Google

65. ✠

Anno 1484. REperitur in Abbreuiaturis qu. D. Geruaſij Bozolani olim Notarij Mediolani, inter alia, ſic eſſe ſcriptum, vlz.

In nomine Domini Mcccclxxxiiij. Indictione ſecunda, die Lunæ nono menſis Auguſti.

D. Chriſtophorus de Burigotijs fil. qu. D. Thomaxij habit. in Burgo Buſti Arſicij Duc. Mediolani Procurator, & procuratorio nomine Magnifici Regalis Armorum Ductoris D. Theobaldi Vicecomitis, nati qu. Magnifici, & olim Ducalis Conſiliarij D. Guidonis Vicecomitis, nunc moram trahentis in felicibus Caſtris Ducalibus, & Sereniſſimæ Ligæ, prout dixit conſtare publico Inſtrumento tradito per Martinolum de Candianis Notarium Mediolani de anno præſenti, ſeù anno, & die in eo contentis, ac etiam præfati D. Thebaldi negotiorum Geſtor, & nunc moram trahens in Caſtro Somæ, præfati D. Thebaldi dicto nomine inueſtiuit, & inueſtit nomine locationis emphiteoticæ, & ficti libellarij, vſq; in perpetuum duraturi ad benefaciendum &c. Petrum de Burgo Ticini fil. qu. Chriſtophori dicti Matarij habitan. in ſupraſcripto loco Somæ ibi præſentem &c.

Nominatiuè de ſedimine vno iacente in dicto loco de Soma, vbi dicitur ad Vargellam, quòd eſt cum ſuis ædificijs, cameris in terra, ſolarijs, curte, area, caſina, & furno, & ſtabulis, & alijs iuribus ſuis, & pertinentijs, cum certis vitibus intus, cui cohæret ab vna parte ſtrata, ab alia præfati D. Thebaldi, ab alia in parte Magnifici D. Antonij Vicecomitis, & in parte Magnifici D. Princiuallis Vicecomitis, ab alia illorum de Bregontijs, & qu. Vanoli.

Item de petia vna terræ campi iacen. in territorio ſupraſcripti loci de Soma, vbi dicitur ſubtus Berſona, cui cohęret ab vna parte Magnifici D. Baptiſtæ Vicecomitis, ab alia Eccleſia S. Agnetis de Soma, & ab alia ſimiliter, & ab alia ſtrata, perticarum duarum, vel circa.

Item de petia vna terræ campi iacen. vt ſupra, vbi dicitur ad Quadrum, cui cohæret ab vna parte prædict. hær. Vanoli de Bregontijs, ab alia ſupraſcriptæ Eccleſiæ S. Agnetis in parte, & in parte Capellæ S. Stephani de Mezana, ab alia præfati D. Antonij Vicecomitis, & ab alia Imoli de Bellotis in parte, & in parte Conſortij S. Mariæ de Soma, & in parte illorum de Zocchis de Soma, pertic. quinque, vel circa.

Item de petia vna terræ campi iacen. vt ſupra ad ſtrictas, cui cohæret ab vna parte præfati D. Thebaldi, ab alia præfati D. Baptiſtæ in parte, & in parte ſupraſcriptæ Eccleſiæ S. Agnetis de Soma, ab alia in parte Andreæ, & fratres Luigini de Marcio, & in parte ſupraſcriptæ Eccleſiæ S. Agnetis de Soma, & ab alia ſtrata, perticarum quinque, vel circa.

Item de petia vna terræ campi iacen. vt ſupra, vbi dicitur ad viam Ticini, cui cohæret ab vna parte ſupraſcriptæ Eccleſiæ S. Agnetis de Soma, ab alia hæred. qu. D. Dionifij de Bregontijs, ab alia Ioannis de Scianio, & ab alia ſtrata, pertic. duarum cum dimidia, vel circa.

Item de petia vna terræ campi iacen. vt ſupra, vbi dicitur in Vignola, cui cohæret ab vna parte præfati D. Baptiſtæ Vicecomitis, ab alia præfati D. Thebaldi, ab alia ſupraſcriptæ Eccleſiæ S. Agnetis de Soma, & ab alia ſtrata, pertic. nouem, vel circa.

Item de petia vna terræ campi vineæ, & ſyluæ, cum arboribus caſtaneis nouem, & nucum quatuor ſupra, vbi dicitur vt ſupra, cui cohæret ab vna parte ſtrata, & ab alia ſimiliter, ab alia illorum Zaccarini della Porta, & ab alia in parte

ſupra-

ſupraſcriptæ Eccleſiæ S. Agnetis, & in parte præfati D. Thebaldi, & in parte illorum de Gallis, ab alia præfati D. Baptiſtæ Vicecomitis,& in parte præfati D. Antonij Vicecomitis, pertic. decem, vel circa.

Item de petia vna terræ campi iacen. vt ſupra, vbi dicitur in Ziliago, cui cohęret ab vna parte ſupraſcripta Eccleſia S. Agnetis de Soma, ab alia in parte præfati D. Antonij, & in parte ſupraſcript. Zaccarini de la Porta, & ab alia præfati D. Thebaldi, & ab alia ſimiliter præfati D. Thebaldi, & præfati D. Antonij, perticarum ſex, vel circa, cum plantis quatuor arborum caſtanearum ſupra.

Item de petia vna terræ campi cum plantis nouem arborum caſtanearum ſupra, vbi dicitur ad Roncarium de ſupra, & iacen. vt ſupra, cui cohęret ab vna parte illorum D. Ottolini de Cattaneis, ab alia præfati D. Antonij, ab alia Chriſtophori dicti Cluſo della Porta, & ab alia illorum de Inarſio mediante acceſſio, pertic. decem in totum, vel circa.

Item de petia terræ campi iacen. vt ſupra, vbi dicitur ad Montem, cui cohæret ab vna parte præfati D. Antonij Vicecomitis, ab alia acceſſium, ab alia præfati D. Thebaldi, ab alia in parte præfati D. Thebaldi, & in parte D. Baptiſtæ, & ab alia in parte illorum Donati Gaziæ de Soma, & in parte Ambroſineti de Locate, & ab alia ſtrata, quà itur ad Turrettam, pertic. ſexdecim, vel circa, cum plantis duabus arborum caſtanearum.

Item de petia vna terræ campi, & coſtæ buſchiuæ, ac zerbi ſimul ſe tenentibus iacen. vt ſupra, vbi dicitur vt ſupra, quibus cohæret ab vna parte præfati D. Princiuallis, ab alia præfati D. Antonij, ab alia præfati D. Baptiſtæ, ab alia ſtrata, cum planta vna arborum caſtanearum, pertic. decem octo, vel circa.

Item de petia vna terræ campi iacen. vt ſupra, vbi dicitur ad Runcarium de ſubtus, cui cohæret ab vna parte præfati D. Antonij, ab alia præfati D. Thebaldi, ab alia præfati D. Antonij, & in parte præfati D. Antonij, & in parte præfati D. Thebaldi, perticarum ſeptem, vel circa.

Item de petia vna terræ ſyluæ iacen. vt ſupra, vbi dicitur vt ſupra, cui cohęret ab vna parte præfati D. Antonij, ab alia pręfati D. Antonij, & ab alia Stephani Zannis de Buſti, & ab alia illorum de Cattaneo, pertic. quatuor, vel circa.

Item de petia vna terræ ſyluæ, buſchi, & brugariæ ſimul ſe tenentiũ iacen. vt ſupra, vbi dicitur ad Roncarium de ſubtus, vt ſupra, quibus omnibus cohæret ab vna parte præfati D. Antonij, & in parte præfati D. Thebaldi, ab alia præfati D. Antonij, & in parte præfati D. Thebaldi, ab alia ſimiliter, & in parte præfati D. Antonij, & in parte ſupraſcriptorum hæredum ſupraſcripti Donati Gagiæ de Soma, pertic. tredecim, vel circa.

Item de petia vna coſtæ buſchiuæ iacen. vt ſupra, vbi dicitur vt ſupra, cui cohęret ab vna parte præfati D. Antonij, ab alia præfati D. Thebaldi, ab alia ſupraſcriptorum hæredum ſupraſcripti Donati Gagiæ, ab alia tenetur per plures perſonas, pertic. viginti, vel circa.

Item de petia vna terræ brugariæ iacen. vt ſupra, vbi dicitur ad Vineatias, cui cohęret ab vna parte tenetur nomine Conſortij S. Andreæ de Soma, ab alia præfati Princiuallis, ab alia illorum de Luate, & ab alia quædam alia brugaria, & ab alia illorum de Bregontijs, perticarum decem, & octo, vel circa.

Item de petia vna terræ prati iacen. vt ſupra, vbi dicitur in Zereda in vallibus Ticini, cui cohęret ab vna parte lectus Nauigij, ab alia hęredum Vanoli de Bregontijs, ab alia Communis de Soma, & ab alia ſupraſcriptorum DD. fratrum Vicecomitum, pertic. quadraginta, vel circa, reſeruato tamen buſco dictæ petiæ prati præfatis DD. Fratribus, ac alijs eorum fratribus filijs quon. præfati Magnifici D. Guidonis.

Item

Item de tribus partibus ex quatuor partibus pro indiuiſo petiæ vnius terræ prati iacen. in Vallibus Stronæ dicti Territorij, vbi dicitur ad Molendinum Guatæ, cui toti petiæ cohæret ab vna parte præfatæ Eccleſiæ S. Agnetis de Soma, ab alia præfati D. Baptiſtæ, ab alia præfati D. Thebaldi, & ab alia flumen Stronæ, pertic. quatuordecim, vel circa in totum.

Item de iure aquarum irrigandi, & irrigari faciendi prata, & dictam poſſeſſionem prout ſupra pertinen. & ſpectan. præfato D. Thebaldo.

Saluo &c. item de omnibus, & ſingulis iuribus.

Eo tenore, quòd à feſto Sancti Michaelis proximè futuri in antea vſque in perpetuum dictus Conductor, & Emphiteuta habeat &c.

Pro ficto libellario modiorum ſexdecim, & ſtariorum duorum miſturæ ſicalis, & millij, modiorum duorum frumenti, librarum quatuor Imper. & par quatuor caponum omni anno.

Soluendo temporibus debitis, vlz. ſicalem, & frumentum ad feſtum Sancti Laurentij Mediolani, & denar. ad feſtum Sancti Michaelis, & capones ad feſtum Sancti Martini finis cuiuslibet anni, cum omnibus expenſis, damnis &c.

Pacto &c. quòd dictus Conductor, & Emphiteuta teneatur facere, & ſeù fieri facere infrà decem annos proximè futuros in, & ſuper dictis bonis ſuperiùs locatis tot, & tanta melioramenta, & reparationes, quæ ſint valoris, & æſtimationis librarum centum Imper.

Item pacto vt ſupra &c. caducitatis, ſi dictus Conductor ceſſauerit per annos tres continuos in ſolutione dicti ficti libellarij, quod cadat à præſenti inueſtitura, & non à melioramentis factis, ſi quæ facta reperiantur.

Item pacto vt ſupra, quòd ipſe Conductor teneatur eius proprijs expenſis dare in publica forma præſens Inſtrumentum Inueſtituræ libellariæ præfato D. Thebaldo, & hoc infrà menſem vnum proximè futurum.

Renunciando &c. Quare dictus Conductor, & Emphiteuta promiſit ſupraſcripto D. Chriſtophoro dicto nomine ibi præſenti de ſoluendo ipſum fictum, & facere, prout ſupra, & ipſe D. Chriſtophorus dicto nomine promiſit de manutenendo in poſſeſſione dictum Conductorem.

Cum pactis executiuis &c.

Actum in domo habitationis ſupraſcripti Presbyteri Vercellini, ſit. in loco Somæ, præſentibus Galeaz de Gallis fil. qu. Manfredini, & Laurentio de Galiate fil. D. Io. Iacobi, ambobus habitantibus in ſupraſcripto loco de Soma Pronotarijs &c.

Teſtes Michael de Vergiate fil. qu. Hieronymi, & Iulianus de Guazonibus fil. qu. Ioannoli, & Ioannes de Armondis de Car.° fil. qu. Antonij Barzachini de Gulaſicca, omnes habitantes in dicto loco de Gulaſicca Plebis Somæ Ducatus Mediolani, omnes noti &c.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Ioannes Franciſcus Dauerius dictus Galeatius fil. qu. Spectabilis D. Laurentij P.N. P.S. Fidelis Mediolani publicus Apoſtolica, Imperialique auctoritate Notarius Mediolani ſupraſcriptum Inſtrumentum rogatum per D. Geruaſium Bozolanum, quarum auctoritatem habeo ego Inſtrumenta rogata per . . . . prout reperitur extraxi, pro fide me ſubſcripſi.

In

Digitized by Google

Anno 1484. IN Abbreuiaturis n. q. Geruaſij Bozzolani olim publici Mediolani Notarij inter cætera ſic reperitur, vt infrà, vlz.

In nomine Domini Amen. Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quarto, Indictione ſecunda, die Iouis quinto menſis Februarij. Magnificus Miles D. Baptiſta Vicecomes filius quon. Magnifici Iuris vtriuſque Doctoris, ac Ducalis Conſiliarij D. Franciſci parte vna, & Magnifici DD. Antonius Ducalis Gubernator, Thebaldus Regius Regalis Armorum &c. Ductor, Galeaz Iuris vtriuſque Doctor, ac Ducalis Conſiliarius Secretus, Princiuallis legum Scholaris, & Baptiſta Ducalis Camerarius, & Armorum &c. parte altera, ſeu alijs filij quon. Magnifici, & generoſi Militis, & Ducalis Conſiliarij D. Guidonis, omnes de præſenti habitantes, & ſeù moram trahentes in eorum Caſtro Somæ Capite Plebis Ducatus Mediolani, voluntariè &c. & omnibus modo &c. proiectis ſortibus fecerunt, & faciunt Inſtrumentum diuiſionum de infraſcriptis buſchis Vallis Ticini, & bonis de Caſtronouate.

In qua quidem diuiſione, & partitione obuenerunt, & obueniunt in partem, & pro eorum parte ſupraſcriptis D. Antonio, & fratribus bona, & petiæ terrarum, & buſcorum deſcripta ſuper quadam liſta mihi Notario infraſcripto data per ipſas partes tenoris huiuſmodi, videlicet. Diuiſiones buſcorum tenſorum ſitorum in Territorio de Soma Caſtronouate pro vna parte. Primò petia vna buſchi in Territorio de Soma, vbi dicitur in Vallibus Ticini, incipiendo à bucca Nauigij eundo vſque ad ſigna plantata, cui cohæret ab vna parte foſſatum Circhæ, ab alia flumen Ticini, & ab alia alia pars, & vinea triangularis, reſeruatis vineis ibi exiſtentibus, quæ non comprehenduntur in ſupraſcripta parte, perticarum . . . . vel circà.

Item certa pars ſilanæ Sancti Georgij buſchi ſit. in Territorio de Caſtronouate, vbi dicitur vt ſupra in Vallibus Ticini ad plant. Sancti Georgij, incipiendo aſchienga Eccleſiæ Sancti Georgij ſit. versùs Caſtronouate eundo per rectam lineam ad ſignum factum ad horum coſtæ versùs campum tentum per illos Ottini, & à dicto ſigno eundo vſque ad pratum illud, quòd tenetur per illos Camparij, cui cohęret ab vna parte ſtrata, quæ vadit à Caſtronouate ad planas, ab alia alia pars buſchi, ab alia flumen Ticini, & ab alia pratum quod per illos Camparij . . . , perticarum . . . . vel circà.

Item certa pars buſchi ſit. in ſupraſcripto Territorio, vbi dicitur ad Pertegheram, incipiendo à ſignis plantatis in medio, ſeu quaſi eundo vſque in fundo Coſtæ Moronij, cum buſco vno, vbi dicitur ad Maroncinum, cum ſupraſcripta parte, cui cohęret ab vna parte alia pars, ab alia flumen Ticini, & ab alia horum Viganorum de Caſtronouate, pert. . . . . vel circà.

Item certa pars buſchi Siluatiæ ſit. in ſupraſcripto Territorio, incipiendo à ſigno vno plantato ad horum Coſtæ Vineatiæ eundo per rectam lineam ad ſignum vnum plantatum versùs Ticinum, & vſque ad buſcum illorum de Criuellis, cui cohęret ab vna parte hæredum D. Nicolai de Criuellis, ab alia Ticinus, & ab alia alia pars, & ab alia horum Coſtæ Viganorum de Caſtronouate perticarum . . . . vel circà.

Item certa pars buſchi planarum de Vigola in ſupraſcripto Territorio, incipiendo à foſſo Coſtæ eundo vſque ad horum Planetæ, quę pars eſt versùs Coſtam Fugianorum, cui cohęret ab vna parte foſſatum Cerchæ, ab alia Coſta Fugianorum, & ab alia alia pars, & ab alia horum Planetæ, pertic. . . . vel circà.

Et

Et præfato D. Baptiſtæ quon. Magnifici D. Franciſci ibi præſenti, & acceptanti obuenerunt, & obueniunt in partem, & pro vna parte infraſcripta bona, & pars terrarum buſcorum, vt infra; & quæ ſunt annotata ſuper quadam liſta mihi Notario infraſcripto data in manibus, tenoris huiuſmodi, videlicet. Diuiſiones buſcorum de Caſtronouate ſitorum in Territorio Somæ, & Caſtronouate pro alia parte.

Primò pars vna buſchi ſit. in Vallibus Ticini versùs Valeras, incipiendo à dictis ſignis plantatis eundo vſque ad horum Coſtæ Fugianorum, & ab oro Coſtæ Fugianorum, eundo vſque ad Coſtam planeti, prout vadit Galonus dictæ Coſtæ eundo per horum Coſtilioli ſiti de ſubtùs Molinarium, tantum quantum capit buſcus inciſus per illos de Olegio vſque ad flumen Ticini, cui cohęret ab vna parte flumen Ticini, ab alia foſſatum Circhæ, & ab alijs alia pars dicti buſchi ſcripti ſuper alia liſta, cum pacto, quòd ſupraſcripta pars teneatur dare acceſſium alteri parti pro conducendo legnamen Coſtæ Caſtellatij, pro eundo ad Somam, & ad Ripam, perticarum . . . vel circà.

Item alia pars buſchi Planæ Sancti Georgij versùs Somam, incipiendo à dicta Schienga dictæ Eccleſiæ ſit. versùs Caſtronouate, eundo per rectam lineam ad ſignum plantatum ad horum coſtæ versùs campum tẽtum per illos Ottini, eundo per horum Coſtæ putheicum buſco planeti intùs vſque ad buſcum emptum per illos de Olegio, cui cohęret ab vna parte flumen Ticini, ab alia alia pars, ab alia pars præſentis liſtæ, & ab alia præfatorum DD. Vicecomitum, pert. . . . vel circa.

Item alia pars buſchi Pertigheræ cum Inſula Faxoli intùs versùs portum, incipiendo in capite Inſulæ Faxoli, eundo vſque ad ſigna plantata in Pertighera, cui cohęret ab vna parte flumen Ticini, ab alia Viganum de Caſtronouate, ab alia alia pars, & eſt dicta pars triangularis, perticarum . . . vel circa.

Item certa pars buſchi Syluatiæ versùs Coſtam Nouate, incipiendo ad Vineam, quæ tenetur per illos Camparij, eundo ad ſignum vnum plantatum versùs Ticinum, cui cohæret ab vna parte flumen Ticini, ab alia vinea, & campus, quæ tenentur per illos Camparij, ab alia reliqua pars, & ab alia horum Coſtę, & plurium perſonarum, perticarum . . . vel circà.

Item alia pars buſcorum planarum de Vigola versùs Vigolam, incipiendo ad foſſatum Circhæ, eundo vſque ad horum Coſtæ puthei, cui cohæret ab vna parte alia pars, ab alia ſtrata Vegia, quæ vadit à Caſtronouate ad Cardanum, ab alia foſſatum Circhæ, & ab alia bona præſenris liſtæ, pertic. . . vel circa.

Saluo &c.

Item de omnibus iuribus &c.

Eo tenore &c.

Cum ſolemnibus tenore, & ceſſione iurium, & actionum, translatione dominij, & poſſeſſionis, ſolemni conſtituto, conſtitutione miſſi, & procuratoris in rem ſuam, & poſitione in eorum dignè refferendo locum, ius, & ſtatum, ac cum promiſſione defendendi pro dato, & facto tantùm &c.

Et cum pactis poſitis ſuper ſupraſcripta proximè liſta tenoris huiuſmodi, videlicet. Pacto &c. quòd non intelligatur in præſenti diuiſione eſſe compręhenſa Inſula Cerreti cum ramo propè, vbi dicitur ad Cerretum, cui cohæret vndiq; ramus Cerri, & flumen Ticini, & Conſortij Sancti Fidij, & Sancti Ioannis de Soma, cui cohæret ab vna parte buſcus Vallis Ticini, quæ Inſula eſt præfatorum de Prenidonis.

Item pacto &c. quòd alia pars teneatur dare acceſſium præſentis liſtæ pro veniendo à ripa Ticini ad Somam, videlicet per ſtratam vſitatam.

V Item

Digitized by Google

Item pacto, che tutti quelli lochi, doue andarà acqua, reſtino communi, & non andando acqua, reſtino diuiſi ſecondo le preſenti liſte, reſeruati li boſchi tenſati, cioè in la poſſeſſione di Caſtronouate.

Item, che cadauna delle parti poſſa hauere attione, caricare, & ſcaricare le loro robbe ad la Città, vſando ad modo ſoſa, come hanno fatto per lo paſſato, & le ſtrate vſate ſiano communi.

Item, quòd in præſenti diuiſione teneatur illa pars, cui obuenta eſt, ſatisfacere illis perſonis habere debentibus in dicta ſua portione ſibi obuenta propter ſocietatem, quibus ſatisfieri debet per vtramque partem.

Item à chi toccherà la parte di ſopra ſia liato fare vn foſſo in fondo de la Vinea, ſecondo melio, che parirà, faciando il foſſo al loro di eſſe vinee.

Item ſia licito à cadauna delle parti cauare acqua fuora di Ticino, & dello Nauilio nouo per fare molino, & adacquare, ſecondo melio che parirà, cioè in la Valle.

Item accadendo, che corra il Nauilio nouo, de l'acqua ſi cauerà da eſſo Nauilio così per le parti fatte, come quelle, che faranno, cadauno n'habbia la portione ſua, ſecondo ſarà declarato per vno Ingeniero eletto per le parti nominate.

Item, che li molini ſiano facto communitate così in lo Territorio di Caſtellonouate, come di Soma, & la intrata ſia communa, quando pure vna delle parti non lo voleſſe fare, quella parte, che farà, ò vorrà fare, denuntia à quell' altra parte, che frà giorni trenta proſſimi aduenire poſſa fare ſecundo che dicto di ſopra, & paſſato el dicto termino, non habbia poi actione alcuna.

Item che l'vna parte non poſſa comprare ſopra la parte dell'altra.

Item quella parte hauerà manco prato poſſa liberare li prati delli homini ſuoi ſopra la dicta parte, cioè li prati hanno li dicti homini ſopra li maſſaricij con contracambio, ſecondo diranno duoi Amici communi.

Item quòd venationes ſupraſcriptorum buſcorum, & locorum ſuperiùs diuiſorum ſint communes dictorum omnium DD. Vicecomitum; & quòd omnis poſſit ire ad venationem per dicta loca ſuperiùs diuiſa ad eorum liberam voluntatem.

Renunciantes &c. Item renunciantes &c.

Et cum pactis executiuis, & alijs clauſulis, & ſolemnitatibus opportunis &c.

Actum in Arce, ſeu Rocca Caſtri Somæ Ducatus Mediolani, præſentibus Galeaz de Gallijs quon. Manfredini, & Ambroſio de Graſſis filio quon. D. ..... habitantibus in ſupraſcripto loco Somæ Pronotarijs.

Teſtes Beltraminus de Repoſſijs f. q. Frà Ioannis habitans in dicto loco Somæ, Protaſolus de la Porta filius qu. Stephanoli habitans in Mornago Pleb. Arſagi Ducatus Mediolani, & Antonius de Cattaneis fil. qu. Magiſtri Ioannis, habitans in dicto loco Somæ, omnes noti &c.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Franciſcus Maria Fontana fil. Bonifacij P. T. P. S. Petri in Caminadella Mediolani, publicus Imperiali auctoritate Mediolani Notarius, ex auctoritate mihi conceſſa per Egr. DD. Abbates Ven. Collegij DD. Cauſidicorum, & Notariorum Mediolani explendi Inſtrumenta recepta per n. qu. Geruaſium Bozolanum olim publ. Mediolani Not., ſupraſcriptum Inſtrumentum extrahere feci ab eius Abbreuiaturis, & concordare inuentum pro fide ſubſcripſi.

Repe-

Digitized by Google

67.

Anno 1488. REperitur in Imbreuiaturis qu. D. Bernabouis de Applano olim Notarij publici Mediolani habit. in Burgo Gallarate Capite Plebis Ducatus Mediolani, quarum expletionis auctoritatem habeo ego Bernardinus de Bruſatoribus de Ferno f. q. D. Ambroſij, Notarius publicus Mediolani, habitans in Gallarate ſupraſcripto, per Inſtrumentum auctoritatis rogatum per D. Laurentium de Gadio Notarium die primo Auguſti 1531., ſicut ſic ſcriptum, videlicet.

In nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo octuageſimo octauo, Indictione ſeptima, die Veneris decima ſeptima menſis Octobris.

D. Chriſtophorus de Burigotijs fil. qu. D. Thomæ P. T. P. S. Laurentij Maioris intus Mediolani procurator, & procuratorio nomine Magnifici, & Potentis Militis D. Thibaldi Vicecomitis filij qu. Magnifici, & Potentis Militis D. Guidonis, ad hæc, & ad alia fienda, ſpecialiter, & legitimè conſtitutus, vt publico dix. conſtare Inſtrumento illius procurę ſpecialis tradito, & rogato per Martinolum de Candianis Notarium, anno &c.

Inueſtiuit nomine libelli vſque in perpetuum duraturi ad benefaciendum, meliorandum, & non peiorandum.

Antonium Pauli filium Bartholomæi habitantem in loco de Soma, facientem, & negotia ſua gerentem ſeorſum à dicto Patre ſuo, præſentem, & ſe inueſtientem in emphiteuſim.

Nominatiuè de ſedimine vno ſito in loco de Soma, vbi dicitur in Valgella, quòd eſt cum caſſijs tribus in terra, & ſolarijs duobus ſupra, curte, & alijs ſuis iuribus, & pertinentijs, cui cohęret ab vna parte ſtrata, à duabus Antonij Buzij, & ab alia præfati D. Thibaldi, ſaluo &c.

Item de omnibus iuribus &c.

Eo tenore, quod à feſto Sancti Martini proximè futuro in antea, vſque in perpetuum, dictus Conductor, & Emphiteuta habeat &c. dando pro ficto libellario omni anno vſque in perpetuum, vt ſupra, libras octo, cum dimidia Imper. bonæ monetæ Mediolani &c.

Quod fictum cum omnibus expenſis &c.

Renunciando &c. & renunciant &c.

Actum in Caſtro præfati D. Locatoris ſito in loco de Soma; Præſentibus Pronotarijs Iacobo de Sciagnio filio D. Antonij, & Philippo de Zacheis filio D. Iacobi, habitantibus in loco de Soma Mediolani Notarijs &c.

Teſtes Ioſephus de Caxolis fil. quon. Iacobini, Petrus de Sciagnio fil. quon. D. Ioannis, & Petrolus dictus Molis de Fontania fil. quon. Ioannis, omnes habitantes in loco de Soma, noti &c.

Subſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito.

Idem Bernardinus Notarius, & habens auctoritatem, vt ſupra, pro fide ſubſcripſit &c.

68.

Anno 1493.

IOannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani, Papię, Angleriæq; Comes, ac Genuæ, & Cremonæ Dominus. Superioribus diebus, cum fuiſſet exhibita nobis per Spectabiles DD. Baptiſtam, & Galeatium Vicecomites Conſiliarios noſtros cariſſimos, nec non & Antonium, Princiuallem, & Theobaldum eius D. Galeaz fratres, ſupplicatio pro extrahenda de Ticino flumine certa quantitate aquæ, in eius ſubſequentem tenorem, videlicet.

Illuſtriſſime Princeps. Humiliter exponunt Excellentiæ Veſtræ eiuſdem fideliſſimi ſeruitores DD. Baptiſta, & Galeaz Milites, & Conſanguinei, ac Conſiliarij veſtri, & Antonius, Princiual, & Theobaldus eius D. Galeaz fratres Vicecomites omnes, quòd ipſi exponentes habent quædam prædia inter loca Somæ, & Caſtrinouate Seprij Ducatus veſtri Mediolani in Valle Ticini, quæ ſi irrigari poſſent, & in eis fieri molendina, cederet in eorum vtilitatem, & commoditatem hominum in illis partibus habitantium, quæ irrigatio, & molendina fient, ſi per Excellentiam Veſtram concedatur ipſis exponentibus facultas extrahendi ex flumine veſtro Ticini inter dicta loca Somæ, & Caſtrinouate rodigina quatuor aquarum, quæ aquæ etiam poſtmodùm reuertentur in dictum Ticinum, & propterea recurrunt ipſi exponentes ad V. I. D. ſupplicando eidem humiliter, vt præmiſſis attentis dignetur Excellentia Veſtra concedere facultatem in ampliſſima forma ipſis exponentibus; videlicet præfato D. Baptiſtæ pro medietate, & præfatis DD. Galeaz, & fratribus pro altera medietate, & poſſint extrahere à dicto flumine Ticini inter dicta loca Somæ, & Caſtrinouati rodigina quatuor aquarum ex aquis dicti fluminis, pro irrigandis pratis, & machinandis molendinis faciendis inter dicta loca Somæ, & Caſtrinouate tutè, & impunè, aliquibus in contrarium facientibus non attentis, quibus omnibus in hac dumtaxat parte ex certa ſcientia derogari dignemini, etiam ſi talia forent, quæ ſpeciali derogatione indigerent, prout credunt obtinere ab Excellentia Veſtra, cui ſeſe votiuè commendant aliter.

Scripſimus ad Nobiles intratarum noſtrarum extraordin. Magiſtros, pro habendis opportunis informationibus, ne Cameræ noſtræ, vel alicui tertiæ perſonę præiuditium, vel iniuria fieret, à quibus reſponſum recepimus per eorum literas tenoris huiuſmodi videlicet.

Illuſtriſſime Princeps, & Excellentiſſime Domine noſter Colendiſſime.

Petentibus Magnificis DD. Baptiſta, & Galeatio Vicecomitibus Senatoribus Excellentiæ Veſtræ, ac DD. Antonio, Princiualle, & Theobaldo eius D. Galeatij fratribus, ex ſupplicatione ſua facultatem per I. D. V. eis concedi extrahendæ aquæ rudiginorum quatuor ex flumine Ticini, inter loca Somæ, & Caſtrinouati, pro irrigandis prædijs ſuis, & ad vſum molendinorum, quæ illis in partibus fabricare intendunt; hac lege, quòd huiuſmodi aquæ poſtea reuertantur in ipſum flumen Ticini; & quemadmodum agitur in dicta ſupplicatione V.E. ex literis diei 26. Martij proximè lapſi ſig. Blaſius Calcus, nobis commiſit, vt ea diligenter examinata certiorem redderemus I. D. V., ſi petita concedi poſſent abſq; præiuditio Cameræ V.E., aut priuatæ perſonæ iniuria, & prout in ipſis literis mentio habetur; pro cuius quidem commiſſionis executione, cum ſuper loco ſe receperint de ordinatione omnium noſtrorum Spec. Collegæ noſtri DD. Aloyſius de Brippio, & Antonius de Applano, habito ſecum Magiſtro Lazaro de Palatio Architecto, Veſtræ I. D. nobis retulerunt, quemadmodum ex incluſo exemplo relationis ſuæ, vnà cum apparere

dicti

Digitized by Google

dicti Magiſtri Lazari, & relatione Magiſtri Petri de Brambilla etiam Architecti Veſtra Excellentia intueri poterit. Quibus omnibus inhęrentes referimus V. I. D. petita per ipſos DD. Vicecomites concedi poſſe ſine præiudicio Cameræ V. Excellentiæ, & iniuria priuatæ perſonæ, obſeruando contenta in dictis relationibus, & apparere Magiſtri Lazari. Diſponat nunc V. I. D. ſuperindè pro libito voluntatis ſuæ, cui nos commiſſos humiliter facimus. Dat. Mediolani die viiij. Maij 1493. I. D. V. Fideles ſerui Magiſtri intratarum extraordinariarum V. E. Bernardinus. A tergo Illuſtriſſimo Principi, & Excellentiſſimo D. D. Duci Mediolani &c. Domino noſtro Colendiſſimo.

Magnifici, & pręſtantiſſimi Viri Collegę honorum. Eſſendo noi eletti per le voſtre Maeſtà à transferire, hauuto con noi Lazaro da Palazzo Ducale Ingegniero, ſopra il loco doue richiedono li Magnifici D. Battiſta, & Galeazzo de Viſconti Ducali Senatori, & D. Antonio Princiualle, & Teobaldo fratelli di eſſo D. Galeatio di cauar fuora del fiume del Ticino trà Soma, e Caſtelnouate acqua per rodizini quattro, & come ad plenum ſi contiene nella ſua ſupplica, & lettera Ducali ſcritte al voſtro Magiſtrato adì 26. di Marzo proſſimo paſſato ſig. B. Calcus, ſi ſiamo transferti inſieme con detto Maeſtro Lazaro ſopra il luogo, & viſto, & diligentemente conſiderato il tutto, inherendo all' apparere di eſſo Maeſtro Lazaro quì incluſo, & etiam à quanto ſi contiene nella relatione quì incluſa à noi fatta per Maeſtro Pietro de Brambilla etiam Ducale Ingegniero, con il quale ne hauemo parlato, riferimo à V. M. che à detti de Viſconti ſi potria concedere quanto hanno richieſto ſenza pregiuditio della Camera Ducale, & ſenza ingiuria di alcun priuato, oſſeruandoſi la forma, modo, & ordine ſi contiene nell' apparere di eſſo Maeſtro Lazaro quì incluſo. Rimettendoſi però ſempre al giudicio, e parere di V. M. alla quale ſi raccomandiamo. Dat. Mediolani die 7. Maij 1493. M. V. Aloyſius de Brippio ſubſcripſit. Antonius de Applano ſubſcripſit. A tergo Magnificis, & Præſtantiſſimis Viris Collegis honorum DD. Magiſtris Intratarum Ducalium extraordinariarum. Magnifici, & Præſtantiſſimi D. Aloyſij de Brippio, & Antonij de Applano ex Magiſtris Intratarum Ducalium extraordinariarum, Hanno S. M. V. della commiſſione à voi, & à me fatta per lo Magiſtro, e Supplicante delli Magnifici D. Battiſta, e Galeazzo Viſconti Ducali Senatori, nec non delli Spectabili D. Antonio, Princiualle, & Tibaldo fratelli d'eſſo D. Galeazzo in effectu, che doueſſimo andare ſopra il luogo doue eſſi Signori D. Viſconti richiedono poter extraher acqua in luogo, doue in la loro ſupplicatione ſi fà mentione, & come in eſſa commiſſione ſi contiene. Dico come ſapete eſſer ſtato ſuſo detto luogo, & hò molto diligentemente conſiderato eſſa coſa, à mì me pare non eſſer in pregiudicio della Ducal Camera, ne delle ragioni d'altre perſone priuate, à conceder quello richiedono li Supplicanti D. Viſconti, perche eſſa aqua ritorna in Ticino de ſotto da Caſtelnouate, mettendo el modo doue altre volte era il Molinello, che imbocca del Cauo de Panperduto con la ſua ſoia de ſeritio, & capello de ſeritio, con le ſue ſpalle de ſeritio tutte coſe murate de calcina, & che eſſa bocca li poſſa entrare acqua per quattro ardizini, come richiedono in detta loro ſupplicatione, & che la ſoia d'eſſo modo non ſia più profonda d' onze quattro di quello è di preſente lo cauo d'eſſo Panperduto, & in le ſpalle doue s'era meſſo eſſo modo ſia piantato vn termine alto braccia due di ſopra d'eſſa ſoia, acciò non ſi habbia occaſione più da profondare, ancora ſij ſerrata detta bocca per trabucchi duoi, incominciando dal bochello in giù in piano, & così riferiſco alle Spect. M. V. alla quale humilmente ſempre mi raccomando. Dat. Mediolani

die

Digitized by Google

die 4. Maij 1493. Melchion de Grandi nomine D. Magiſtri Lazari de Palatio Architecti Ducalis, & Ciuis Mediolani ſcripſit. Magnifici, & Præſtantiſſimi D. Aloyſij de Brippio, & Antonij de Applano ex Magnificis DD. Magiſtris intratarum Ducalium extraordinariarum. Hauendome le M. V. fattome intendere eſser detto da tutto il Magiſtrato, per vigore della commiſſione à quella fatta per il noſtro Illuſtriſſimo Signore, per intendere, ſe alli M. D. Battiſta, e Galeazzo Viſconti Ducali Senatori, & D. Antonio, Princiualle, & Tibaldo fratelli d'eſſo D. Galeazzo, ſe li poteſſe concedere ſenza detrimento della Ducal Camera, & ingiuria de terza perſona di poter extrahere dal fiume di Ticino al cauo de Panperduto trà Soma, e Caſtelnouate, rodigini quattro de aqua per condurre al beneficio de certe ſue poſſeſſioni, & per hauer prattica aſſai ſopra il detto fiume del Ticino, & etiam per hauer altre volte liuellato eſſo foſſato de Panperduto li voleſſi dire il parer mio, ſe concedendoſi alli prefati D. Viſconti detta licenza di eſtrahere eſſi ardizini quattro, ſe ſi faria detrimento alla Ducal Camera, aut à terza perſona; Reſpondendo dico, che quando li foſſe conceſſo di cauare ancora dieci rodigini, non faria alcun pregiudicio alla Ducal Camera, nè ad alcun altro, & queſto fù il parer mio; rimettendomi però al parere delle prefate V. M., alle quali mi raccomando. Dat. Mediolani die ſeptima Maij 1493. ſig. M. V. ſeruitor Petrus de Brambilla Ducalis Ingenierius propria manu ſubſcripſi &c. Nunc verò relationis ipſius tenore diligenter conſiderato, cum ex Peritorum iudicio nobis affirmatum ſit, ex huiuſmodi conceſſione noſtra nullum præiudicium, neque iniuriam aliquam fieri poſſe vel Cameræ noſtræ, vel cuicunque alteri; Nos prænominatorum DD. Baptiſtæ, Galeatij, & fratrum ſupplicantium commodis, & beneficijs inclinati, ob familiæ, & ſanguinis eorum nobilitatem, quo nobiſcum iunguntur, & ob ſingularia eorum, & præſertim ipſorum D. Baptiſtæ, & Galeaz Conſiliariorum noſtrorum prudentiæ, & candidiſſimæ ergà nos, & res noſtras fidei merita, quorum cauſa maioribus eos beneficijs proſequi cuperemus, vbi ſe nobis aliqua offerret occaſio. Tenore præſentium ex certa ſcientia, & de poteſtatis noſtræ plenitudine, & omnibus aliàs melioribus modo, via, iure, cauſa, & forma, quibus magis meliùs, & validiùs poſſumus, accedente auctoritate, & conſenſu Illuſtriſſimi D. Ludouici Mariæ Sfortiæ Vicecomitis Ducis Barq; &c. Patrui, Curatoris, Locumtenentis, Adminiſtratoris, & Capitanei Generalis noſtri cariſſimi prænominatis DD. Baptiſtæ, Galeaz, Antonio, Princiuallo, & Theobaldo Vicecomitibus, pro ſe ſe, eorumq; hæredibus, & ſucceſſoribus, & quibus dederint, diſpenſamus, ac plenum ius, & arbitrium, ac poteſtatem concedimus deriuandi quatuor rodiginos aquæ de prædicto flumine noſtro Ticino; videlicet præfato D. Baptiſtæ pro medietate, & pro reliqua alia medietate præfato D. Galeaz, & fratribus eius, quandocunque, & vbicunq; meliùs ipſis videbitur inter loca Somæ, & Caſtrinouate, ad irrigationem prædictorum locorum, & ad vſum molendinorum, quæ ædificaturi ſunt cum arbitrio, & omnimoda facultate vtendi, diſponendi, & alienandi quocunq; alienationis titulo, inter ſe, & etiam alijs, prout eis videbitur, & placuerit; ponentes eos, & vnumquemque eorum pro portionibus prædictis, in noſtrum, & Cameræ noſtræ locum, quoad extrahendam prædictam aquæ quantitatem, & etiam poſtquam extracta fuerit, & hæc omnia liberè, & impune, aliquibus decretis, & ordinibus, prouiſionibus, & prohibitionibus quibuſcunq; obſtantibus non attentis, etiam ſi talia forent, quæ ſpeciali derogatione indigerent, & maximè decreto edito de anno 1490. die 27. Martij, quòd incipit: Solebant Maiores noſtri; & non obſtante

decla-

declaratione, ſeu interpretatione ipſius decreti facta de dicto anno 1490. die 13. Nouembris, quæ incipit: Modò autem pro amplioris mentis, & intentionis noſtræ declaratione, quibus in hac parte dumtaxat derogamus; adiecta tamen ea conditione, quòd eiuſmodi aquæ reuertantur in eundem fluuium Ticinum, ſicuti ipſi Supplicantes ſe facturos obtulerunt. In quorum teſtimonium præſentes fieri, & regiſtrari iuſſimus, noſtriq; ſigilli impreſſione muniri. Dat. Papiæ die octauo Iunij 1493.

Signat. B. Chaletius, & ſigillat. &c.

A tergo Regiſtrata.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus.

69.

Anno 1644. COoptatio Marchionis Caroli Vicecomitis nunc Regij Senatoris in hunc Nobiliſſimum, & Venerandum Collegium Iuriſperitorum Mediolani facta anno 1644. die 16. Martij, & exiſtens penes Cancellarium dicti Collegij.

70.

Anno 1494. IN nomine Domini Amen, Anno Domini milleſimo quadrigenteſimo nonageſimo quarto, duodecima Indictione, die octaua decima menſis Auguſti. Regnantibus Sereniſſimo D.D. noſtro Alphonſo Dei gratia Aragonum, Siciliæ, Hieruſalem, & Vngariæ Inclyto Rege, ſuorum Regnorum eius anno primo feliciter Amen, apud Burgum Cellarum in domo infraſcripti Iudicis annalis. Nos Angelus qu. Ioannis Antonij Solli de Cellis annalis Iudex dicti Caſtri literati ad contractus. Ego Gulielmus qu. Magiſtri Ioannis de Cellis publicus Regia auctoritate Notarius per totum Regnum Siciliȩ, & teſtes ſubſcripti ad hoc ſpecialiter vocati, habiti, requiſiti, & rogati; Videlicet Magnificus D. Degus, Magnificus D. Guido, Magnificus Vir D. Philippus de Gallarano, Magnificus Vir D. Berardinus Denticis de Neapoli, D. Bartholomæus Bidal, Thomas de Florentia, & Andreas Salati, præſenti publico ſcripto declaramus, ac notum facimus, & teſtamur, quòd D. Theobaldus BisComes de Mediolano ſanus per gratiam Ieſu Chriſti mente, & ſenſu, ſed languens corpore, timenſq; periculum mortis, quia nil certiùs morte, & nil incertiùs puncto mortis, nolens inteſtatus decedere ſuarum rerum, & bonorum omnium diſpoſitionem per præſens, & nuncupatiuum Teſtamentum, quod dicitur de iure ciuili ſine ſcriptis, in hunc infraſcriptum modum facere procurauit. In primis quidem reliquit corpus ſuum ſepeliendum, & ſepeliri debere in Eccleſia Nunciatæ de Neapoli.

Item reliquit pro anima, & ſuorum peccatorum remiſſione ducat. mille nunciat. de Cartulinis, & diſtribuantur, & diſpenſentur, prout meliùs videbitur, & placebit Sacræ Regiæ Maieſtati Alphonſi Regis, ac etiam Magiſtris, & Procuratoribus dictæ Nunciatæ; videlicet, vt diſtribuantur, & diſpenſentur in quinque annis proximè venturis.

Item vltra mille ducatos reliquit, vt pro eius anima celebrentur ducentum Miſſæ, videlicet centum in Eccleſia S. Mariæ Nouæ de Neapoli, & centum in Eccleſia S. Crucis de Ciuitate Neapoli.

Item ſimili modo reliquit pro eius anima vnam catenam auream valoris ducentorum ducatorum, vel circa, vt ipſe Teſtator aſſerit, diſpenſetur, & venda-

Digitized by Google

tur, prout meliùs placebit, & videbitur Reu. Patri Eleemoſinario D. Regis Magnifico D. Diego, Magnifico D. Guidoni, & Magnifico D. Philippo Gallerato.

Item reliquit iure legati Franciſco eius Germano, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum ſuper omnibus bonis ſuis annuatim, & per quemlibet annum ducatos triginta de Cartulinis Regni.

Item reliquit iure legati famulis, & ſeruitoribus ſuis, qui ſunt domi, omnes eius veſtes pandilanæ, & etiam equas, & mulas ſuas, & arma eius, vt præfata bona diuidantur, & diſpenſentur ad libitum, & voluntatem Magnifici D. Diegi, Magnifici D. Guidonis, & Magnifici D. Philippi Gallerati, prout meliùs videbitur, & placebit, reſeruatis equis Regijs, quos D. Rex olim ei donauit, quos in arbitrio Regis ſeruauit, & poſuit.

Item voluit, & reliquit dictus Teſtator, vt ſoluatur merces, & ſtipendium famulis, & ſeruitoribus ſuis, pro eorum labore, pro tempore quo fuerunt ad eius ſeruitia, & non fuerunt ſoluti, & remunerati pro eorum labore, & ſeruitijs.

Item voluit dictus Teſtator, vt omnes mulieres, quæ ſunt domi ad eis ſeruitia, & ſimiliter eius famuli, & pueri, qui ſunt domi, induantur pannibus coloris nigri.

Et voluit, & reliquit dictus Teſtator, vt dos eius vxoris D. Catherinæ de Sancto Seuerino reficiatur, & reſtituatur ſuper omnibus bonis ſuis, videlicet nummis, auro, argento, & quibuſcunq; alijs, quam aſſeruit, & dixit fuiſſe trium millium ducatorum de Cartulinis.

Item reliquit præfatæ eius vxori D. Catherinæ iure legati, vel quouis alio modo meliùs de iure dici poteſt ante factum, ſecundùm formam Capitulorum, & Conſtitutionis Regni.

Item reliquit præfatæ eius vxori iure legati ducatos quingentos de Cartulinis, ac etiam omnia eius ornamenta tam de auro, tam de pannis ſericis, & inteſtis, videlicet panni di ſeta, & imbrocati, & alijs quibuſcunq; qui ſunt domi, & quę ornamenta, & panni ſerici, & inteſti reperiuntur, & ſunt domi, vel alibi.

Item inſtituit hæredem iure inſtitutionis eius legitimas, & naturales filias, videlicet ſupraſcriptam Violantam, & D. Lauram in ducatis duobus millibus de Carlinis pro qualibet ipſarum pro dote, & dotis nomine ipſarum filiarum, & iubet dictus Teſtator, vt præfatæ eius filiæ vllo vnquam tempore poſſint, & valeant ampliùs de ſuis bonis petere, & habere, & iubet in his duobus millibus ducatis de Cartulinis pro qualibet ipſarum eas eſſe tacitas, quietas, & contentas, & præfati duo millia ducati pro qualibet pro dote, & dotis nomine reliquit, & in prædictis eas hæredes inſtituit, & fecit, & hoc omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & meliùs de iure fieri poteſt, & debet; & caſu, vt præfatæ eius filiæ non venirent ad tempus maritagij, vel morirentur ſine legitimis, & naturalibus filijs, aut filiabus, Alphonſus eius legitimus, & naturalis filius in prædictis duobus millibus ducatis ſuccedat, & ſuccedere debeat in prædictis duobus millibus ducatis, quos reliquit dictus Teſtator pro qualibet ipſarum dotis nomine, vt ſupra. Et quoniam prædicta D. Catherina eius vxor eſt pręgnans, voluit dictus Teſtator, ſi pariet filium maſculum, vult eum ſuccedere in bonis ſuis pro rata parte, vt Alphonſus eius legitimus, & naturalis filius, quem in dicto Teſtamento ſuum vltimum, & vniuerſalem hæredem inſtituit, vt inferiùs apparebit. Item ſi pariet fœminam, & veniet ad maritum, præfatus Teſtator iure inſtitutionis inſtituit hæredem in duobus millibus ducatis pro dote, & dotis nomine, vt ſupra, alias duas inſtituit, & fecit, & vult, vt ampliùs de ſuis bonis petere, & habere, & iubet in

his

his eam poſthumam fortaſſe naſcituram eſſe tacitam, quietam, & contentam, & caſu, quo moriatur ſine legitimis, & naturalibus filijs, & filiabus, in prædictis duabus millibus ducatis ſuccedat, & ſuccedere habeat Alphonſus eius legitimus, & naturalis filius poſthumus, ſi fortè naſcatur, & oriatur.

Item voluit dictus Teſtator in hoc equidem ſuo Teſtamento, vt D. Catherina eius vxor, dum ſeruauerit viduitatem, & caſtitatem, dum erit domi, ſuper omnibus bonis ſuis ſit domina, & patrona, vſuaria, vſufructuaria, Tutrix, & Curatrix, & omnium ſuorum bonorum adminiſtratrix, quo vſq; vt eius filius veniet ad ætatem perfectam, & adultam, & hoc omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & meliùs de iure fieri poteſt, & debet inter alia, quæ diſpoſuit dictus Teſtator in dicto Teſtamento, reliquit, inſtituit, & fecit eius fideicommiſſarium, & executorem eius animæ, videlicet Sereniſſimum Principem Alphonſum Secundum Regem, quem voluit dictus Teſtator, vt poſſit, & valeat ad eius libitum, & voluntatem diſponere, & facere, vſq, quòd ſuum Teſtamentum ſit integrè ſatisfactum, & ad vnguem executum, & hoc intelligatur de omnibus, & ſingulis bonis, quæ ſunt in Ciuitate Neapolis, & in Regno.

In alijs autem bonis ſuis, quæ ſunt in Lombardia, ſuos Procuratores, Adminiſtratores, & Defenſores D. Antonium, D. Galeatium, D. Porcipallum, & D. Baptiſtam eius Germanos, & D. Petrum Gallaratum eius Patruum, & Zium inſtituit, fecit, & ordinauit, quibus dedit plenam, & omnimodam poteſtatem, & arbitrium de ſuis bonis omnibus, & ſingulis, quæ ſunt in Lombardia, adminiſtrare, procurare, & manutenere, & de omnibus, & ſingulis bonis, quæ ſunt in partibus Lombardiæ, quolibet anno, & annuatim præfatæ D. Catherinæ eius vxori debeant reddere, & reconſignare de præſcriptis bonis bonam, & iuſtam rationem ſine aliqua fraude, & dolo aliquo, & intelligatur hoc dum D. Catherina eius vxor honeſtè vixerit, & caſtitatem ſeruauerit.

In omnibus autem alijs bonis ſuis mobilibus, & ſtabilibus, iuribus, & actionibus, Alphonſum eius legitimum, & naturalem filium, ſeù poſthumum fortaſſe naſciturum, ſuos vltimos, & vniuerſales hæredes inſtituit, & fecit, & hanc ſuam vltimam voluntatem aſſeruit eſſe velle, quam valere voluit iure teſtamenti, & ſi non valeret iure teſtamenti, ſaltem valeat iure Codicillorum, vel cuiuslibet alterius, & vltimæ voluntatis, qua melius valere, & tenere poteſt, & hoc omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & meliùs de iure fieri poteſt, & debet; vndè ad futuram memoriam prædictorum, & omnium, quorum intereſt, & in futurum poterit quomodolibet intereſſe, certitudinem, & cautelam de prædictis indè factum eſt per manus mei Notarij Gulielmi præfati præſens exindè publicum Inſtrumentum, nec non ſcriptum, & ſignis ſupraſcriptorum Iudicis, & Teſtium roboratum, quod ſcripſi, & publicaui rogatus. Ego qui ſupra Dei gratia publicus Regia auctoritate Notarius, & meum conſuetum ſignum appoſui. Ego Angelus, qui ſupra Iudex, prædicta teſtor, & ſigno &c. Ego Philippus Gallaratus, qui ſupra Teſtis, præfatus teſtor, & ſigno &c. ✠ Signum Crucis propriæ manus Andreæ, qui ſupra Teſtis illiteratus &c. ✠ Signum Crucis propriæ manus Thomæ, qui ſupra Teſtis illiteratus &c.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus inferiùs poſito. Extracta eſt præſens copia Teſtamenti à ſuo Originali in carta de pergameno ſcripto, prout iacet de verbo ad verbum, non vitiato, non cancellato, nec in aliqua ſui parte ſuſpecto, ſed omni prorsùs vitio, & ſuſpicione caren. Et in fidem, & teſtimonium præmiſſorum ego Notarius Dominicus Comrote de Neapoli me ſubſcripſi, ſignumq; meum appoſui conſuetum, quo in ſcripturis publicis vtor, ſalua ſemper meliori collatione à ſuo Originali &c.

71.

Anno 1533. IN nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti Amen, Anno à Natiuitate ipſius milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio, Regnantibus Potentiſſimo Carolo V. Diuina fauente clementia Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, & Ioanna de Aragonia Dei gratia Regina, eodemq; Carolo eius filio primogenito Regibus Caſtellæ, Aragonum, vtriuſque Siciliæ citrà, & vltrà Farum, Hieruſalemq; &c. Regnorum verò eorum in hoc Siciliæ citrà Farum &c. Regno, & Hieruſalem anno decimo octauo, Imperij verò tertio Seliarum Amen, die vndecimo menſis Februarij proximè præteriti Neapoli. Nos Franciſcus Pilegius de Neapolitano Regno, ad vitam, ad contenta Iudex Hippolytus de Sguelatijs de eadem Ciuitate Neapolitana publicus vbilibet per totum hoc Regnum Siciliæ citrà Farum R.ᵉ, & Regnantibus Notarius, & teſtes ſubſcripti, ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati, præſenti ſcripto publico declaramus, notum facimus, & teſtamur, quòd præterito, die ad preces, & requiſitionis inſtantiam nobis præfatis Iudici, Notario, & infraſcriptis teſtibus factã, pro parte Magnificæ D. Catherinæ de S. Seuerino de Neapoli D. Viduæ relictæ Conſortis qu. Magnifici D. Tibaldi de Vicecomite Mediolanenſis, nos perſonaliter acceſſimus ad quaſdam domos Magnifici Iacobi Renti de Neapoli ſitas, & poſitas in hac Ciuitate Neapoli in platea S. Suffiæ propè plateam S. Ioannis ad Carbonetum Regionis ſolit. ſedilis Capuanæ iuxtà duas vias publicas, iuxtà bona Magnifici Hieronymi Pelegrini de Neapoli, & alter confines, & dum eſſemus ibidem, inuenimus in vna camera ipſarum domorum ſupraſcriptam D. Catherinam in quadam ſedia ſedentem infirmam corpore, ſana tamen mente, & in recta ſui locutione, & memoria pariter exigentem, quæ quidem D. Catherina conſiderans ſtatum fragilem, & caducum humanæ naturæ, & quòd nihil eſt cettiùs morte, & nil incertiùs hora eius, timens ne, quòd abſit, decederet inteſtata; propterea hoc præſens ſuum vltimum Inſtrumentum in ſcriptis nuncupatiuum condidit Teſtamentum, & quidem dignum duxit; quod quidem Teſtamentum, ſeu eius vltimam voluntatem valere voluit, & mandauit iure teſtamenti, & ſi iure teſtamenti ſortiri non valeret, ſeu non valebit, ſaltem valere voluit, & mandauit iure codicillorum, ſeu iure legati, aut donationis cauſa mortis, diſtributionis epiſtolæ, vel iure cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis, prout meliùs, & de iure valere poteſt, & debet, & valere poterit, & debebit, debitamq; efficaciam obtinere; ita quod in omnem euentum, & caſum, & in omni ſucceſſu ipſius præſens Teſtamentum, & contenta in eo realiter exequatur, ac executioni debitæ demandetur iuxtà voluntatem, ordinationem, & mentem Teſtatricis eiuſdem; caſſans, irritans, & annullans præfata D. Teſtatrix, ex certa eius ſcientia, voluntariè, legitimè, & expreſsè omnia, & quæcunq; alia Teſtamenta, Codicillos, & quamlibet aliam eius vltimam voluntatem hucuſq; per eam condita, ordinata, & facta ſub quacunq; verborum ſerie, ſiue forma; & voluit, quòd hæc ſit ſua vltima voluntas, & quilibet ſibi quocunque iure ſuccedens, ſiuè ex præſentis Teſtamenti vigore, ſiuè ab inteſtato, ſeu quocunque alio modo ipſum teneatur, & debeat obſeruare, & efficaciter adimplere, & quòd non poſſit de legatis, & contentis in præſenti Teſtamento aliquid detrahere, ſeù defalcare iure naturæ, ratione fa.cidiæ, ſeu Trebellianicæ, aut pro debito bonorum ſubſidio, ſeù iure, cauſa, & modo quocunqne, vt ſupra; & voluit, & mandauit dicta D. Teſtatrix, quòd hæc ſit ſua vltima voluntas, vt ſupra. In primis, & perche

perche lo fine d'ogni bon Chriſtiano ſi forzaſſe render l'anima al noſtro Signore Iddio, come motore del tutto, è raccomandarcela, ancorche in tutte l'attioni ſue ſempre habbian mirato in queſto fine, in queſto vltimo, che ſe dubita della vita ſua, genibus flexis, quanto può la ricomanda al noſtro Signor Dio, & ad ſua Glorioſiſſima Madre, & effuſis lagrimis li prega, che per la infinita miſericordia loro li piaccia raccoglierla nel Paradiſo, & remetterli tutti li peccati ſuoi, e quando à noſtro Signore parerà, che paſſa dalla preſente vita, laſcia il corpo ſuo ſia ſepelito in la Venerabile Eccleſia, & Hoſpitale di S. Maria della Nonciata de queſta Città de Napoli, con l'habito, ſeù veſtimento bianco de detto Hoſpitale. Item, perche lo capo, & principio di qualſiuoglia Teſtamento es la inſtitutione dell' herede, ſenza la quale de iuris cenſura Teſtamentum dicitur eſſe nullum, per queſto la prefata Signora Catterina Teſtatrice inſtituiſſe, ordina, & fà ſuoi heredi vniuerſali ſopra tutti, & qual ſi vogliano beni, ſij mobili, & ſtabili, & feudali, dote, & tutte ſue ragioni dotali, crediti, e nome de debitori, oro, argento, & altri beni, ſij douunca ſiti, & poſti, & in qualſiuolia logo conſiſtano poter dalli infraſcritti legati, & fidecommiſſi lo Venerabile Hoſpitale di S. Spirito de Milano, e lo Magnifico Alfonſo Viſconte de Milano ſuo filio legitimo, & naturale, vlz ognuno de ipſi per la integra metà; e più inſtituiſſe, ordina, & fà ſuo herede particolare, in legitima tantùm, & quòd non poſſit plus petere de ſupraſcriptis ſuis bonis, lo Magnifico Sig. Ceſare Viſconte ſimiliter ſuo filio legitimo, & naturale, ex vltimo hoc li laſcia al ſopraſcritto Sig. Ceſare ducati cento cinquanta de moneta per lo filial amore dice portare al detto Sig. Ceſare; con declaratione eſpreſſa, che tanto la ſopraſcritta legitima, & legato de ducati cento cinquanta laſciati al detto Sig. Ceſare, quanto li infraſcritti legati, & fideicommiſſi ſe debbano pagare, & ſodisfare per la ſopraſcritta Eccleſia, & Hoſpitale di S Spirito de Milano à conto della parte, & portione, che tocca al detto Hoſpitale di S. Spirito tantùm, & non della parte del detto Sig. Alfonſo, ita che lo detto Sig. Alfonſo habbia, & debba hauere la integra metà de dicta ſua heredità, & beni, ſenza peſo, & carico neſſuno. Item la prefata Signora Teſtatrice laſcia alla ſupraſcritta Eccleſia, & Hoſpitale della Nonciata de Napoli ducati cento cinquanta de Carlini. Verùm lo peſo, & carico del ſuo ſepelire con lo dicto habito, & altre honeſte pompe exequiali ſia, e ſe debba fare per dicta Eccleſia, & Hoſpitale, & ad ſue proprie ſpeſe. Item laſcia la ſopraſcritta Signora Teſtatrice al Magnifico Sig. Polidoro Viſconte ſuo Nepote, & filiolo del ſopraſcritto Sig. Alfonſo ducati quattrocento de moneta, sì per cauſa del vincolo di conſanguineità, che s'è trà di loro, come ancora per molti vtili fruttuoſi, & accepti ſeruitij, che dice dicta Signora Teſtatrice hauer riceuuti, & hauuti da eſſo Sig. Polidoro, congruo, & opportuno tempore. Item la preſcritta Signora Teſtatrice laſcia alle RR. Sorelle Loyſa Sanſeuerina, & Sor Agneſe S. Seuerina ſue Sorelle conſobrine Monache in lo Venerando Monaſtero de S. Maria Dopna Romita de Neapoli ducati venticinque de moneta, vlz. à ciaſcuna d'eſſe la integra mità, & le prega, & le ſupplica vogliano pregare Dio per ſua anima. Item eſſa Signora Teſtatrice laſcia al Magnifico Cola Franceſco de Seniſe ducati cinquanta, & ſono quelli, che per eſſa Signora Teſtatrice al prefato Sig. Cola Franceſco ſe deuono ad complimento della dote olim promiſſæ per eſſa al prefato Sig. Cola Franceſco contemplatione matrimonij contracti trà eſſo, e la Magnifica Margarita Solomana de Neapoli al preſente ſua Conſorte. Item laſcia più alla preſcritta Madonna Margarila Solomana ducati vinti de moneta, quali dice la prefata Signora

 Te-

Teſtatrice la dicta Margarita li tempi paſſati hauerli preſtati gratioſamente, & più li laſcia altri ſei ducati per tanti boni ſeruitij, che dice hauer riceuuti da detta Madonna Margarita. Item laſcia la preſcritta Signora Teſtatrice à Landomia Canſa de Salerno ſua Creata onzie ſette de Carlini, incluſe in eſſe onzie, cinque, e mezza olim per Su Signoria promeſſe ad eſſa Landomia, & ad ſuo Padre per ſuo maritaggio, ſecundo appare per contracto fatto per mano di publico Notaro, e lo reſtante al complemento de dette onzie ſette elemoſinaliter, & pro boni ſeruitij, vltrà il debito, che dice hauer riceputi da eſſa, & più li laſſa ancora vn matarazzo, & vna coperta de letto de quelli ſe troueranno in ſua caſa doppo ſua morte. Item laſſa la prefata Signora Teſtatrice, & vole, che ſiano dati à Geſſonina Paſſara de Laura ducati ſepte de moneta, per mercè, & ſalario de ſoi ſeruitij per tutto il tempo, che l'haue ſeruita per ſino à queſto dì, & più li laſſa elemoſinaliter vn matarazzo de quelli doue al preſente dorme eſſa Geſſonina. Item laſſa alla ſopraſcritta Eccleſia della Nonciata de Napoli onzie quattro de moneta, & ſono per la mercè, & ſalario delli ſeruitij preſtiti à Sua Signoria per Adicana expoſita de dicta Eccleſia. Item laſſa la preſcritta Signora Teſtatrice al Sig. Rodouico de Pignaloſa ducati cinquanta de Carline, & ſono ad complemento de ducati cento, quali Su Signoria li plegio al il Sig qu. Marcheſe de Polignano ad inſtanza de eſſa Teſtatrice como li reſtati ducati cinquanta al complemento lo preſcritto Sig. Rodorico Pignoloſa ſe li haue excomputati, & fati boni alla prefata Signora Teſtatrice in lo legato facto ad eſſa per la qu. Magnifica Signora Diana de Sanſeuerino ſua ſorella, vtrinque computata, in vltimo de ſua vita. Item vole eſſa Signora Teſtatrice, che ſiano dati alli heredi della quon. Antonella de Altanizza olim ſua ſeruitrice ducati quattro, & Carlini quattro per ſalario, & premio de ſuoi ſeruitij preſtiti ad eſſa Signora. Item laſſa più la Signora Teſtatrice ad Dianora de Venoſa altri ducati quattro, & Carlini quattro per mercè, & ſalario de ſuoi ſeruitij preſtati ad eſſa Signora Teſtatrice. Item laſſa più la prefata Signora Teſtatrice alli heredi del quon. Maeſtro Dominico Correttore dell'Hoſpitaletto per reſto de fatture de veſtimenti vn ducato de moneta. Item la preſcritta Signora Teſtatrice laſſa al prefato Sig. Polidoro ſuo Nepote tutti li altri reſtanti beni, mobili, & ſuppellectili de caſa, che ſe troueranno doppo ſua morte. Item declara eſſa Signora Teſtatrice deuere conſeguire, raccogliere, & hauere dalli ſopraſcritti Sig. Alfonſo, & Sig. Ceſare ſuoi figlioli do milla de Carlini, & ſono per lo interuſurio, & vſufructo delle ſue dote de ducati trè milla antefatto de ducati mille, e cinquecento, & vn legato de ducati ad eſſa Signora Teſtatrice laſciati per lo detto qu. Sig. Tibaldo ſuo marito aſcendente alla ſomma de ducati cinque milla, vlz. per anni dieci paſſati, ſecondo lo accordio, & cōuentione hauuta trà eſſa Signora Teſtatrice, & detto Sig. Alfonſo, & Sig. Ceſare ſoi figlioli à ragione de ducati ducento per anno, vole eſſa Signora Teſtatrice, che della mità de dicti ducati do milla, che tocca al detto Hoſpitale di S. Spirito ſe habbiano à ſatisfare i legati ſopraſcritti, & ſe mancaſſe in alcuna coſa vole ſe ſatisfaciano de trecento ducati, che eſſa Signora Teſtatrice può diſponere, e laſſare, de decem vnam, de ſua dote, ſecondo la coſtumanza de Napoli, de li quali ex nunc ne diſpone, & vole ſe conuertano in ſatisfactione de dicti legati, nec aliter, nec alio modo. Item, che dicto Sig. Alfonſo non ſia tenuto contribuire ad ſatisfactare dicti legati in coſa alcuna; & demùm, & vltimo la prefata Signora Teſtatrice laſſa, & fà ſuoi Executarij diſtributarij, & penitus ſatisfacturi de tutto quello che ſe contene in lo preſente ſuo Teſtamento, & vltima vo-

Digitized by Google

volontà la ſopraſcritta Eccleſia, & Hoſpitale de S. Spirito di Milano, & la ſopraſcritta Eccleſia, & Hoſpitale di S. Maria della Nonciata de Napoli, alle quali, & à ciaſcun d'eſſe inſolidum dà, & concede plena, libera, & omnimoda poteſtà, che poſſano vendere, & alienare, conſeguire, raccogliere, & hauere tanto delli beni da eſſa Signora Teſtatrice per fin che al detto preſente ſuo Teſtamento, & legati, & legatarij, in ipſo contenti, al loro debito effecto ſijno demandati. Et voluit præſcripta D. Teſtatrix, quòd de dicto ſuo præſenti Teſtamento poſſint fieri per nos vnum, duo, & plura publica Inſtrumenta eadem continentia in effectu in ſubſtantia veritatis, & ſi de quolibet legato eſſet neceſſarium fieri publicum Inſtrumentum, quorum præſens Inſtrumentum exindè factum eſt ad cautelam ſupraſcripti Magnifici Polidoris, eiuſque hæredum, & ſucceſſorum &c. per manus mei Notarij ſupraſcripti ſigno meo ſolito ſignatum ſub nomen meum, cum ſigno Iudicis, & noſtrum ſubſcriptorum Teſtium ſubſcriptionibus roboratum, quod ſcripſi. Ego præfatus Hippolytus publicus vt ſupra Notarius, qui præmiſſis omnibus rogatus fui, ipſumq; meo ſolito, & conſueto ſigno ſignaui, ac abraſi ſuperiùs, & emendaui in vno loco, vbi legitur de ducatis trè milla antefacto de ducati mille, & cinquecento, & vno, & alio abraſi, vbi legitur de, quod quidem accidit non vitio, ſed ſcribendi errore.

Subſcript. Hippolytus ſubſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego ... Franciſcus Pilegius de Neapolitano Regno ad contenta Iudex ſubſcripſi &c.

Subſcript. cum quodam ſigno antepoſito. Ego Auguſtino de Londoriuo Teſtis ſum.

Subſcript. cum ſigno antepoſito. Paſſarellus Taurellus de Neap. Teſtis ſum.

Subſcript. Io. Coſonfaraudo de Neap. Teſtis ſum.

Subſcript. Ego Io: Antonio Saſſo de Neap. Teſtis ſum.

Subſcript. Præſentibus Iudice Franciſco Pilegio de Neap. ad contenta.

Nobili Auguſtino de lo Indiuino de Neap.

Nobili Petro Candido de Neap.

Nobili Io: Iacobo de Camera de Siuiſio.

Nob. Coſmo Furando de Neap.

Nob. Io: Antonio Saxo de Neap.

Nob. Angelo de Saulis de terra Vallate.

Nob. Euangeliſta de Seactillis de Neap.

Honorabili Paſcarello Taurella Aromatario, et Petro Iacobo de Viuo de Neap.

Subſcript. Alphonſus de Aragona de Picolominibus Dux Anial, Marchio Capiſtrani, Celaniq; Comes, Regius Conſiliarius, & Collateralis, ac Regni huius Siciliæ Magiſter Iuſtitiæ &c. & Reg. Mag. Cunctis Ciuitatis pateat, & ſit notum, qualiter ſupraſcriptum Hippolytum de Squilatijs de Neap., qui in præſenti Inſtrumento Teſtamenti ſe ſubſcripſit, & ſuo ſolito ſigno ſignauit, fuit, erat, & eſt authenticus, idoneus, & fidelis Notarius . . . . habitus fuit, & habetur . . . . . . ſuiſque ſcripturis, & inſtrumentis ab eódem authent. confectis in iudicio, & extra adhibita fuit, & adhibetur plena, & indubitata fides, has præſētes teſtimoniales literas ex prædict. fieri fecimus, iuuatas verò ſigillo Iuſtitiæ, quo in talibus . . . . . munitas. Dat. ſupraſcripta die viiij. Iulij 1534. Subſcript. Niger. Sembrius Scarapeus.

Digitized by Google

72.

Anno 1536. REperitur in Imbreuiaturis mei Notarij infraſcripti, inter alia, ſic fore ſcriptum, vt infrà vlz.

In nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto, Indictione nona, die Lunæ quarto decimo menſis Auguſti.

Poſt Inſtrumentum vnum Inueſtituræ temporalis factæ per infraſcriptum Ill. D. Cæſarem Vicecomitem infraſcripto Dominico de Vertemate de Beſnate, ibi tunc præſenti &c. de nonnullis bonis immobilibus, & pro certo ficto &c, & per modum, & formam, vt la tiùs in dicto Inſtrumento Inueſtituræ continetur, rogato per me Notarium infraſcriptum hac die paulò ante præſens Inſtrumentum.

Supraſcriptus Dominicus de Vertemate filius quon. Ioannis habitans in loco de Beſnate Plebis Gallarate Ducatus Mediolani.

Promiſit obligando ſe &c.

Pignori præfato Ill. D. Cæſari Vicecomiti filio qu. Ill. D. Thibaldi habitanti in Caſtro ſuo Somæ, ſito in Terra Somæ Capit. Plebis Ducatus Mediolani ibi præſenti &c.

Ita quod dictus Debitor.

Hinc ad annos quatuor proximè futuros.

Dabit &c. præfato D. Creditori &c.

Libras viginti Imperiales &c.

Cum omnibus expenſis &c.

Cauſa, & occaſione totidem librarum viginti Imperialium, ibidem præſentialiter etc. datarum etc. per præfatum D. Creditorem dicto Debitori &c. pro adiutorio maſſaritij etc. prout ibidem dictus Debitor, ad petitionem præfati D. Creditoris etc., dixit etc.

Renunciando etc.

Quæ omnia etc.

Pact. executiu. etc.

Et iurauit dictus Debitor habere ratum etc. et non contrauenire &c. ſub refectione etc.

Actum ſuper Palatio publico prædicti Caſtri ſit., vt ſupra, præſente Antonio de Vertemate, dicto de Biriuello, filio Petri habitante in Soma Pronotario &c.

Teſtes Chriſtophorus Antoniroli de Plantanidis filius Bernardini notus, Antonius de Sexona filius qu. Magiſtri Ambroſij, et Franciſcus, dictus el Franzoſo de Tornino filius qu. Perini, omnes habitantes in Soma, idonei, vocati &c.

Subſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito.

Ego Hieronymus Schianius filius qu. D. Petri Martyris habitans in Terra Somę, Capit. Plebis Ducatus Mediolani, publicus Imperiali, et Apoſtolica auctoritatibus Notarius Mediolanen., rogatus tradidi, et per reperitur extraxi, & pro fide ſcripſi, et me ſubſcripſi etc.

Digitized by Google

73.

Anno 1543.

REperitur in Imbreuiaturis mei Notarij infraſcripti ſic, vt infra, ſcriptum, vlz.

In nomine Domini, Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quingenteſimo quadrageſimo tertio, Indictione prima, die Veneris vigeſimo tertio menſis Februarij.

Magnificus D.Cæſar Vicecomes filius qu. Magnifici D.Thibaldi habitans in Caſtro Somæ, Capit. Plebis, Ducatus Mediolani.

Fuit contentus &c.

Recepiſſe &c.

A Nobili D. Blanca de Cagnolis filia qu Nobilis D. Ambroſij habitante in prædicto Caſtro, & Vxore præfati Magnifici D. Cæſaris, vt infra, ibi præſente &c. & quòd dedit &c.

Libras ſex mille Imperiales &c.

Et hoc pro dote, & conſultu, & nomine, & ex cauſa dotis, & conſultus præfatæ D. Blancæ Vxoris legitimæ, & deſponſatæ præfati Magnifici D. Cæſaris, ac matrimonio copulatæ præfato Magnifico D.Cæſari, prout conſtat Inſtrumento deſuper confecto, & rogato per me Notarium infraſcriptum die hodierna, & paulò ante præſens Inſtrumentum.

Quare præfatus Magnificus D.Cæſar promiſit obligando ſe &c. pignori præfatę D. Blancæ eius Vxori præſenti &c. & etiam mihi Notario infraſcripto perſonæ publicæ ſtipulanti &c. nomine &c. præfatæ D. Blancæ, & pro ea; Ita quòd adueniente caſu dictæ dotis petendæ, ſeu repetendæ, quem Deus auertat, quòd reddet &c. eidem D. Blancæ &c. dictam dotem, vlz. dictas libras ſex mille Imper. cum omnibus expenſis &c.

Renunciando &c.

Quæ omnia &c.

Et de prædictis &c. & ſi opus erit, extendatur ad dictamen Sapientis pro maiori Inſtrumenti conualidatione.

Actum in prædicto Caſtro in Sala in terra habitationis præfatorum DD. Iugalium, ſito in ea Terra Somæ, præſentibus Pronotarijs Hieronymo de Gnochis filio qu. D. Ioannis Mariæ, & Chriſtophoro de Pipanzio f. q. Iacobi, habitantibus ambobus in Burgo Gallarate Capit. Plebis Ducatus Mediolani, Mediolani Notarijs, & Pronotarijs, & ad præmiſſa ſpecialiter vocatis, & rogatis. Interfuerunt ibi Teſtes D. Ioannes Angelus de Mandello filius qu. D.Galeaz habitans in Arſago Capit. Plebis Ducatus Mediolani, Franciſcus de Martignonibus filius qu. Petri, & Chriſtophorus de Plantanidis filius qu. Bernardini, habitantes ambo in ea Terra Somæ, & omnes noti, idonei, & ad præmiſſa ſpecialiter vocati, & rogati.

Subſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito.

Ego Bernardinus de Bruſatoribus de Ferno f. q. D. Ambroſij, publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritatibus, ac Mediolani Notarius, habitans tempore rogitus, & nunc in eo Burgo Gallarate, ſupraſcriptum Inſtrumentum dotis rogatus tradidi, vt ſupra, ſcripſi, & pro fide præſens reperitur editum hoc die Mercurij 8. Decembris 1568., Indictione duodecima, ſigno Tabellionatus appoſito, ſubſcripſi &c.

Digitized by Google

74.

Anno 1557.

IN nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, Indictione quintadecima, die Lunæ quintodecimo menſis Martij. Illuſtris, & Magnificus D. Cæſar Vicecomes fil. qu. Ill., & Magnifici D. Tibaldi P. T. P. S. Euphemiæ intus Mediolani. Voluntariè, ſpontè, deliberatè, & ex certa animi ſcientia, & non per aliquem errorem iuris, nec facti ductus, & aliàs omnibus melioribus modo, iure, via, cauſa, & forma, quibus magis, & melius fieri potuit, & poteſt, fecit, & facit venditionem, & datum ad proprium liberam, francam, & abſolutam ab omni ficto, cenſu, conditione, præſtatione, ſeruitute, & onere alicui dandis, præſtandis, faciendis, ſeu etiam ſuſtinendis Ill., & Magnifico Senatori D. Dioniſio Brippio filio qu. Magnifici Equitis D. Franciſci, & Magnifico D. Sfortiæ de Brippio eius filio P. T. P. S. Firmi Mediolani præſentibus, ſtippulantibus, & recipientibus, ac ementibus cum expreſſa conuentione ſpecialis hippotecæ, & anterioritatis iurium, de qua infra. Nominatiuè de illa tanta parte directi dominij, & ciuilis poſſeſſionis, & ficti libellarij librarum octocentum viginti quinque Imperialium, quæ fiebant, & præſtabantur, & fieri, & præſtari debebant Magnifico, & Clariſſimo Iureconſulto D. Scipioni Simonettæ per præfatos Ill. DD. Patrem, & filium de Brippio ſuper nonnullis bonis ſitis in loco, & territorio de Payrana Plebis S. Iuliani Ducatus Mediolani omni anno, vigore Inſtrumenti Inueſtituræ libellariæ rogati per Sp. DD. Nicolaum Vincarcam, & Ludouicum Variſium Notarios Mediolani die ſextodecimo Martij anni MDLV. proximè præteriti, ſeu anno, & die in eo contentis, quantum capit ſumma librarum quinquecentum Imper. omni anno, & de quo nunc reſtant fieri, & præſtari præfato Magnifico D. Simonettæ ad computum librarum ducentum ſeptuaginta quinque Imper. in anno tantùm, attentá venditione de dicta tanta parte dicti directi, quantum capiunt dictæ libræ quinquecentum quinquaginta Imper. omni anno, paulò ante præſens Inſtrumentum facta per præfatum Magnificum D. Simonettam præfato Magnifico D. Cæſari Vicecomiti, de qua rogatum fuit Inſtrumentum per nos Notarios infraſcriptos. Item de iure dictas libras quinquecentum quinquaginta Imper. omni anno in ſe retinendi, & ampliùs non ſoluendi à modò in anteà; ità, & taliter, quòd dictum fictum libellarium dictarum librarum octocentum vigintiquinque Imper. ſit, & eſſe debeat pro dicta ſumma librarum quinque centum quinquaginta Imper. omni anno extinctum. Item de dictis bonis reſpectu directi dominij, & ciuilis poſſeſſionis ad ratam dictarum librarum quinquecentum quinquaginta Imper. Item de omnibus, & quibuſcunq; alijs iuribus, actionibus, & rationibus, axijs, acceſſijs, ingreſſibus, egreſſibus, & regreſſibus, vſibus, vijs, vtilitatibus, & commoditatibus dictis bonis, & iuribus, ac dicto directo, & ficto libellario, vt ſupra vendit. quoquomodo competentibus, pertinentibus, ſpectantibus, & adiacentibus, & quæ in futurum præfato Magnifico D. Venditori prædictorum cauſa, & occaſione competere, pertinere, & ſpectare, ac adiacere poſſent. Eo tenore, quòd de cætero præfatus Ill., & Magnificus D. Pater, & filius vt ſupra emptores, cum ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, & cui, vel quibus dederint, ſeu darent dicta bona, & iura, vt ſupra vendita, habeant, teneant, gaudeant, & poſſideant, & faciant, & diſponant, & facere, & diſponere poſſint, & valeant quicquid ſibi magis videbitur, & placuerit ſine præfati Magnifici D. Venditoris, eiuſq; hæredum,

&

& ſucceſſorum, cuiuslibetue alterius perſonæ contradictione. Cedendo, dando, atq; mandando, & ceſſit, dedit, atque mandauit, & cedit, dat, atque mandat præfatus Ill., & Magnificus D. Venditor præfatis Ill., & Magnificis DD. Emptoribus, & vtrique eorum præſentibus, ſtippulantibus, & recipientibus omnia iura ſua, omneſq; ſuas actiones, rationes, exceptiones, & replicationes, retentiones, vſus, & quaſcunque defenſiones vtiles, & directas, reales, & perſonales, mixtas, acceſſorias, atque hippotecarias, ac omnia alia iura eidem Magnifico D. Venditori quomodocunque, & qualitercunque, competentia, pertinentia, ſpectantia, & adiacentia, & competentes, pertinentes, ſpectantes, & adiacentes, & competitura, & competituras in, de, pro, & ſuper prædictis bonis, & iuribus, vt ſupra venditis, & eidem Magnifico D. Emptori pro eis, & eorum cauſa, & occaſione; & hoc contra, & aduerſùs datores ſuos, eorumq; datorum ſuorum, datores, & fideiuſſores, & quemlibet eorum inſolidum, & eorum, & cuiuslibet eorum inſolidum hæredes, res, bona, & iura, & detentores, poſſeſſores, & occupatores dictorum bonorum, rerum, & iurium, quæ ſunt, fuerunt, aut erunt in, de, pro, & ſuper dictis bonis, & iuribus vt ſupra venditis, & eorum cauſa, & occaſione. Et volens dictus Magnificus D. Venditor in præfatos Ill. DD. Emptores præſentes, ſtippulantes, & recipientes plenum dominium, plenamq; poſſeſſionem, vel quaſi prædictorum bonorum, & iurium ſuperiùs venditorum transferre, dare, deſerere, & derelinquere, conſtituit ſe tenere, & poſſidere, vel quaſi prædicta bona, & iura, vt ſupra vendita, nomine, & ad inſtantiam dicti D. Emptoris, & pro eo, donec, & vſque quo ipſi Magnifici DD. Emptores corporalem poſſeſſionem, & tenutam dictorum bonorum, & iurium, vt ſupra venditorum, acceperint, intrauerint, & apprehendiderint, quam ex nunc adipiſcendi, intrandi, & apprehendendi, apprehenſamq; perpetuò retinendi dictus Magnificus D. Venditor eiſdem Magnificis DD. Emptoribus præſentibus, ſtippulantibus, & recipientibus, & cuilibet eorum legitimo nuncio, & procuratori pro eis, & eorum nomine, ſuiſq; proprijs authoritatibus, & cum authoritate etiam iudiciaria, & ſiue, & prout maluerint, plenam, & omnimodam dedit, tribuit, & conceſſit, & dat, tribuit, & concedit licentiam, poteſtatem, & bayliam. Cui dominio, & poſſeſſioni, ſeu quaſi illicò, & confeſtim dictus D. Venditor renunciauit, & renunciat, & ſe abſentem exindè fecit, & facit, & in ipſos Magnificos DD. Emptores ibi præſentes, ſtippulantes, & recipientes, & vtrumq; eorum tranſtulit, deſeruit, & dereliquit, & transfert, deſerit, & derelinquit. Conſtituen. ipſos Magnificos DD. Emptores præſentes, ſtippulantes, & recipientes miſſos, & procuratores in rem ſuam, ac eos ponendo, poſuit, & dimiſit, & ponit, & dimittit in eius Magnifici D. Venditoris locum, ius, & ſtatum in, de, pro, & ſuper prædictis bonis, & iuribus ſuperiùs vēditis; ita vt per omnia, modiſq; omnibus in ipſius Magnifici D. Venditoris locum, ius, & ſtatum ſint, & ſuccedant, & eſſe, & ſuccedere debeant ipſi Magnifici DD Emptores, & vterque eorum cum ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, & poſſint præfati Magnifici DD. Emptores, & vt ſupra, omnibus iuribus, actionibus, & retentionibus vti, ac ſe tueri, & defendere, omneq; ſuum ius exercere vtiliter, viriliter, & directè, ac realiter, perſonaliter, & mixtim, modiſq; omnibus quibus, & prout dictus Magnificus D. Venditor hactenus, & ante hanc præſentem venditionem facere poterat, & potuiſſet, ac poſſet, ſi præſens venditionis Inſtrumentum factum non eſſet. Volens dictus Magnificus D. Venditor dictos Magnificos DD. Emptores eius miniſterio veros facere poſſeſſores, & dominos. Quarè dictus Magnificus D. Venditor promiſit, & promittit, ac vadiam dedit,

 &

& dat, obligando proindè ſe, & omnia bona ſua, res, & iura, mobilia, & immobilia præſentia, & futura, & etiam ſuppellectilia domus, & eá omnia, quæ aliàs veriſimiliter de iure non cadunt, nec veniunt, ſeu non comprehenduntur in obligatione generali, præſentia, & futura pignori dictis Magnificis DD. Emptoribus ibi præſentibus, ſtippulantibus, & recipientibus, eorumq; hæredibus, & ſucceſſoribus, & cui, vel quibus dederint, ſeu darent, defendet, guarentabit, disbrigabit, authorizabit, & libera tradet, & conſeruabit, ac exonerabit prædicta bona, & iura, vt ſupra vendita omni tempore, & vbique ab omnibus, & ſingulis perſona, & perſonis, Communi, Collegio, Capitulo, Conſortio, Corpore, & Vniuerſitate, & ab omni, & qualibet hippoteca, & obligatione, & ab omni, & quolibet alio iure pro ſuo dato, & facto tantùm. Quod datum, & factum intelligatur tantùm, & ſolummodò iſtud; videlicet, quòd ipſe Magnificus Venditor de dictis bonis, & iuribus, vt ſupra venditis, nec aliqua eorum parte non fecit, nec de cætero faciet alicui in toto, nec in parte datum, venditionem, donationem, obligationem, finem, confeſſionem, liberationem, iuris ceſſionem, tranſactionem, nec alienationem, nec aliquid aliud in præiuditium præſentis venditionis, & contentorum in ea. Et quòd tunc, & eis caſibus, & quolibet eorum teneatur, & obligatus ſit ipſe Magnificus D. Venditor præfatis Magnificis DD. Emptoribus. Et quòd aliter, nec alio modo ipſe Magnificus D. Venditor non teneatur, nec obligatus ſit ipſis Magnificis DD. Emptoribus ad aliquid aliud, niſi in caſibus ſupraſcriptis, nec ad defenſionem prædictorum bonorum, & iurium ſuperiùs venditorum, nec ad pretij reſtitutionem in toto, nec pro parte. Et hæc omnibus ſuis proprijs expenſis, damnis, & intereſſe, & ſine damnis, expenſis, aut intereſſe dictorum Emptorum. Et quòd etiam liberabit, exonerabit, & indemnes præſtabit, & conſeruabit ſupràſcriptos Magnificos DD. Emptores, eorumq; hæredes, & ſucceſſores ab omnibus, & ſingulis taleis, mutuis, extimis, ſuperextimis, focularibus, taxis, conditijs, & alijs quibuſcunq; oneribus, & exactionibus realibus, perſonalibus, atq; mixtis factis, & impoſitis, ſeu quæ de cætero fierent, & imponerentur per Dominum, ſeu Commune Mediolani, ſeu aliam Vniuerſitatem, vel ſingularem perſonam inde virtutem habentem in, de, pro, & ſuper dictis bonis, & iuribus, vt ſupra venditis, ſeu aliqua eorum parte, cauſa, vel facto præfati Magnifici D. Venditoris tantùm, & non vltrà. Et quòd præſens Inſtrumentum, & omnia, & ſingula in eo contenta, ſemper, & omni tempore ratum, gratum, & firmum, & rata, grata, & firma habebit, & tenebit, ac attendet, & obſeruabit, adimplebitque, & executioni demandabit, & nullo tempore contrafaciet, nec veniet aliqua ratione, nec cauſa, de iure, nec de facto, per ſe, nec per ſubmiſſam perſonam, directè, nec per indirectum, in iudicio, nec extrà. Et hæc omnia, & ſingula faciet ipſe D. Venditor ſuis proprijs expenſis, damnis, & intereſſe, & ſine vllis expenſis, damnis, & intereſſe præfatorum Magnificorum DD. Emptorum, ſuorumq; hæredum, & ſucceſſorum. Et quòd reddet, & reſtituet eidem Magnificis DD. Emptoribus, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus, vt ſupra, omnes expenſas, omniaq; damna, & intereſſe litis, & extrà, quas, & quæ præfati Magnifici DD. Emptores, ſuiq; hæredes, & vt ſupra, proinde facient, & patientur, aut ſuſtinebunt in iudicio, & extrà. Quam quidem venditionem, & quod datum, & prædicta omnia, & ſingula fecit, & facit præfatus Ill., & Magnificus D. Cæſar Vicecomes venditor, vt ſupra, præfatis Ill., & Magnificis DD. Patri, & Filio de Brippio præſentibus, ſtippulantibus, & recipientibus, ac ementibus vt ſupra pro pretio, & mercato inter eos conuento, & firmato in ſumma librarum vndecim

mil-

millium Imper. bonæ monetæ Mediolani currentis. Et hoc in ſolutum,& pro completa ſolutione, & integra ſatisfactione illarum librarum vndecim mille Imperialium, quæ ſolui debebant per præfatum Ill., & Magnificum D. Cæſarem præfatis Ill., & Magnificis DD. Patri, & filio de Brippio in feſto Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti proximè præterito, occaſione promiſſionis dotis Magnificæ D. Iuliæ Vicecomitis filiæ præfati Magnifici D. Cæſaris, & vxoris præfati Magnifici D. Sfortiæ, vigore Inſtrumenti rogati per Sp. D. Ludouicum Lomatium Mediolani Notarium die nono menſis Iunij proximè præteriti. Et quoniam ex pecunia promiſſa pro ſatisfactione dictæ obligationis contractæ ex cauſa dotis præfatæ Magnificæ D. Iuliæ aquiſitum fuit dictum directum per præfatum Ill. D. Cæſarem, quod per præſentem dationem in ſolutum extinctum fuit, volunt, & intendunt dictæ partes, & ita conueniunt præfati DD. Cæſar, Dioniſius, & Sfortia mutua ſtippulatione interueniente, quòd dicta bona, quæ virtute præſentis contractus fient pleni iuris dicti D.Dioniſij, remaneant, & ſint ſpecialiter hippotecata pro dote dictæ D. Iuliæ, & in eis ipſa D. Iulia, ſuiq; hæredes, & ſucceſſores illud ius, & priuilegium anterioritatis contra omnes poſteriores contractus ab eo tempore, quo data fueruut dicto D. Scipioni, quod habebat dictus D. Scipio; ita vt quo ad ſupraſcripta ſuccedat D. Iulia,& ſui,vt ſupra, in omnibus iuribus dicti D. Scipionis, quo ad ius, & priuilegium anterioritatis. Quæ præfata Magnifica D. pro cautione eius dotis ceſſit ad extinctionem dicti directi dictæ ſummæ librarum vndecim millium habeat omnia iura, ac priuilegia anterioritatis, quam habent, & conſequuntur illi, quorum pecunia, vt ſupra cederetur. Renunciando, renunciauerunt, & renunciant dicti omnes Contrahentes exceptioni non facti, & non celebrati huiuſmodi Inſtrumenti venditionis, et dati in ſolutum, ſic,& taliter vt ſupra, & prædictorum, & infradictorum omnium, & ſingulorum non ita, & taliter actorum,& factorum, omniq; probationi, & defenſioni in contrarium. Item renunciando, renunciauit, & renunciat præfatus Magnificus D. Venditor exceptioni, quòd non poſſit vllo vnquam tempore dicere, opponere, nec allegare ſe fore, fuiſſe, aut eſſe deceptum, aut læſum in dimidia, nec vltra dimidiam veri, & iuſti pretij, & valoris pretio, & valore ſupraſcripto; & ſi,& in caſu, quo dicta bona,& iura,vt ſupra vendita, eſſent, aut vllo vnquam futuro tempore reperirentur fore, & eſſe meliora, & pluris, & maioris pretij,& valoris pretio, & valore ſupraſcripto, ex nunc ipſe Ill., & Magnificus D. Emptor voluntariè, ſpontè, deliberatè,& ex certa animi ſcientia, & non per aliquem errorem iuris, nec facti ductus, certificatus priùs, vt dixit, de vero pretio, & valore ſupraſcriptorum bonorum, et iurium vt ſupra venditorum titulo, et ex cauſa donationis, tranſactionis, et amicabilis compoſitionis, et concordij, et aliàs omnibus modo, iure, via, cauſa, et forma, quibus magis, et meliùs potuit, et poteſt, et fieri, et valere poteſt, et poterit; ita quòd vno modo, et vna via alteri non derogetur, nec è contra, fecit, & facit eidem D. Emptori præſenti,ſtippulanti,& recipienti finem,confeſſionem, liberationem, quietationem,& pactum perpetuum de vlteriùs non petendo, nec agendo, & totius ipſius Magnifici D. Venditoris iuris remiſſionem de eo pluri,& ſuperfluo valore,& pretio ad quamcumq; ſummam aſcendat,& aſcendere contingat. Item renunciando,vt ſupra,beneficio legis 2.C. de reſcinden. venditio. & l. ſi quis cum aliter ff. de verbo. obligatio., & omni alij iuri, & auxilio vſus, & legis iuris, & facti, quo, ſeu quibus meliùs ſe tueri, vel iuuare poſſet quomodolibet in futurum. Quæ omnia, & ſingula ſupraſcripta fecit, & facit præfatus Ill., & Magnificus D. Venditor, ita quòd ſi pro

Digitized by Google

prædictis, vel aliquo prædictorum, vel eorum occaſione vllo vnquam futuro tempore agi contigerit, poſſit dictus Ill., & Magnificus D. Venditor ad prædicta omnia, & ſingula ſemper, & omni tempore, vbique, & ſub quolibet Iudice, Conſule, Vicario, Officiali, Rectore, & Auditore, tam Eccleſiaſtico, quàm ſeculari realiter, & perſonaliter conueniri, licet ibi non eſſet eius proprium domicilium, quolibet die feriato, & non feriato, & non obſtantibus aliquibus ferijs, nec dilationibus cauſarum, nec aliquo interdicto earum. Et conſtituit dictus Ill., & Magnificus D. Venditor ſe tenere, & poſſidere omnia ſua bona, res, & iura mobilia, & immobilia, & vt ſupra iure pignoris, & nomine ſuprascriptorum Illuſtrium, & Magnificorum DD. Emptorum; ita quòd ſi pro prędictis, vel eorum occaſione vllo futuro tempore agi contigerit, liceat, & licitum ſit præfatis Illuſtribus, & Magnificis DD. Emptoribus, eorumq; hæredibus, & ſucceſſoribus, vbique inueuerint de bonis, & rebus dicti Illuſtris, & Magnifici D. Venditoris, ea bona, & eas res ſuis authoritatibus proprijs, & ſine authoritate alicuius Iuſdicentis, & ſine banno, vel ſeruitore, vel alia conuentione accipere, occupare, capere, & detinere, robare, conteſtare, ſaxire, ſequeſtrari, in corporalem poſſeſſionem intrare, vendere, ac alienare, & in ſolutum accipere, & retinere vſq; ad plenam, & completam ſolutionem, & integram ſatisfactionem omnium prædictorum, & totius eius de, & pro quo agi contigerit, eiuſq; expenſarum, damnorum, & intereſſe litis, & extra; & ob hoc non intelligatur eidem D. Venditori vim, nec violentiam factam eſſe, nec fieri. Et ex nunc præfatus Ill., et Magnificus D. Venditor renunciauit, et vt ſupra, omni accuſationi, quam ex nunc prædicta cauſa, et occaſione inferre poteſt. Et inſuper præfatus Ill. D. Venditor iurauit, et iurat ad Sancta Dei Euangelia manibus corporaliter tactis ſcripturis in manibus noſtrorum Notariorum infraſcriptorum eidem iuramentum deferen., quòd ſemper, et omni tempore præſens Inſtrumentum, et omnia, et ſingula in eo contenta ratum, gratum, et firmum, et rata, grata, et firma habebit, et tenebit, et nullo vnquã futuro tempore contrafaciet, nec contraueniet aliqua ratione, nec cauſa modo aliquo, vel ingenio, per ſe, nec per ſubmiſſam perſonam, directè, nec per indirectum, in iudicio, nec extra, ſub refectione, et reſtitutione omnium expenſarum, damnorum, & intereſſe litis, & extra. Et de prædictis rogatum fuit per nos Nicolaum Vinearcam, & Ioannem Petrum Mantellum Mediolani Notarios publicos, & vtrumq; noſtrum inſolidum publicum confici debere Inſtrumentum vnum, & plura eiuſdem tenoris. Actum in domo habitationis præfati Magnifici D. Scipionis Simonettæ ſita vt ſupra, præſentibus Paulo Æmilio Vinearca filio mei Nicolai P. N. P. S. Ioannis ad quatuor facies Mediolani, & Io: Antonio Mantello filio qu. D. Io. Petri P. T. P. S. Sebaſtiani Mediolani ambobus Pronotarijs Mediolani. Interfuerunt ibi Teſtes D. Io. Petrus de Lauezijs f. q. D. Euſebij P. T. P. S. Firmi Mediolani notus, D. Thomas de Alzate f. q. D. Io. Mariæ P. C. P. S. Nazarij ad Petram Sanctam Mediolani, & Magnificus D. Manfredus de Landriano f. q. D. Nicolai P. N. P. S. Domini ad Matiam Mediolani, omnes idonei, vocati, & ad prædicta omnia ſpecialiter rogati.

Subſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito.

Ego Nicolaus Vinearca filius qu. Spectab. D. Angeli Notarius publicus Ciuitatis Mediolani P. N. P. S. Ioannis ad quatuor facies rogatus tradidi, & pro fide ſubſcripſi &c.

Repe-

Digitized by Google

75.

Anno 1577. REperitur in Imbreuiaturis Inſtrumentorum rogatorum per me Notarium infraſcriptum inter alia, ſic fore ſcriptum.

In nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Indictione quinta, die Lunæ nono menſis Decembris.

D. Tholomeus Meda f.q. D. Cæſaris P.O.P.S. Stephani in Brolio foris Mediolani.

Voluntariè &c.

Et omnibus modo &c.

Promittit obligando &c.

Pignori Ill. D. Carolo Vicecomiti fil. qu. Ill. D. Cæſaris P.V.P.S. Petri ad Vineam Mediolani.

Ita quòd dictus debitor dabit &c. præfato D. Creditori, aut &c.

Libras ducentum viginti tres Imper. vlz. medietatem hinc ad feſtum Reſurrectionis, & alteram medietatem in feſto Sancti Michaelis anni futuri 1578.

Et hoc cauſa reſti ficti ſimplicis domus vnius ſitæ in loco Guenzati Plebis Applani Ducatus Mediolani ei locatæ per præfatum Ill. D. Vicecomitem, publico apparente Inſtrumento rogato per Spect. D. Marcum Antonium Turrianum Notarium &c. ad computum lib. 167. in anno, & hoc quantum ſit à feſto S. Martini proximè præteriti retro.

Et eius precibus &c. extitit fideiuſſor Magnificus D. Petrus Paulus Cacarana f.q. Magnifici D. Hieronymi P.O.P.S. Stephani in Brolio foris Mediolani, qui ſe pro prædictis &c. & inſolidum &c. ita quòd inſolidnm &c. cum debitis renuncijs &c. conſtituit ſe principaiem debitorem obligando ſe &c. pignori ipſi Ill. D. Vicecomiti præſenti, & ſtippulanti &c.

Renunciando &c.

Quarè &c.

Quæ omnia &c.

Cum pactis executiuis &c.

Cum pacto in forma Cameræ &c., & extendatur &c.

Et quæ omnia &c. fecit &c. præfatus D. Vicecomes non animo nouandi iura &c. ſed &c.

Inſuper iurauerunt &c.

Et de prædictis &c.

Actum in Canzellis DD. Notariorum Mediolani, præſentibus Liuio Sormano filio D. Hieronymi P.V.P.S. Vincentij Monaſterij noui Mediolani, & Franciſco Frigerio filio D. Fumiani P.O.P.S. Zenonis in Paſquirolo Mediolani Pronotarijs.

Teſtes D. Io: Ambroſius Porrus fil. qu. D. Thomæ, D. Io: Iacobus de Renzanis fil. D. Io. Angeli P.V.P.S. Petri ad Vineam Mediolani noti, & D. Hieronymus de Cughis f.q. D. Pauli ſupraſcriptæ Portæ, & Parochiæ, omnes idonei &c.

Subſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito.

Ego Iulius Cæſar Confalonerius f.q. Spect. D. Camilli P.C.P.S. Thomæ in Terra amara Mediolani publicus Mediolanenſis, ac Apoſtolicus Notarius ſupraſcriptum Inſtrumentum rogatus tta didi, & pro fide ſubſcripſi &c.

Repe-

Digitized by Google

76.

Anno 1618.

REperitur in Abbreuiaturis Inſtrumentorum rogatorum per me Notarium infraſcriptum, inter alia ſic fore ſcriptum, vt infrà, vlz.

In nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo ſexcenteſimo decimo octauo, Indictione prima, die Martis decima menſis Aprilis.

M. Ill. D. Hippolyta Rota Vicecomes f. qu. M. Ill. D. Io:Baptiſtæ, & relicta qu. M. Ill. D. Feudetarij Caroli Vicecomitis P. V. P. S. Petri intus Vineam Mediolani, vti hæres pro tertia parte Michaelis Rotæ, quam hæreditatem non recedendo &c. denuo adiuit &c. ad petitionem mei Notarij &c.

Voluntariè &c.

Et omnibus modo &c.

Fecit, & conſtituit &c.

Io: Iacobum de Blancis, licet abſentem &c.

Suum procuratorem ſpecia em &c.

Specialiter ad procuratorio nomine præfatę Conſtituentis faciendum quælibet pacta, & conuentiones de emendo, & vendendo vtile dominium, naturalem poſſeſſionem, & melioramenta ſediminis vnius ſit. in P. O. P. S. Babilæ intus Mediolani, cui cohęret à duabus partibus ſtrata, ab alia illorum de Moreſinis, & ab alia RR. Fratrum S. Damiani.

Saluo errore &c.

Item de omnibus iuribus &c. quod quidem vtile dominium, & melioramenta commune eſt inter præfatam Conſtituentem ex vna, Io: Baptiſtam Panigarolam ex alia, & Franciſcum Pecchium Ghiringhellum Rotam ex alia, & ſuper quo fit, & præſtatur fictum libellarium lib. quadraginta Imper. RR. Canonicis Regularibus Sanctæ Mariæ de Caſoreto extra P. O. Mediolani; & hoc cum qualibet perſona &c. & cum promiſſionibus, renuncijs, & maximè N.C., Epiſt. D. Adr., Sen. Conſ. Velle., & omni alij iuri &c. Renunciando &c. ex nunc &c. certificata &c. obligationibusq; opportunis, & debitis, & in talibus Inſtrumentis apponi ſolitis, & maximè cum translatione dominij, ſeu quaſi, & cum promiſſione inſolidum cum dictis Panigarola, & Ghiringhello manutenendi dictum vtile dominium, & melioramenta, vt ſupra vendenda in forma communi, & iuris &c. & ita vt ſtatim ſecuto conſenſu domini directi dicti ſediminis, venditio ipſa habeatur pro facta ipſo iure, & facto abſq; aliquo legis, vel hominis miniſterio, prout ex nunc præfata Conſtituens prædicta omnia eo in caſu fecit, & facit mihi Notario infraſcripto perſonæ publicæ ſtipulanti &c. nomine omnium, quorum intereſt &c.

Et pro pretio lib. ſex mille Imper. monetæ currentis Mediolani, vltra onus dicti ficti libellarij.

Quas quidem libras ſex mille Imper. futurus emptor teneatur ſoluere Luciæ Rotulæ, nunc Paulæ Claræ Moniali profeſſæ in Monaſterio Sancti Spiritus Mediolani, ex cauſa totidem ei debitarum per præfatam Conſtituentem Panigarolam, & Ghiringhellum, vti hæredes æquis portionibus qu. Michaelis Rotæ, vt ſupra, cauſa legati totidem lib. ſex mille Imper. per dictum Michaelem facti dictæ Luciæ Rotulæ, apparente Inſtrumento eius Teſtamenti rogato per Hieronymum Rubeum Mediolani Notarium, & Cauſidicum, & nunc Reg. Fiſc. die 17. Februarij 1603. ſeu &c. ad quod &c. & dictus futurus emptor teneatur reportare à dicta Moniali opportunam confeſſionem, & liberationem

tionem &c. Quæ poſtquam præſtita fuerint per dictum futurum emptorem ſint, & eſſe debeant pro completa ſolutione dicti vtilis dominij, & melioramentorum; ideoq; dictus Blancus faciet dicto futuro emptori quamcunque opportunam confeſſionem, quietationem, & liberationem pro completa ſolutione, & vt ſupra, & cum clauſulis, & renuncijs debitis, & vt ſupra, & prout dicto procuratori videbitur, & placuerit.

Item ad iurandum &c. Iurans ex nunc &c.

Et generaliter &c.

Dans &c.

Promittens &c.

Et volens &c.

Et quæ omnia &c. fecit dicta Hippolyta in præſentia, cum conſenſu, & licentia Iulij Cæſaris Rotæ f. quon. Io: Pauli P. O. P. S. Viti in Paſquirolo Mediolani Agnati præfatæ Hippolytæ præſentis &c., & eidem Hippolitæ conſenſum, & licentiam dantis, & præſtantis &c. & iurantis &c. quòd in veritate credit prędicta cedere &c. in, & ad vtilitatem præfatæ Hippolytæ, & in omnibus &c. ad formam Statutorum Mediolani &c.

Et de prædictis &c.

Actum in camera ſuperiori domus habitationis præfatæ Hippolytæ ſit. vt ſupra, præſentibus Franciſco Cribello Notario f.q. Io: Baptiſtæ P. T. P. S. Vincentij in Prato intus Mediolani, & Io: Baptiſta Cribello f. q. I. C. C. Ludouici P. V. P. S. Nicolai foris Mediolani Pronotarijs &c.

Teſtes Io: Maria Marinus f. quon. Aurelij P. T. P. S. Sixti Mediolani notus, Ludouicus Bellottus f. q. Antonij P. N. P. S. Domini ad Matiam Mediolani, & Iacobus Gemellus filius Bernardini P.T. P. S.Sixti Mediol., omnes idonei &c.

Subſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito.

Ego Antonius Fighettus publicus Mediolani Notarius, & Cauſidicus Collegiatus f. q. Io: Baptiſtæ pariter olim Cauſidici Collegiati P. T. P. S. Mariæ ad Circulum Mediolani, ſupraſcriptum Inſtrumentum rogatus tradidi, & pro fide ſubſcripſi.

77.

Anno 1581.

DON Sanchio de Guenara, e Padiglia, Caſtellano di Milano, del Conſiglio Secreto di Sua Maeſtà, & ſuo Gouernatore, & Capitano Generale in Italia, &c.

La Sereniſſima Imperatrice hà da paſſare per queſto Stato, per andarſi ad imbarcare, & condurſi al Rè N. S. ſuo fratello. E mente di Sua Maeſtà, ch'ella ſia riceuuta, accompagnata, & ſeruita con quelle dimoſtrationi, che conuengono alla grandezza d'ambidue, & alla diuotione de queſti ſuoi ſudditi tante volte ſperimentata. Per tanto hauendo d'andare l'Illuſtriſs., & Eccellentiſſimo Signor Duca di Piacenza, e Parma à riceuere, & accompagnare la detta Signora ſin' all'imbarcatione; officio voſtro, & d'ogn'altro Feudatario, come voi, ſarà di trouare eſſo Signor Duca in Lodi à xxvij. del meſe preſente, più che potete, all'ordine di veſtiti, di Caualli, & di Seruitori per accompagnare S. E. al detto effetto, fin doue ella ordinarà; e tutto, che i veſtiti non habbiano à eſſere da lutto, non hauranno à eſſere però di colore, ne in modo, che non ſi moſtri memoria del dolore, che ſi hà d'hauere per la perdita della Reina Noſtra Signora, e noi ve ne diamo auiſo, acciò che poſſiate à tempo farlo, Auuertendoui, che

Digitized by Google

iui trouarete il Conte Pietr' Antonio Lonato, Commiſſario Generale infor-mato della mente di Sua Maeſtà, e noſtra, al quale potrete ricorrere per le coſe, che occorreranno: & egli darà ordine che vi ſia proueduto d'allog-giamenti, & coſe tali. N. S. vi conſerui.

Di Milano à 18. di Settembre del 1581.

Signat. Don Sanchio de Gebara, y Padilla.

Vidit Filiodonus.

Subſcripta Iulianus.

A tergo. All'Ill. Sig. Carlo Viſconte. Milano. Et ſigillat. &c.

Anno 1585. Don Carlo d'Aragon, Duca di Terranuoua, Principe di Caſteluetrano &c. Gouernator di Milano, & Capitan generale di S. M. Cath. in Italia.

E mente del Rè N. S., che i Sereniſſimi Signori Duca, & Ducheſſa di Sauoia ſiano riceuuti in queſto ſuo Stato, accompagnati, & ſeruiti, con quelle dimo-ſtrationi, che ſi conuengono alla grandezza loro, & alla diuotione di queſti ſuoi ſudditi fedeliſſimi. Pertanto à voi, trà gl' altri Feudatarij, diamo auiſo di queſto, acciò che in ordine di veſtiti, di caualli, & ſeruitori, vi partiate ſubito per queſto effetto, & vi trouiate in Aleſſandria il giorno ſei del proſſi-mo ſeguente meſe di Luglio; doue noi ancora ci troueremo in perſona, & vi faremo ſaper quello, che più oltre hauerete à fare. Non mancate adunque di così eſequire ſubito alla riceuuta della preſente, ſenza dimora, ne replica alcuna, atteſa la breuità del tempo, come di voi ſi confida. Et per gli allog-giamenti, & coſe dependenti da quelli, farete capo in detta Città di Aleſſan-dria al Luogotenente, & offitio del Commiſſario generale dell'Eſſercito, il Conte Pietr' Antonio Lonato; che ſarete prouiſto, ſecondo l'informatione, che quiui s'hà della mente noſtra. Noſtro Signor vi conſerui. Di Milano à 28. di Giugno 1585.

Signat. Don Carlo d'Aragon.

Vidit Filiodonus.

Subſcript. Iulianus.

A tergo All' Ill. Sig. Carlo Viſconte. Et ſigillat. &c.

78.

Anno 1632. SIC vt infrà habetur in Abbreuiaturis meis.

In nomine Domini Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo ſex-centeſimo trigeſimo ſecundo, Indictione decima quinta, die Iouis vigeſimo ſexto menſis Auguſti.

Ioſeph Brianzonus f. q. Baltheſſaris habitator loci Biſnati Plebis Gallarati Ducatus Mediolani.

Voluntariè &c. & omnibus modo &c.

Confitetur habuiſſe, ac mutuo recepiſſe &c.

Ab Illuſtriſſimo D. Marchione Cæſare Viceeomite ex Conſilio generali DD. Sexaginta Decurionum Ciuitatis Mediolani f. q. Illuſtriſſimi D. Caroli P. V. P. S. Petri ad Vineam Mediolani, præſente, & qui dedit &c.

Libras ſexcentum ſub die 28. Ianuarij 1631. in vna parte, & in altera libras quinquecentum ſeptuaginta ſub die 29. Aprilis proximè præteriti.

Quas in totum libras mille centum ſeptuaginta Imper.

Præfatus Brianzonus promittit obligando &c.

Pignori præfato Illuſtriſſimo D. Marchioni præſenti &c.

Reſtituere hinc ad dies octo proximè fut., omni exceptione remota.

Pacto

Pacto &c., quòd dictus Brianzonus poſſit realiter, & perſonaliter conueniri coram quibuſcunq; Iuſdicentibus, etiam incompetentibus, & maximè coram DD. Executoribus Regiæ Duc. Cam. Mediolani in forma Cameræ, & extendatur &c.

Item pacto, quòd præſens Inſtrumentum poſſit pluries expleri &c., & quamuis &c., non tamen &c.

Renunciando &c.

Quæ omnia &c., Pacta executiua &c.

Inſuper iurauit &c. dictus Brianzonus habere ratum &c., & non contrauenire &c., ſub refectione &c.

Et de prædictis &c.

Actum in Cancellaria officij Prouiſionum Ciuitatis Mediolani ſit. intra mœnia Broleti veteris, præſentibus Petro Paulo Alberto f. q. Matthæi P. V. P. S. Petri ad Vineam Mediolani, & Franciſco de Nobilibus f. q. Io. Baptiſtæ P. T. P. S. Firmi, Pronotarijs &c.

Teſtes Andreas Paganus f. q. Mauritij, Carolus Antonius Puteus f. q. Petri Mariæ, ambo P. V. P. S. Petri ad Vineam, noti, & Io: Baptiſta Beſutius f. q. Franciſci P. T. P. S. Sebaſtiani Mediolani, omnes idonei &c.

Subſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito.

Ego Stephanus Beſutius Valentinus f. q. Io: Ambroſij publicus Mediolani Notarius P. V. P. S. Petri in Caminadella Mediolani, ſupraſcriptum Inſtrumentum rogatus tradidi, & pro fide ſubſcripſi &c.

78.

Anno 1622.

PHilippus IV. Dei gratia Hiſpaniarum Rex, & Mediolani Dux &c.
Don Gomez Suarez de Figueroa, & Cordua Duca di Feria &c. del Conſ. di S. M., ſuo Capitan Generale, e Gouernatore del Stato di Milano &c.

Spectabilis dilectus noſter. Habbiamo prouiſto, come in virtù della preſente prouediamo la piazza di vno delli Seſſanta Decurioni del Conſ. Generale di queſta Città, che di preſente vaca per morte del Queſtor Alfonſo Caſato, nella perſona del Marcheſe Ceſare Viſconte, ſoggetto di tal valore, e bontà, che corriſponderà ſenza dubbio all'opinione, che noi habbiamo, & alle buone relationi, che ci ſono ſtate fatte. Di che vi diamo auiſo; accioche in tutte l'occaſioni, che occorreranno di giontar detto Conſiglio generale, ſi faccia auiſato ancora il detto Marcheſe, perche interuenga, & habbi il ſuo voto, le dignità, preminenze, prerogatiue, honori, carichi, & emolumenti, che godon gli altri Decurioni, che tale è la mente noſtra. Dat. in Milano à 19. Aprile 1622. Signat. El Duque de Feria. Vidit Ferrer. Subſcript. Platonus. A tergo Spectabili I. C. Vicario Prouiſionum Ciuitatis Mediolani nobis dilecto.

Subſcript. Ita habetur in Archiuio Ciuitatis Mediolani. Philippus Reſta.

79.

Anno 1629.

DON Phelippe por la gracia de Dios Rey de Caſtilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hieruſalem, de Portugal, de Nauarra, y de las Indias, &c. Duque de Milan.

Magnificos, Spectables, nobles, fieles, y amados nueſtros. El Marques Ceſar Vizconde Orador me preſento dos cartas vueſtras, vna de vltimo de Octubre de 627. en ſu creencia, y otra de 4. de Mayo de 628. repreſentandome la fidelidad, y diſpoſiçion con que eſa Ciudad ha acudido à las coſas de mi ſeruicio. Y hauiendo reconoçido con quanta finezza haueis moſtrado ſiempre vueſtros animos tan fieles, como zeloſos de lo que ſe ha offreçido de mi ſeruicio, he deſeado mucho haçer merced à eſſa Ciudad en lo que me ha ſupplicado, y ſe ha procurado con particular cuidado en todo lo que las occaſiones, y eſtrechura de los tiempos preſentes lo han permitido, como ſe os ha ſignificado otras veces, y aſſi ſe hara en lo de adelante, paraque conozcais, que eſtoi ſiempre con el agradeçimiento, de que juzgo por dignos à tan leales, y affectos Vaſſallos, como tambien os lo haurà dado à entender el dicho Marques, el qual cumplio con ſu obligaçion en lo que tuixo à ſu cargo que tratar de eſſa Ciudad con mucha ſatisfaçion, quedando yo con ella de ſu buen proceder mucha cordura, buen animo, y zelo, que en el ſe conoçio, junto con la practica, y intelligençia de las materias, que trato, he querido lo entendais aſſi por mereçerlo la qualidad, y partes del dicho Marques. Dat. en Madrid à 17. de Setiembre de 1629. años.

Signat. YO EL REY, & ſottoſcr. Luis Ortiz de Matienco.

Vidit Valenzuela Regens, Vidit de Neapoli Regens, Vidit Carrera Regens, Vidit Torrezilla Regens, Vidit Corius Regens.

In calce In Prouiſionum Mediolani fol. 362.

A tergo. A los Magnificos, Nobles, Spectables, fieles, y amados nueſtros Vicario, y Doze de Prouiſion de nueſtra Ciudad de Milan. Et ſigillat. &c.

Concordat cum Originali exiſtente penes infraſcriptum Secretarium Ciuitatis Mediolani. Io. Iacobus Eccleſia.

80.

Anno 1629.

INſtrucion para el Señor Marques Ceſar Vizconde.

A V.S. ſe le entrega vna Carta, que eſcriuo al Señor Archiduque Leopoldo con ſu copia, paraque V.S. vea lo que contiene, y con ella partira luego deſta Ciudad, y yra ala parte donde ſe halla Su A., y preſentandole la Carta le dara primero las graçias del cuidado, que tiene de los paſos de Griſones, en conformidad de lo que eſcriuo en ella, y deſpues le dara quenta, que demas de lo que ſe ha ſocorrido por lo paſado alos primeros de Nouiembre embie ala gente que los guarda veinte, y nueue mil eſcudos, y el primero deſte mes de Deciembre cinquenta mil eſcudos, que vienen à ſer poco menos de cien mil tallares, y alguna poluora, y cuerda, que el Conde de Merode me ha pedido, que es lo que he pedido hazer yo, que no tengo authoridad, ni mando ninguno en la gente, que con todo eſto no dejo de eſtar con mucho cuidado. Pues entiendo, que el Rey Chriſtianiſſimo tiene intençion juntamente con los Eſguizaros, y Griſones à cometer aquellos paſos, que aſſi ſupplico à Su A. vea

Digitized by Google

vea lo què juzga ſe puede hazer, y me haga merced de mandarme auiſar lo que ſe le offreçe en todo, y con lo que reſponde boluer à V. S. à darme quenta. Beſara las manos aſſi de mi parte à Su A. dela Señora Archiduqueſſa. En Milan 25. de Decie mbre *1629.*
Firmat. Ambroſio Spinola, & ſigillat. &c.
Sottoſcr. Miguel de Araiz.

81.

Anno 1632.

PHilippus Quartus Dei gratia Hiſpaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Don Gomez Suarez de Figueroa, e Cordoua Duca di Feria, del Conſ. di Stato di Sua Maeſtà, ſuo Gouernatore dello Stato di Milano, & Capitano generale in Italia &c.

Eſſendo paſſato da queſta à miglior vita il Marcheſe Aleſſandro Viſtarino, che teneua il poſto, & carico di Luogo Tenente Regio nel Capitolo dell' Hoſpitale Maggiore di queſta Città di Milano, e conuenendo deputar altro Caualliere in ſuo luogo delle qualità, bontà, intelligenza, e valore, che il negocio ricerca. Sapendo noi quanto abondantemente concorrono tutte queſte parti, e virtù nel Marcheſe Ceſare Viſconte, la cui prudenza è notoria, & habbiamo noi medeſimi iſperimentata in molte, & importanti occaſioni, ci è parſo di non poter metter mano in perſona più atta, & più idonea di lui per queſto carico. Per tanto in virtù della preſente, & per l'autorità, che habbiamo da Sua Maeſtà, eleggiamo, e deputiamo il detto Marcheſe Ceſare Viſconte per Regio Luogo Tenente, perche in luogo noſtro aſſiſta nella medeſima maniera, che poteſſimo far noi alli Capitoli, & Congregationi, che occorreranno farſi nel detto Hoſpital Maggiore, per procurare, che tutto ſegua conforme al ſeruitio di Dio, & del Rè noſtro Signore, & con le medeſime autorità, preminenze, honori, e prerogatiue, che hanno goduto il detto Marcheſe Viſtarino, & altri ſuoi Anteceſſori nel medeſimo poſto. Et ordiniamo à tutti quelli, à quali ſpetta, che lo tengano, e ſtimano per tale, & eſſequiſcano puntualmente queſta mente noſtra. Dat. in Milano alli cinque del meſe di Ottobre 1632.
Firmat. El Duque de Feria, & ſigillat. &c.
Vidit Ferrer.
Subſcr. Platonus.

81. ✠

Anno 1634.

PHilippus Dei gratia Rex Caſtellæ, Legionis, Aragonum, vtriuſq; Siciliæ, Hieruſalem, Portugalliæ, Nauariæ, nec non Indiarum &c. Archidux Auſtriæ, Dux Mediolani, Burgundiæ, & Brabantiæ, Comes Habſpurgh, Flandriæ, & Tirolis &c. Recognoſcimus, & notum facimus tenore præſentium vniuerſis in publicorum munerum adminiſtratione probos, ac virtutibus commendatos Viros conſtituendos non parum intereſſe putamus, hos namque ſua rectitudine vſos cura, & ſtudio intentos eis obeundis, quam optamus, operam adhibituros certum eſt, vndè illos peculiari indagatione exquirere de more habemus. Sicq; cum obitu Ioannis Menochij locus Quçſtoris breuioris Togæ Magiſtratus Extraordinarij noſtri Status Mediolani, cuius eſt noſtri Regij Patrimonij com-

commodo, & conſeruationi conſulere, vacuus reperiatur, Magnificum fidelem nobis dilectum Cæſarem Vicecomitem Marchionem Cislagi, vti ad ipſum idoneum, ſeligere ſtatuimus, ad quod nos ſuadent propria, quibus honeſtatur, ac à Maioribus ſuis habita merita; in eoq; præterea, non minùs prudentiæ ſuæ, conſilij, & negotiorum cognitionis ornamenta, quàm integritatis, obſequijſq; noſtri ſtudij, ac in nos fidei pignora vbique apparuiſſe, quæ potiſſimùm, dum apud nos munus Oratoris Ciuitatis noſtræ Mediolani annis elapſis cum laude obijt, aliaque in ea regimen tangentia geſſit, percepta ſunt. Tenore igitur præſentium de certa ſcientia, Regiaque, & Ducali auctoritate noſtra deliberatè, & conſultò, ac ex gratia ſpeciali, maturaq; Sacri noſtri Supremi Conſilij accedente deliberatione, præfato Cæſari Vicecomiti Marchioni Cislagi dictum munus Magiſtri breuioris togæ Magiſtratus Extraordinarij Mediolani cum ſalario annuo, præeminentijs, prærogatiuis, commodis, & emolumentis ad ipſum ſpectantibus, & per dictum Ioannem Menochium, alioſq; in dicto munere Prædeceſſores ſuos legitimè perceptis, & percipi ſolitis, & conſuetis, dum de noſtra mera, & libera voluntate proceſſerit, damus, donamus, concedimus, & elargimur. Mandamus Sereniſſimo Cardinali Infanti Don Ferdinando Fratri noſtro cariſſimo præſenti noſtro Gubernatori, & futuris, Præſidi, & Senatui, Præſidibus, & Magiſtris vtriuſque Magiſtratus, Theſaurario noſtro generali, cæteriſq; officialibus, & ſubditis noſtris Mediolanenſis Dominij, ad quos ſpectat, & ſpectabit, vt præfatum Cæſarem Vicecomitem Marchionem Cislagi in poſſeſſionem prænarrati muneris ponant, & inducant, poſitumq;, & inductum manuteneant, conſeruent, & defendant, atq; de ſalario, præeminentijs, prærogatiuis, emolumentis, et vt ſupra, debitis temporibus illi reſpondeant, et reſponderi faciant, per quos deceat, haſque noſtras inuiolabiliter obſeruent, & exequantur, obſeruariq; & exequi faciant per quoſcunque, ſic enim è mente noſtra procedit. Diplomaq; hoc annotet Don Ioannes de Caſtillo Regiſtri Gratiarum à nobis conceſſarum Secretarius, de quo niſi conſtiterit, nec illud præſentari, executioniuè mandari liceat, nec, ſi intra quadrimeſtre à die huius priuilegij dat. huiuſce ratio non ſumatur, ſortiatur effectum. Declaramus præfatum Cæſarem Vicecomitem Marchionem Cislagi iam hic ſoluiſſe dimidiam partem mediæ annatæ à nobis impoſitæ ad memoratum officium pertinentis, & iubemus, quòd, antequam in eius poſſeſſionem mittatur, caueat de ſoluendo intra annum à die adeptæ poſſeſſionis computandum pro reliqua dimidia parte dictæ mediæ annatæ mi le octingentos nonaginta octo Regales Caſtellanos in moneta argentea. Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri appenſione munitarum. Dat. Matriti decima die menſis Martij, anno à Natiuitate Domini 1634.

Signat. YO EL REY.

Vidit Dux Theſ. Generalis. Vidit Caueza Regens. Vidit Brancia Regens. Vidit Salamanca. Vidit de Neapoli Regens. Vidit Thoreſilla Regens.

Ad mandatum Regiæ, & Catholicæ Maieſtatis proprium Antonius Carnero.

Digitized by Google

82.

Anno 1635. EN los deſpachos, que he tenido con vn Correo de Eſpaña, que llegò quatro dias hà, me manda Su Mageſtad embie perſonas alos Principes de Italia, paraque de ſu parte les repreſente el ſentimiento con que queda de los nueuos mouimientos, que Franceſes hazen en ella tan perjudiciales à ſu paz, y quietud, y particularmiente me ordena, que ſe haga eſta diligencia con eſa Republica, la qual me ha parecido encargar à V. S., juzgando que aun quando no ſe hallarà ahi actualmente ninguno fuera mas à propoſito para hazerla. A eſſos Señores eſcriuo la carta, que va con eſta, y juntamente embio à V. S. vn papel de lo que el Señor Conde Duque dijo à los Embaxadores, y Reſidentes, que los Potentados tienen en la Corte, en cuya conformidad quiere Su Mageſtad, que ſe les hable à ellos; mas porque eſa Republica ſe mueſtra mas declaradamente affecta, y deuota à Su Mageſtad, que otros Principes, ſerà bien, que V. S. ſe valga de las palabras del papel (ſin que le vea nadie) en quanto combenga prima moſtrar à eſos Señores la ſatisfaccion, que ſe tiene de ellos, y ſeguridad de que continuaran ſiempre en eſta buena correſpondenza, y particularmente en la ocaſion preſente. Fio tanto de la prudencia de V. S., que eſpero executarà la voluntad de Su Mageſtad, de manera que ſe conſiga lo que deſea, y yo quede con nueuas obligaciones de reconocimiento à V. S. à quien guarde Nueſtro Señor como deſeo. Rho 14. de Iunio 1635. Seruidor de V. S. que l. m. reſa.

Firmat. El Cardenal Albornoz.

Incalce Señor Marques Ceſar Viſconde.

83.

Anno 1654. ALtera atteſtatio Excellentiſſimi Senatus facta anno 1654. die 13. Februarij, requirente Marchione Theobaldo Vicecomite, quæ eſt inſerta in vltima anni 1668., vt videtur pag. 26.

84.

Anno 1649. FERDINANDVS III. Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ &c. Rex; Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, &c.; Marchio Morauiæ; Dux Lucemburgiæ, ac ſuperioris, & inferioris Sileſiæ, Virtembergæ, & TecKæ: Princeps Sueuiæ: Comes Habſpurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landtgrauius Alſatiæ; Marchio Sacri Romani Imperij, Borgouiæ, ac ſuperioris, & inferioris Luſatiæ; Dominus Marchiæ Sclauonicæ, Portus Naonis, & Salinarum, &c.

ILLVSTRI noſtro, & Sacri Imperij fideli dilecto CÆSARI VICECOMITI Marchioni Ciſlagi; ex Condominis Somæ, Agnadelli, Gulaſiccæ; Domino Quinzani, Montanati, Villæ, Sancti Pancratij, Cimbri, Vizolæ, & Cuironis, gratiam noſtram Cæſaream, & omne bonum.

Et ſi nos pro innata nobis benignitate, clementiaq; Summi, & Immortalis DEI, qui cæleſtis ſuæ liberalitatis Theſauros in vniuerſum humanum genus largiſ-

ſime

Digitized by Google

ſimè diffundit exemplo, poſtquàm ab ipſius Diuina Maieſtate ad Maieſtatem hanc humanam, & Cæſareæ dignitatis ſublimitatem vocati, atque euecti ſumus, hoc in primis curę habeamus, vt quò inclytus, & excelſus thronus noſter magis conſpicuus reddi, & decorari ſolet, munificentia noſtra in noſtros, Sacriquè Imperij Romani ſubditos, quorum id virtus, & fides merentur, ampliſſimè extendatur; Decere tamen omninò exiſtimamus, vt diligens, & accurata habeatur ratio, quò præmia, & honores, dignitateſq; pro cuiuſque meritis debitò diſcrimine conferantur, atq; ità certis, velut gradibus, vnus ab altero diſtinguatur, vt, qui clariori loco nati, nobilitatem à Maioribus acceptam nobilibus, ac præclaris actionibus, virtutumq; ſtudijs pro Patria, pro Republica Chriſtiana ſtrenuè laborando, magis, magiſq; illuſtrare ſatagunt, ampliorum honorum, & titulorum prærogatiua decorentur, vndè quoque futurum ſit, vt reliqui mortales eorum veſtigijs inſiſtentes ad honeſtiſſimum virtutis, & gloriæ certamen pulcherrimo exemplo inuitentur, alliciantur que.

Conſiderantes itaquè, CÆSAR VICECOMES, antiquum, & Illuſtrem, ſiuè paternum, ſiuè maternum ſpectemus domus, ac familiæ tuæ ſplendorem, quippè qui ex publicis cùm hiſtorijs, tùm ſcripturis nobis in authentica forma exhibitis, recognoſcimus, nobiliſſimam VICECOMITVM Stirpem à pluribus retrò ſæculis claruiſſe Viris, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis plurimis de Republica, de Patria, cùm primis de Sacro Romano Imperio, quâ ſago, quâ toga, benemeritis, qui quidem ſuam originem OTTONI Mediolanenſi quondam Comiti ex Comitibus Angleriæ (deſcendentibus à DESIDERIO vltimo Longobardorum Rege) referant, qui idem OTHO, cùm Inſubriæ exercituum Imperator ad recuperationem Hyeroſolimæ Volucem Saracenum Tranſiordani Regulum ſingulari certamine deuiciſſet, eiq; Viperam ex cono Caſſidis in victoriæ trophœum fortiter eripuiſſet, ab eo tempore loco Leonis (quod gentilitium erat Angleriæ Comitum Stemma) Vipera cum deſcendentibus vſus, & in Patriam Redux Mediolanenſi Reipublicæ prefuerit, legitimo etiam ſibi matrimonio Lucretiam è Regum Gallicorum ſanguine oriundam coniunxerit (quem hiſtoriæ poſtmodum pro Imperatoris Henrici Quarti fidelitate circà annum Chriſti milleſimum centeſimum decimum à Romanis interfectum commemorant,) cuius filij Andreas Comes Angleriæ, & Medjolanenſis Reipublicæ Princeps bello, paceq; clarus cum Adela Comitis Sabaudiæ filia, nec non Guido Vicecomes Dominus Albuciagi, & Beſnati cum Alaſia ex Genebenſibus Comitibus coniugium contraxerint, è quorum hoc alter Otho genitus, & ab Imperatore CONRADO II. non ſolùm in Dominio Albuciagi, & Beſnati confirmatus, ſed Curte quoque Maſſini donatus per ſpeciale Priuilegium Cæſaris Anno MCXLII. emanatum (ab alijs ſucceſſiuè Imperatoribus confirmatum,) in quo hæc verba leguntur: FIDELI NOSTRO OTHONI FILIO GVIDONIS VICECOMITIS MEDIOLANENSIS, CVIVS AVVS PRO SVA FIDELITATE REGNI A ROMANIS FVIT INTERFECTVS; qui Otho cum Coniuge Cunegunda ex Salutiarum Marchionibus Ioannem Vicecomitem (cuius pronepos Theobaldus ad Pontificatus apicem euectus, & Gregorius Decimus ab Hiſtoricis aſſeritur,) & Vbertum fratres, quorum iſte ex Anaſtaſia Pirouana Othonem Archiepiſcopum, & Principem Mediolanenſis Reipublicæ, nec non Andreottum, qui cum Florina Mandella Ruffini filia Theobaldum, & hic quoque cum altera itidem Anaſtaſia Pirouana legitimo matrimonio procrearunt MATTHÆVM Vicecomitem, qui ob res domi, foriſquè præclarè geſtas MAGNI nomen adeptus, Secundus Mediolani

Digitized by Google

lani Princeps, & à Prædeceſſoribus olim noſtris Imperialis Vicarius Generalis Mediolani conſtitutus multis porrò eius Prouinciæ Principibus, ac Ducibus progeniem dederat, quorum ſingulorum facta cùm hiſtoriarum ſcriptis paſſim deprædicentur, hic fuſiùs recenſere ſuperuacaneum exiſtimamus; illud ſaltem in peculiare huius familiæ ornamentum non reticendum videtur, VIRIDEM Barnabæ Septimi Mediolani Principis filiam Sereniſſimo quondam Auſtriæ Duci LEOPOLDO nuptam; vndè FRIDERICVS TERTIVS, & MAXIMILIANVS PRIMVS Imperatores cum alijs Principibus feliciter proceſſere; Cùm autem præfatus Theobaldus Andreotti filius alios quoque liberos habuerit, &, qui de Matthæo Principe enumerantur, in collaterales deſinant, ad eius fratrem VBERTVM Vicecomitem (vndè linea recta deſcendere cognoſceris) Condominum Somæ, Vergiati, Gulaſiccæ, Lonati Puthei alti, Ferni, nec non Cislagi Dominum, reuertimur, qui cum Alduxia Vicecomite Vercellinum Somæ, & Cislagi Dominum progenuit ab Azone olim Mediolani Domino ad Summum Pontificem Ioannem Vigeſimum ſecundum legatum, cuius vxor Margarita Puſterla; filij verò, & poſteri ex linea recta (vt multa paucis conſtringantur:) Antonius, & Deianira ex Comitibus Valperghæ; Baptiſta, & Regula de Galeatijs; Guido, & Leonora de Rotarijs; Theobaldus, & Catharina de Sancto Seuerino; Cæſar, & Blanca Cagnola; Carolus, & Hippolyta Rota; Tu denique Cæſar, & Elena Arconata ſucceſſiuo ordine legitimo coniugij fœdere cum nobilioribus familijs in hæc vſque tempora iuncti, & propagati fuere. Inter eos autem multi, quin, & plurimi alij, partim dignitatibus Eccleſiaſticis, partim muneribus bellicis, tùm primarijs quoque in aulis Principum functionibus condecorati armis, & conſilijs pro Religione, pro Patria operam ſuam viriliter contulere, vt mirum videri non poſſit, quin & tu Cæſar laudando Proauorum exemplo incitatus in hunc, velut ſcopum, à iuuentutis tuæ primordio collimaris; quò Maiorum decora non conſeruares modò, ſed proprijs quoque meritis, & laudabilibus actionibus aucta poſteritati tranſmitteres. Hinc, cùm pro Patria ad Sereniſſimum Hiſpaniarum Regem Catholicum, nec non pro Mediolanenſi Gubernatore ad Sereniſſimum Archiducem LEOPOLDVM certas legationes obires, poſtmodùm etiam inter Regios Redditüum Extraordinariorum Quęſtores ſuſciperetis, non modò concreditis tibi munijs ex voto, & benigna cum Serenitatis Suæ approbatione hactenùs ſatisfeceris, ſed curam, & cogitationes eò quoque ſedulò direxeris, vt filios iuxtà tuos inauita ergà Principes ſuos fide ad virtutem, & quæ hanc concomitari ſolet capeſſendæ veræ laudis gloriam ſtimulares; nec cæptum fefellit euentus. Theobaldus enim in Belgio ob res fortiter geſtas Tribunus Militum effici, & à præfato Sereniſſimo Hiſpaniarum Rege Catholico in bellicum, nec non eiuſdem intimum Mediolani Conſiliarium adſciri, poſtmodùm cum honorifico legati charactere Sereniſſimi Archiducis CAROLI FERDINANDI nuptijs intereſſe, & aureum vellus nomine Regio conferre; nec minùs Aloyſius S. Ioannis Miles ob egregias animi dotes inter Commiſſarios Generales Equitatus in Belgio recenſeri meruêre, quorum quidem omnium intuitu tibi Cæſari de pluribus locis infeudato, & titulo Marchionis iàm anteà inſignito tanta bona, cùm allodialia, tùm feudalia ſuppetere comperimus, vt nouo etiam honoris incremento accedente ſtatum, & conditionem tuam condignè ſuſtentare valeas; Et cùm nullatenùs dubitemus, te deinceps quoque in laudatiſſimo de nobis Sacro Romano Imperio, atque auguſta domo noſtra benemerendi ſtudio firmiter perſtiturum eſſe, dignum planè te iudicauimus, cui benigna cùm vniuerſa

fami-

Digitized by Google

familiæ, tùm propriorum meritorum, habita ratione propenſiſſimum viciſſim, gratiæ noſtræ Cæſareæ affectum præcipuo quodam munificentiæ noſtræ ſymbolo, quòd tibi, & poſteritati perpetuò honori ſit, & ornamento luculentiùs conteſtaremur.

Motu itaque proprio, ex certa ſcientia, animo benè deliberato, ac ſano Procerum noſtrorum accedente conſilio, proquè ea, qua fungimur, auctoritate, & poteſtatis plenitudine. IN NOMINE DEI OMNIPOTENTIS, quem omnis honoris, & dignitatum authorem veneramur, te ſupradictum CÆSAREM VICECOMITEM Marchionem Ciſlagi, omneſquè, & ſingulos hæredes, poſteros, ac deſcendentes tuos legitimos vtriuſque ſexus natos, æternaquè Serie naſcituros in infinitum, noſtros, & Sacri Romani Imperij MARCHIONES, & MARCHIONISSAS creauimus, fecimus, & nominauimus, tituloquè, honore, & dignitate MARCHIONVM, & MARCHIONISSARVM auximus, amplificauimus, inſigniuimus, condecorauimus, quemadmodùm vigore præſentis noſtri diplomatis Imperialis creamus, facimus, nominamus, augemus, amplificamus, inſignimus, & condecoramus, voſquè omnes, & ſingulos ordini, gradui, Societati, Collegio, atq; Communioni eorumdem adiungimus volentes, præſentiquè Imperialis huius gratiæ in perpetuum valitura declaratione expreſsè, ſeriòque decernentes, ac ſtatuentes, vt tu ſupradicte CÆSAR VICECOMES cum vniuerſa prole, atq; poſteritate tua legitima, tàm maſcula, quàm fœminea in infinitum, titulum, & dignitatem noſtrorum, ac Sacri Romani Imperij MARCHIONVM, & MARCHIONISSARVM perpetuis deinceps temporibus habeas, obtineas, ac deferas, eoquè tàm in literis, quàm nuncupatione verbali, in rebus ſpiritualibus, & temporalibus, eccleſiaſticis, iuxtà ac profanis vtaris, honoreris, appelleris, inſigniaris, & decoreris, omnibuſque, & ſingulis honoribus, dignitatibus, prærogatiuis, exemptionibus, præeminentijs, libertatibus, iuribus, priuilegijs, inſignibus, gratijs, indultis, regalibus, ac alijs quibuſcunquè in iudicio, vel extrà, in omnibus rebus, ſtatibus, ac cauſis, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, eccleſiaſticis, & profanis, ac alijs, & in locis omnibus gaudere, vti, frui, ac potiri poſſis, ac debeas, quibus alij noſtri, ac Sacri Romani Imperij MARCHIONES per idem Romanum Imperium, & vbique locorum, & Terrarum in dandis, & recipiendis feudis, & in alijs omnibus, & ſingulis ad ſtatum, & conditionem MARCHIONVM ſpectantibus gaudent, vtuntur, fruuntur, potiuntur, & hactenùs gauiſi, vſi, atque potiti ſunt, quomodolibet conſuetudine, vel de iure.

Quò verò ſingularem benigni noſtri ergà te animi propenſionem vberiùs experiaris, non ſolùm antiqua armorum tuorum gentilitia inſignia clementer laudauimus, approbauimus, & ratificauimus, ſed pro maiore beneficentia noſtra Cæſarea, conteſtanda in hunc, qui ſequitur modum, coniungenda, illuſtranda, tibique, ac toti poſteritati tuæ legitimæ in perpetuum geſtanda, ac deferenda clementer elargiti ſumus.

Scutum videlicet quadripartitum, cuius inferior ſiniſtra, & ſuperior dextra pars rubra Leonem album coronatum anterioribus pedibus ad ſaltum, & pugnam erectis, cauda duplici in dorſum reflexa, rictu hiante, linguaquè exſerta oſtentet (antiquum illud Angleriæ Comitum Stemma præſeferens,) reliquæ verò duæ areolæ, inferior dextra, & ſuperior ſiniſtra albi, ſiuè argentei coloris, Viperam exhibeant, itidem coronatam, ſeptiès ſe hàc, illàc torquentem, quæ puerum excoriatum, vix media ſuperioris corporis parte reſiduum, & brachia hinc indè extendentem latis faucibus deglutire videatur; ſcuto incumbat

galea

Digitized by Google

galea aperta (tornearia vulgò dicta) corona, per medium circumdata totam ſcuti latitudinem adæquante cancellis, ac limbis deaurata, & phaleris, ſinè lacinijs albis, & rubris, nec non flauis, & cæruleis mixtìm circumuolitantibus decora, e cuius cono Draco corouatus puerum (vt in ſcuto) excoriatum deglutiens pectore tenùs exurgat. Et hæc quidem gentilitia familiæ veſtræ arma deſcripto modo, vel etiam cum benigniſſima venia noſtra BICIPITEM AQVILAM IMPERIALEM ſcuto inſiſtentem, vbi infrà Diadema initialis litera auguſti noſtri nominis cum ternario numero, ſic deaurata. F. III. conſpiciatur, deinceps geſtare, ac deferre vobis licitum, & conceſſum ſit, prout hæc omnia Pictoris induſtria coloribus ſuis ad viuum expreſſa ſequenti pagina cernere licet.

Præterea eadem ſcientia, auctoritate, & plenitudine, quibus ſuprà, te CÆSAREM VICECOMITEM, omneſq; liberos, hæredes, poſteros, ac deſcendentes tuos legitimos vtriuſq; ſexus natos, & naſcituros in infinitum in omnibus Regnis, Ducatibus, Principatibus, Comitatibus, alijſquè Prouincijs, & Ditionibus Sacri Romani Imperij nationis Germanicæ naturalitatis iure, quo originarij Germaniæ Proceres, ac Ciues fruuntur, benignè donauimus, & ornauimus, atq; pro natiuis Germanis habendos, ac reputandos, declarauimus, prout vigore præſentium donamus, ornamus, & declaramus. Volentes, & edicto hoc noſtro Imperiali firmiter ſtatuentes, quòd tu CÆSAR VICECOMES, omneſquè liberi, hæredes, poſteri, ac deſcendentes tui legitimi vtriuſque ſexus procreati, & procreandi æterna ſucceſſione in Sacro Romano Imperio Germanicæ nationis, adeòq; Regnis, Ducatibus, Principatibus, Comitatibus, & Ditionibus eiuſdem, quò ſe vſquè extendat, pro veris Germanis haberi, cenſeri, & reputari, adeòq; non ſolùm bona mobilia, immobilia, ac feudalia quæcunque, perpetuis futuris temporibus per emptionem, legatum, teſtamentum, ſucceſſionem ab inteſtato, vel alio quocunque legitimo titulo in Sacro Romano Imperio, atq; ipſa Germania, eiquè incorporatis Prouincijs acquiſituri eſtis, non ſecùs, atq; ſi originarij, & ipſo facto Germani nati eſſetis, quietè, & abſq; vllo impedimento, & contradictione poſſidere, ac retinere; voſquè indè ſcripto, & viua voce nominare, & appellare, ſed etiam in omnibus alijs rebus ſpiritualibus, & temporalibus, Eccleſiaſticis, & profanis quibuſcunquè, nec non in omnibus, & ſingulis actibus, exercitijs, & expeditionibus, in iudicijs, & extrà, ijſdem omninò iuribus, priuilegijs, indultis, immunitatibus, libertatibus, conſuetudinibus, honoribus, dignitatibus, officijs, prærogatiuis, exemptionibus, gratijs, & fauoribus vti, frui, potiri, & gaudere poſſitis, & valeatis, quibus alij originarij Germani, in ipſa Germania, eiquè incorporatis Prouincijs vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent quomodolibet conſuetudine, vel de iure, omni contradictione, & impedimento ceſſante; ità tamen, vt de bonis, quæ in Germania, eiuſuè Prouincijs poſſeſſuri eſtis, ordinarias, & extraordinarias contributiones, munera, & onera, ad quę alij noſtri, & Sacri Imperij Germanicæ nationis Vaſſalli, ac Subditi tenentur, debita ratione præſtare obligati ſitis, & de cætero hæc ſpecialis gratia noſtra Germanicæ nationis, libertati, & priuilegijs in nullum cedat præiuditium.

Vt porrò tibi gratiam noſtram Cæſaream magis, magiſq; conteſtemur, de eadem Imperialis poteſtatis plenitudine te CÆSAREM VICECOMITEM, & vniuerſos deſcendentes tuos maſculos in infinitum, ſeruato ordine primogenituræ, Sacri Lateranenſis Palatij, Aulæq; noſtræ Cæſareæ, & Imperialis Conſiſtorij Comites fecimus, creauimus, & Comitatus Palatini titulo clementer inſigniuimus, prout vigore præſentium facimus, creamus, & inſignimus, aliorumq;

rumq; Comitum Palatinorum numero, ordini, & conſortio gratiosè cooptamus, adſcribimus, & aggregamus. Decernentes, & hoc Imperiali edicto noſtro firmiter ſtatuentes, quòd ex hoc tempore, quoad vixeritis, omnibus, & ſingulis priuilegijs, gratijs, iuribus, immuuitatibus, honoribus, exemptionibus, & libertatibus vti, frui, potiri, & gaudere poſſitis, & valeatis, quibus cæteri Sacri Lateranenſis Palatij Comites hactenus vſi, & potiti ſunt, ſeù quomodolibet vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent conſuetudine, vel de iure.

Dantes, & concedentes vobis VICECOMITIBVS ordine, vtſupra dicto, amplam auctoritatem, & facultatem, qua poſſitis, & valeatis per totum Romanum Imperium, & vbilibet Terrarum facere, atq; creare Notarios publicos, ſeù Tabelliones, & Iudices Ordinarios, ac vniuerſis perſonis, quæ fide dignæ habiles, & idoneæ fuerint (ſuper quo conſcientiam veſtram oneramus) Notariatus, ſeù Tabellionatus, & Iudicatus ordinarij officium concedere, & dare, ac eos, & eorum quemlibet auctoritate Imperiali de prædictis per pennam, & calamarium (prout moris eſt) inueſtire; dummodò tamen à prædictis Notarijs publicis, ſeù Tabellionibus, & Iudicibus ordinarijs per vos creandis, ac eorum quolibet vice, & nomine noſtro, ac Sacri Romani Imperij, & pro ipſo Romano Imperio debitum fidelitatis recipiatis corpora e, & proprium iuramentum, in hunc videlicet modum. Quòd erunt nobis, & eidem Sacro Romano Imperio, omnibuſq; Succeſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus, ac Regibus legitimè intrantibus fideles, nec vnquàm erunt in conſilio, vbi noſtrum periculum tractetur; Sed bonum, & ſalutem noſtram defendent fideliter, & promouebunt, damnaq; noſtra pro ſua poſſibilitate vetabunt, & auertent. Inſtrumenta quoquè omnia, tàm publica, quàm priuata, vltimas voluntates, codicillos, teſtamenta, quæcunquè iudiciorum acta, ac omnia alia, & ſingula, quæ illis, & cuilibet ipſorum ex huiuſmodi officiorum debito facienda occurrerint, vel ſcribenda, iuſtè, purè, & fidelitèr, omni ſimulatione, falſitate, & dolo remotis, ſcribent, legent, facient, atque dictabunt, non attendendo odium, pecuniam, vel munera, aliaſue paſſiones, aut fauores; Scripturas verò, & actus publicos in publicam formam redigendos in membranis mundis, non chartis abraſis, ſeù papyreis fideliter ſecundùm locorum conſuetudinem ſcribent, legent, facient, atq; dictabunt; Cauſas Hoſpitalium, & miſerabilium perſonarum, nec non Pontes, ac Stratas publicas pro viribus promouebunt; Sententias item, ac dicta teſtium, donec publicata fuerint, & approbata, ſub ſecreto fideliter retinebunt, omniaquè alia, ac ſingula rectè, ac iuſtè facient, quæ ad dicta officia quomodolibet pertinebũt conſuetudine, vel de iure; Quòdq; huiuſmodi Notarij publici, ſeù Tabelliones, & Iudices Ordinarij per vos creandi poſſint, ac valeant per totum Romanum Imperium, & vbilibet locorum, & Terrarum facere, ſcribere, & publicare contractus, Inſtrumenta, Iudicia, Teſtamenta, & vltimas voluntates, nec non matrimoniales, obligatorias, & quaſcunq; alias literas, adeòq; decretum, & authoritatem interponere in quibuſcunq; contractibus, & negotijs, tale quidpiam requirentibus, ac omnia alia facere, publicare, & exercere, quæ ad officium publici Notarij, ſeù Tabellionis, & Iudicis ordinarij pertinere noſcuntur. Decernentes, vt omnibus Inſtrumentis, & ſcripturis per huiuſmodi Tabelliones, Notarios publicos, ſiuè Iudices ordinarios fiendis, plenas fides vbique adhibeatur in iudicio, & extra, conſtitutionibus, ſtatutis, decretis, ac alijs in contrarium quomodolibet facientibus non obſtantibus quibuſcunque.

Inſuper vobis VICECOMITIBVS ordine, prout ſupra, concedimus, & elargimur plenam facultatem, qua poſſitis, ac valeatis naturales, baſtardos, ſpurios,

man-

manſeres, nothos, inceſtuoſos, copulatiuè, aut diſiunctiuè, & quoſcunque alios ex illegitimo, & damnato coitu procreatos, aut procreandos maſculos, ac fœminas cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis,& conditionis exiſtant, etiamſi infantes fuerint, præſentes, vel abſentes, exiſtentibus, aut non exiſtentibus alijs filijs legitimis, eis etiam aliter non requiſitis, viuentibus, vel etiam mortuis eorum parentibus (Illuſtrium tamen Principum, Comitum, & Baronum filijs dumtaxat exceptis) legitimare, ac eos, & eorum quemlibet ad omnia,& ſingula iura legitima reſtituere, & reducere, omnemq; genituræ maculam abolere, ipſos reducendo, & habilitando ad omnia, & ſingula iura ſucceſſionum, & hæreditatum, bonorum paternorum, & maternorum etiam ab inteſtato, cognatorum, & agnatorum, nec non ad honores, dignitates,& ſingulos actus legitimos, tàm ex contractu, quàm vltima voluntate, aut alio quocunq; modo in iudicio, & extrà; Perindè, ac ſi de vero, legitimoquè matrimonio procreati eſſent, obiectione prolis illegitimæ penitùs quieſcente; Quodquè illorum legitimatio per vos, vt ſuprà, facta, pro iuſtè, & legitimè facta maximè habeatur,& teneatur, non ſecus ac ſi foret cum omnibus iuris ſolemnibus, quorum defectus ſpecialiter authoritate noſtra Imperiali ſuppleri volumus, & intendimus, dummodò tamen legitimationes huiuſmodi non præiudicent filijs, & hæredibus legitimis, ac naturalibus; qui quidem legitimandi, poſtquàm legitimati fuerint, ſint, & eſſe cenſeantur, nominenturquè, & nominari poſſint, & debeant, vbiuis locorum, & Terrarum, tamquàm verè legitimi, & legitimè nati, de domo, familia, atq; agnatione parentum ſuorum; arma etiam,& inſignia eorum portare, ac ferre poſſint, ac valeant, admittanturque ad omnes actus legitimos, officia, iura, honores, & dignitates tàm Eccleſiaſticas, quàm Sęculares, vti verè legitimi; quinimmò efficiantur Nobiles, ſi parentes eorum Nobiles fuerint, poſſintq; & debeant omnibus actibus publicis, & priuatis, officijs, iuribus, honoribus, & dignitatibus frui, & gaudere, quibus verè legitimi in iudicio, & extrà vtuntur, fruuntur, & gaudent, non obſtantibus vllis legibus, quibus cauetur, quòd naturales, baſtardi, ſpurij, manſeres, nothi, inceſtuoſi, copulatiuè, & diſiunctiuè, aut alij quicunquè ex illicito, ac nefario concubitu procreati, vel procreandi, non poſſint, nec debeant legitimari, liberis naturalibus, & legitimis exiſtentibus, vel ſine conſenſu, & voluntate filiorum naturalium, & legitimorum, vel Agnatorum, aut Feudi Dominorum, & ſpecialiter in authent. quib. mod. natur. effic. legit., & quibus modis natur. effic. ſui per tot., & S. naturales. Si de feudo fuerit controuerſ. inter Dom. & Agn., & l. Iubemus C. de emancip. lib., & alijs ſimilibus, quibus quidem legibus, & cuilibet ipſarum volumus expreſsè, & ex certa noſtra ſcientia derogari: Neq. etiam obſtantibus in præmiſſis aliquibus contrahentium diſpoſitionibus, & vltimis defunctorum voluntatibus, alijſq; legibus, locorumq; ſtatutis, ordinationibus,& conſuetudinibus, etiam ſi tales forent, quæ ſpecialem hic, & indiuiduam mentionem requirerent, quibus obſtantibus, & obſtare valentibus in hoc dumtaxat caſu ex certa noſtra ſcientia, deq; Cæſareæ poteſtatis plenitudine, totaliter derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe volumus per præſentes.

Vlteriùs vobis ante nominatis MARCHIONIBVS VICECOMITIBVS damus, & concedimus amplam poteſtatem, ac facultatem, qua poſſitis, & valeatis Tutores, atq; Curatores confirmare, dare, & conſtituere, ipſoſq; cauſis legitimis ſubſiſtentibus amouere, filios etiam adoptare, & arrogare, eoſquè adoptiuos, & arrogatos facere, conſtituere, ac ordinare; nec non filios legitimatos, ſiuè legitimandos, adoptiuoſquè, & adoptandos in quauis ætate

con-

conſtitutos emancipare, ac patria poteſtate liberare, adoptionibuſquè, & emancipationibus quibuſcunque omnium, & ſingulorum infantium, atque adoleſcentium conſentire, veniam ætatis ſupplicantibùs concedere, authoritatemque, & decretum in omnibus interponere.

Seruos quoque manumittere, & manumiſſionibus quibuſcumque cum, vel ſine vindicta, & minorum alienationibus, alimentorumq; tranſactionibus authoritatem pariter, & decretum interponere; Minores, Eccleſias, ac Communitates læſas, altera parte ad id priùs vocata, in integrum reſtituere, ac integram reſtitutionem eis, vel alteri eorum concedere; Cum infamibus tàm iuris, quàm facti, aut aliter quomodocumq; copulatiuè, ſeù diſiunctiuè diſpenſare, eoſq; ad famam reſtituere, abſtergendo ab eis omnem infamiæ notam, tàm irrogatam, quàm irrogandam, ità quòd de cætero ad omnes, & ſingulos actus legitimos apti, & idonei habeantur, & promoueantur, haberiq; & promoueri poſſint, & debeant iuris ordine ſemper ſeruato. Ad hæc etiam prædictis VICECOMITIBVS, vt ſuprà, hanc quoque gratiam, & facultatem concedimus, & elargimur, vt de omnibus inſtrumentis, priuilegijs, ſcripturis, teſtimonijs, diplomatibus, cuiuſcumq; ſint nominis, & conditionis, (quotieſcumq; à vobis poſtulatum fuerit) tranſumpta facere, illiſquè ſub veſtro ſigillo, manuſq; ſubſcriptione vim authenticam tribuere poſſitis, & valeatis, quibus tranſumptis tàm in iudicio, quàm extrà plenam fidem adhiberi volumus non aliter, ac ſi ſub ſigillo authentico alicuius Principis, Comitis, Baronis, aut alterius Prouincialis Magiſtratus tranſumpta, ac confirmata fuiſſent.

Similiter vobis MARCHIONIBVS VICECOMITIBVS ſcientia, motu, & authoritate, quibus ſuprà, clementer indulgemus, vt poſſitis, & valeatis Doctores, licentiatos, & Baccalaureos in vtroque iure, Magiſtros item, & Baccalaureos liberalium artium, & Philoſophiæ, nec non Poetas laureatos creare, promouere, ordinare, conſtituere, ac facere, adhibitis tamen in cuiuslibet Doctoris licentiati, Magiſtri, Baccalaurei creatione Doctoribus eximijs de profeſſione creandi ad minùs tribus, qui creandum examini ſubijciant, eiq; quem idoneum inuenerint, ſufficientemq; comprobauerint, veſtram authoritatem interponendo, Doctoratus, licentiæ, Magiſterij, Baccalaureatus, vel laureæ Poeticæ, inſignia (vt moris eſt) conferre, qui quidem Doctoratus, licentiæ, Magiſterij, aut Baccalaureatus, & laureæ Poeticæ titulo per vos donati poſſint, & valeant in omnibus Ciuitatibus, Terris, & locis Sacri Romani Imperij, & vbilibet Terrarum omnes actus Doctorales, & Magiſtrales legendi, docendi, interpretandi, cathedram aſcendendi, & gloſſandi, diſputandi, conſulendi, aduocandi, ac cæteros actus Doctorales licentiæ, vel Baccalaureatus in iure, nec non Magiſterij, ac Baccalaureatus in Philoſophia facere, atque exercere, ac ab omnibus, & ſingulis priuilegijs, prærogatiuis, exemptionibus, honoribus, præeminentijs, fauoribus, indultis, gratijs, ac quibuſcunq; alijs vti, frui, potiri, & gaudere, quibus cæteri Doctores, licentiati, Magiſtri, Baccalaurei, & Poetæ laureati, qui vel in Gymnaſio Vienenſi, Pariſienſi, Bononienſi, Patauino, Peruſino, Colonienſi, Piſano, Ingolſtadienſi, & quolibet alio publico, & priuilegiato Gymnaſio promoti, vel etiam à nobis, ac diuis prædeceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus, ac Regibus inſigniti, ſeù aliter quocumq; modo talia inſignia acceperint, vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent quomodolibet, conſuetudine, vel de iure, omni dolo, fraude, contradictione quorumcumque, ac ſiniſtra machinatione ſublata penitùs, & remota.

Porrò vobis ſæpè nominatis VICECOMITIBVS liberam poteſtatem, & facultatem

tatem

tatem damus, vt poſſitis, & valeatis honeſtis perſonis illud à vobis petentibus inſignia, ſeù arma concedere, & elargiri idonea, & conuenientia qualitati perſonæ (quod ex veſtro iudicio, & arbitrio dependere volumus,) eoſdemq; inſignium, & armorum capaces reddere, dummodò tamen in huiuſmodi armorum, atq; inſignium conceſſione obſeruetis, nè alicui Aquilam integram, maximè Imperialem, aut Coronam Regiam in galea, vel galeam apertam, aut auita quorumuis Principum, Comitum, Baronum, & Procerum arma, ſeù inſignia preciſè elargiamini; qui quidem per vos ſic armis decorati, huiuſmodi arma, & inſignia ſibi conceſſa, vbique locorum, & Terrarum, in omnibus, & ſingulis honeſtis actibus, & expeditionibus, in bellis, duellis, ſingularibus certaminibus, & quibuſcunque pugnis, vexillis, Tentorijs, anulis, ſignetis, ſigillis, monumentis, ſepulchris, picturis, ſculpturis, & vniuerſa ſuppellectile pro eorum arbitrio deferre, omnibuſque, & ſingulis priuilegijs, iuribus, honoribus, dignitatibus, officijs, gratijs, & indultis vti, frui, potiri, & gaudere poſſint, & valeant, quibus cæteri à nobis, & Prædeceſſoribus noſtris armis, & inſignibus decorati vtuntur, & fruuntur, & ad ea admitti, & recipi, ad quæ illi admittuntur, & recipiuntur conſuetudine, vel de iure.

Cupientes inſuper te ſæpè nominatum CÆSAREM MARCHIONEM VICECOMITEM noſtra clementia, atq; gratia luculentiùs vti, frui, ſcienter, & animo benè deliberato inter alia ſupradicta beneficia, in ſpecie etiam EXEMPTIONIS FORI priuilegium, tibi ex nunc dedimus, & indulſimus, teq; vnà cum Vxore, Liberis, & tota tua poſteritate, cumq; bonis, poſſeſſionibus, ædibus, prædijs, agris, vineis, hortis, & rebus omnibus, quas in præſenti poſſides, ac in futurum legitimè acquires, & poſſidebis, in noſtram, & eiuſdem Sacri Romani Imperij CLIENTELAM, & SALVAMGVARDIAM ſuſcepimus, aſſumpſimuſque, & ſuſcipimus, atque aſſumimus vigore præſentium. Volentes, & decernentes, quòd ſis, tenearis, & eſſe debeas, vnà cum prædictis tuis bonis, ac rebus omnibus, ſub hac ſpeciali TVITIONE, & SALVAGVARDIA noſtra, & Imperialis noſtræ Aquilæ perpetuò ſaluus, protectus, & ſecurus ab omni grauamine, & oppreſſione, & prætereà omnibus, ac ſingulis immunitatibus, gratijs, prærogatiuis potiaris, & gaudeas, quibus alij, qui ſub noſtra, & Sacri Romani Imperij Saluaguardia, ac protectione conſtituti ſunt, de iure, ſiuè conſuetudine vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent; Et, vt certò, ac manifeſtè omnibus conſtet de hac noſtra, & Sacri Romani Imperij protectione, tuitione, & Saluaguardia, tibi plenam facultatem, & licentiam concedimus, & elargimur, quòd totiès, quotiès opus habueris, aut volueris, poſſis, & valeas in dictis tuis ædibus, prædijs, fundis, bonis, & poſſeſſionibus affigere, & erigere AQVILAM noſtram Imperialem, vnà cum noſtris, & Sacri Romani Imperij, aliorumq; Regnorum noſtrorum inſignibus coniunctim, vel diuiſim in teſtimonium, & ſignum huiuſmodi Saluæguardiæ, & ea quomodo, & quandocunque libuerit cum debito honore, & reuerentia amouere citrà cuiuſquè impedimentum, & contradictionem.

